Duētus domini ſpecialis duplex eſt. Primus in mente ad ſanctificādum:de quo ioan.14. Ad eum ueniemus : & manſionē apud eū faciemus. Secundus in morte ad ꝓmiandū: de quo luc.12. Et uos eſtote parati:quia qua hora non putatis filius homis ueniet. Horum duoꝝ aduentuū feſta quāuis ab eccleſia nunq̄ cōmemorent a pluribus⁹ tamen deuotius frequentiſſime recolūtur.

¶ De ſanctis ſaturnino & ſiſinno martyribus. IIII

Aturninus & ſiſinnius martyres rome paſſi ſunt ſub maximiano impatore : qui rediēs de partib⁹ aphrice dum oēs chriſtianos ad afflictionē laboris cōpelleret ad thermas edificandas ad fodiendā harenam. Et ſaturnin⁹ iam ſenex ſarcinā ferre non poſſet:ſiſinnius & cyriacus diacones marcelli pape eum iuuabant:ut dicet infra in paſſione marcelli. 17. calēd. febr. Quod dum maximiano nunciatū fuiſſet : iuſſit eos teneri i carcerem a lauditio ꝑfecto: qui eos 17. diebus carceri mancipauit. A qbus multi paganoꝝ conuerſi ſunt. Deinde ꝑfecto ꝓſentati ſaturninus ſenex & ſiſinnius diacon⁹ dum idola ſibi oblata cōminuiſſent: cōuerſi ſunt duo milites papias & maurus : tunc lauditi⁹ iuſſit ſaturninum & ſiſinniū in eculeo leuatos attrahi:neruis & ſuſtib⁹ & ſcorpionib⁹ cedi. Papiā uero & maurum ſe chriſtianos ꝓfitentes ora lapidib⁹ cęſos carceri trudi fecit. Saturninum uero & ſiſinniū oculeo depoſitos decollari mādauit:qui dū cti uia numentana miliario ſecundo ab urbe capite ceſi ſunt : quorū corpora tarſon cum ioanne ꝓſbytero ſepelierunt in predio ſuo uia ſalaria uetere.5.calen.decembr.

¶ De ſcō ſaturnino eṕo & martyre: V



Aturninus eṕs & martyr ab apoſtolorum diſcipulis ordinat⁹ eſt qui prim⁹ & ſumm⁹ toloſane urbi direct⁹ xp̄m ꝓdicauit: & dū ſepi⁹ iuxta capitolium quod inter domū ſuā & eccleſiā ſitum erat:iter ageret:demones a reſpōſis ceſſabant. Quod dū gentiles uirtute ſci fieri cognouiſſent:ſaturninum comprehenſum in arce capitolii ſtatuunt cōpellentes ad ſmolandum: qui dum niſi uni deo ſe immolatur⁹ aſſereret : funebo uno capite tauri latera alligātes: qui ad ſmolandum duct⁹ fuerat:ab alio uere pedes

ci uincientes stimulatum taurum p scalas precipitant. Qui sanctū sibi alligatum post se trahés per capitolii gradꝰ elisō capite ce rebroq; excussō christi martyrē fecit. Cuius corpꝰ occulte pp metū gētiliū due xpane semine sepelierunt: qđ postmodū a successori bus sancti martyris honorifice tumulatū ē: passus est aūt tpe decii. iii. cal. decēbr.

¶ De sancto amos egyptio abbate. VI.

AMos egyptius floruit tpe cōstantini magni: de quo frēt Sozomenus prio historie triptite: q; iuxta ipe pentibꝰ cogentibꝰ duxit uxorem: nec tñ eā expt' fuit. Nā primo die nuptiaꝝ solus cū sola i thalamo: dū sibi uirginitatē laudaret eā ad uirginitatem fuandā induxit: unde & ābo uirginitatē uouentes in singulis cubilibꝰ sepati dormierunt annis. 18. demū cōi uoto abinuicē diuisi sunt: ipeq; mulieri domū ppriā pcessit & ad eremū ppauit. Atq; in monte nitrie. 22. annis pmansit eremitica uitā ducēs: de quo refert Hieronymꝰ i uitis patrū: q; apud thebaidē fuerit pater. iii. monachoꝝ. Dum aūt amos cum discipulo suo theodoro iter agēs ad flumē deuenissent: dū alter alteri nollet nudum uidere mandauit discipulo ad horam secedere. Et dū seipm etiā nudū uidere pateret: diuina uirtute ad aliā ptem fluminis trāslatꝰ est. De quo discipulꝰ transiens mirat⁹: qa nec uestē nec pedes ipsius habeāt aut diuit miraculū: adiuratꝰ a magro: ut illd' q; diu uiueret nemi reuelaret. Hic filium hois qui boue rapuerat: qđ canis rabid' momorderat: postq; pater boue restituit a morsu canis rabidi liberauit. ¶ Dum aūt latrones pane3 quo uescebat eidē auferrēt: duos dracones eductos ex antro ad custodiā celle misit Sed uenientes fures & dracones uidentes pre timore quasi mortui ceciderūt: quos supra exiens cōfortans erexit & ad penitentiam p uocauit: optimoq; cūctorum monachos effecit. ¶ Eodem etiā tpe dū draco alius imanis regionē uastaret: & multos perimeret: oblatum sibi puer ex solo uisu bestie extinctum suscitauit: & draconē orōe de antro eductū in duas ptes disceptū occidit. Cui' animā cum gloria ad celum tendentē antoni us abbas longe posit' uidit & discipulis nūciauit: notatoq; die & hora reptum est amonem eodē tpe a corpe migrauisse: quieuit in christo die. iii. cal. decembris.

¶ De sancto pafnutio abbate. VII.

PAfnutius abbas eremi cultor ultimiq; deserti in regione heraclee: cum esset angelice uite oratuit deum ut sibi reuelaret cui sanctorum bene uiuentium similis haberet. Cui angel' reuelauit: q; similis ipe esset symphoiaco cuidam in ciuitate cantando uictum querenti. Ad quē sanct' admiras accessit: & eū reptū secreto de sua uita questuit. Qui rndit se fuisse predonem: & ex illo statu ad officiū ioculatoris uenisse. Nihilq; sibi boni consciū: nisi q; aliqn uirginem confecratā a se & collegis raptam: dū ceteri deflorare uellēt ab eis eripuit: & noctu eā domum intactā reduxit. Et alia uice mulierem profugam in eremo reptam: dum quo tenderet questiuisset: & illa uirum cum filiis pro fiscali debito carceratos & flagellis afflictos respondisset se etiam eadem cā perquiri ob id q; fugerē triduo: sine cibo: pacto assereret ipse illam ad antrū suum duces refecerat: & trecentos solidos pro uiri & filioꝝ redēptione sibi dederat. Que illo precio dato uirum & filios de carcere eduxerat: qđ audiēs pafnutius & nihil se tale feciſſe pfeſtans dum sibi a deo reuelata: hōi retulit: ille abbatem ad eremū secutus in melius uitam mutauit. Cuius animā ab angelis in celū deferri post modicū tempus sanctus cōspexit pafnuti'. ¶ Iterum idem qđ prius querens a deo sibi reuelari per angelum edocet se fore simile tali primario ciuitatis. Ad quē sanctus uenies eūq; de ipsi' sanctitate secrete requirēs dixit ille se habere uxorem cum qua annis triginta continuerat eāq; nunq; nisi affectione sobolis primis temporibus cognouisse: ex qua tribus susceptis filiis abinde in castitate permanserāt: hospite nunq; dimiserat nec pauperē sine cibo uel alia stipe licentiauerat contra iustitiā nunq; iudicauerat: & discordes pro uiribus ad concordiam reduxerat: que audiens pafnuti' reuelata sibi a deo narrat. Illeq; relicto seculo abbatem ad eremum secutus est: uenientesq; ad fluuium p sundū transierunt ita ut nuda uix genua pertingeret. Cui dū sanctus cellam in eremo designasset: illeq; ad uite perfectionis apicem ascendisset postmodū anima illius ad celos deferri ab angelis eidem patri reuelatur.

¶ Pafnutius uero bis a deo petita: tertio quesiuit. Cui reuelatur ipsum esse similem mercatori ad se uenieti. Cui supra occurrēs nullo ab eo amplius quesito uisa & audita narrauit. Isq; statim per famulos mandatis ut merces ad urbē delatas & cetera sua bona pauperibus errogarēt: cum abbate mansit in eremo: qui etiam breui tpe ad celestia migrauit. Pafnuti' uero i extremis pstitut': admonuit fres: neminē ēt peccatorē uel cuiꝰ uis status contēnēdum premissas, tres referēs uisiones: qui etiam in pace quieuit. iii. calendas decēbris uidētibus presbyteris & fratribus animam eius in celum ab angelis subleuari.

¶ De sancto Andrea apostolo. VIII.

ANdreas apostolus filius ioannis & frater simonis petri de ciuitate bethsaida galilee: qui primo fuit discipul⁹ ioānis baptiste tribus uicibus a domino uocat⁹ est Primo ad sui notitiā: quādo uidelicet audiuit a ioanne de xpo. Ecce agnus dei: & cum alio discipulo secutus iesum: uidit ubi manebat: & mansit apud eū die illo: inueniēsq; fratrem suum simonē adduxit ad iesum. Secundo ad sui familiaritatē: qñ. s. iuxta mare genesareth turbis ꝓcurrentibus: christ⁹ intrauit nauem simonis: & capta multitudine pisciū: uocatisq; iacobo & ioāne secuti sunt iesum. Tertio ad sui discipulatū: qñ ambulans iesus iuxta mare galilee petrum & andream de piscatione uocauit: ꝓmisso sibi q̄ fierent hominū piscatores: qui relictis retibus secuti sunt eū: eiq; de cetero adheserūt ¶ Post ascensionē domini diuisis discipulis andreas apud achaiā ꝑdicans multos ad fidem christi quertit: & ecclesiis prouinciam repleuit. Et dū quidam nobilis iuuenis iniuitis parentibus apostolo adhesisset: parentes domū in qua morabatur cum apostolo succenderunt: sed puer iussu apostoli tectū ascendens: & aquā ampulle sup ignes spargens flāmas extinxit: & dum illi per scalas ad eum uellēt ascendere: subito excecantur multisq; puersis: parentes iuuenis post dies qnquaginta defuncti sunt. ¶ Vxor cuiusdā homicide parere nō ualens: sed in partu pereclitans: sororem ad deam suā dianam placandam misit. Idolum uero sorori respōdit q̄ eam iuuare nō poterat: monuitq; : ut andreā apostolum ꝑ auxilio adiret. Ad quam uocatus apostolus eam primo de idolatria redarguit: deinde ꝓ ea orauit: illaq; mox fetum mortuū emittens liberat: & baptizatur. ¶ Senex quidam nicolaus uenit ad apostolum: dicēs septuaginta annis quibus uixerat cōtineri nō potuisse: sed semper luxurie deseruisse. Et q̄ aliquando ad carnis concupiscentiam refrenandā euangelium super se ferebat: & dum lupanar intrasset oblit⁹ euāgelium deponere: audiuit a meretrice: q̄ uidebat super eum mirabilia: que etiā se ab illo tangi non permisit. Pro quo dū apostol⁹ a tertia usq; ad nonam ieiunus oraret: & se non comedere uouisset: nisi deus peccatori subueniret: post quinq; dies abstinentiā audiuit se obtinuisse pro sene. Sicq; apostolus nicolao penitentiā sex mēses in pane & aqua imposuit: qua pacta senex in domino felicīter expirauit. ¶ Dum iuuenis christianus & pulcherrim⁹ a matre lasciua de crimine nephando attemptatus fuisset: illeq; flagitium execrare: mater i iuuenē crimē retorxit: & eum iudici accusauit: qui dum apostolum in suum patrociniū aduocassēt. Iudex irat⁹ puerum in saccum pice limitum iussit mitti: & in flumine iactari. Andreā uero qui ꝑ eo intercesserat in carcerem mitti: sed orante apostolo tonitruo terribili & terremotu facto: omnibus exterritis mulier a fulmine ꝑcussa interiit: iuuenisq; mortem euasit: & iudex cum multis fide christi suscepit. ¶ Cū apud niceam ciuitatē septem demones multos infestarent: & plures transeuntes occiderent: apostolus uocatus illuc accessit: demones in ꝑticipe canum aduenire iussit: eisq; in christi nomine ut inde discederent mādauit quo miraculo multi puersi sunt. ¶ Post modicum apostolo nunciatur: q̄ iuuenis qdam iuxta portam alterius urbis a septē canibus fuerat prefocatus. Intellexit igitur illos fuisse demones: quos ab oppido nicee expulerat: & compatiēs patri defuncti: illuc accessit: mortuum excitauit: & discipulū christi fecit. ¶ Quadraginta uiri ad apostolum uenientes: ut ab eo fidei doctrinam perciperēt excitata tēpestate a diabolo: nauisq; submersa in mare necantur. Quorum corpora ut apostolus uidit ad littus deiecta: & que facta fuerant per spiritum cognoscens: oratione sua uiros iuscitauit: & baptizauit. ¶ Vxorem etiam egee ꝓconsulis & maximilam senatricem & multos d̄ populo ad christum conuertit: plurisq; discipulos acquisiuit. ¶ Cum ergo egeas proconsul patras ciuitatem ingressus christianos ad sacrificia idolorum compelleret: eidē andreas occurrens ipsum de ꝑietate redarguit: eo q̄ ipse iudex hominum constitutus iudicem suum celestem agnoscere debuit. Quem dum ꝓconsul uanum & superstitiosum diceret: eo q̄ christum a iudeis crucifixū coleret: apostolus christum sponte crucem subiisse respondit: ex eo q̄ mortem suam discipulis ꝑdixit: & proditorem cognouit: addens mysterium crucis magnum esse. Cui procōsul respondit: q̄ mysteriū dici non poterat sed supplicium cōminans apostolo: ut nisi sibi obtemperaret: ipsum mysterium in se experiri faceret. Tunc apostolus mysterium crucis cepit exponere: & q̄ fuerat necessarium saluti hominum multis rationibus suadere Et dum in confessione crucis persisteret immobilis: iubente procōsule i carcerem reciduntur: sed a populo uisitatur: uolentibus procōsulem occidere: & apostolum fractis ianuis liberare: quos apostolus sua predicatione ad patientiam inuitauit. Mane autem facto andreas de carcere educitur: & dum christum crucifixum constantissime confiteretur: iussu egee a triginta hominibus sustigatur: deinde in cruce suspendi iubetur: nō quidem clauis confixus sed quasi i equuleo

extensus sunibus alligatus: populi multitudine insequente & ipsum innocēter mori clamante. Qui dum crucem a longe salutans adorasset: uestibus suis exut⁹ in cruce suspensus est. In qua biduo uiuens uiginti milib⁹ astantium hominum predicauit. Sed dū tuba egee mortem minaretur: territus procōsul uenit ut eum deponeret: quem dum ministri uellent soluere brachiis in aerem stupidis effectis nullo modo ad eum potuerūt pertingere. Et dum fideles eū deponere uellent: apostolus orauit ad dominum: ut i pace suum susciperet spiritum. Statiq; splendor nimius instar fulguris per horam dimidiaz ipsum obtexit: cum quo lumine abscedente apostolus deo spiritū emisit. Cuius corpus maximilla senatrix cum aromatibus sepeliuit. ii. cal. debembris. Iuxta ciuitatē papatraceñ. Indeq; processu temporis corpus eius constantinopolim trāslatū est: ut habetur. 8. idus maii. Egeas uero anteq̄ domum rediret arreptus a diabolo expirauit. Cuius frater nomine Stratocles cum omni eius familia ad christum conuersus est.

¶ De sancto nathanaele discipulo. VIIII.

Nathanael discipulus de oppido chana galilee: unꝰ fuit ex septuagita duobus xpi discipulis: quē christus ꝑmendat Ioānis primo: dicens ipsum esse israelitā i quo dolus non est. Hic etiam post resurrectionē christi unus fuit ex numero illog. vii. discipulorum: quibus christus apparuit iuxta mare galilee quando petrus piscando traxit rete in terram plenum magnis piscib⁹. cliii. ut habetur Ioannis ultimo: qui etiam a plerisq; scribitur fuisse alio nomine uocat⁹ ursinus: qui & ab apostolis epūs bituricēñ constitutus post completū predicationis officium in deo feliciter requieuit. ii. cal. decembris: qđ tñ falsum esse reputatur. Nam corpus hui⁹ nathanaelis apd treugreñ. ciuitatē qescit. Corpꝰ ursini bituricēñ. urbi sepultū ueneratur. hec frater uincentius.

¶ De sco nathanaele anachorita. X.

Nathanael anachorita ut dicit heraclides: fraude demonis accidiā passus ex priore cella recessit: & aliam cuidaz uico uicinā sibi collocauit. Vbi dum habitare cepisset: dēmon ad eū noctu uenīens in specie carnificis pannis sordidis indutus: flagris strepitum facere cepit: dicens se fore demonē: q eum de priori cella eiecerat: qui & dum de ista fugare cupiebat. Mox sanctus compunctus ad priorem locum rediit: & adeo se inclusit: ut. xxxvii. annis nunq̄ limē excederet. Mnltaſq; diaboli insidias ptulit: ut proposi tum frangeret: quaſ tñ omnes deuicit. Septē

episcopos ad se uenientes gratāter suscepit & abeūtes usq; ad limē associauit. Quē dū diaconi eo⁹ non ergederetur redarguerent se oio seculo mortuum esse respondit. ¶ Nocte quadam demon in specie pueri sibi apparuit asinū panib⁹ oneratū deferētis. Et dū asellum in terram corruisse fingeret & abbatis auxilium peteret. Ille pplexitate circumclusus: ne aut misericordie opus negligeret aut propositum frangeret: oratiōe sua puero suasit: ut si uera esset uisio deum inuocaret: sibi subuenire patum. Si autē temptatio esset euanesceret. Moxq; puer cum asino euanuerunt cum turbine maximo strepitantes: hec omnia heraclides in libro qui dicit paradisus.

¶ De sancto Trophiano epo. XI.

Trophian⁹ episcopus magne sanctitatis uir: & miraculoꝝ gloria preclar⁹. ii. cal. decembris apud antonas in domino feliciter requiit. Cuius corpus tolose translatum: ibiq; terris sepultum: spiritum in celis uiuere multis miraculis manifestat: ut dicit Ado.

¶ De sanctis diodoro & Mariano & eorum sociis martyribus. XII.

Diodor⁹ presbyter & marian⁹ diaconus cum multitudine innumerabilium hominum utriusq; sexus & diuersarum etatum: quoꝝ numerum & nomia solius dei sciencia nouit: passi sunt rome sub numeriāo imperatore tēpore Stephani pape primi. Qui die, anniuersaria dedicationis sanctoꝝ martyrum chrysanti & darie i loco crypte: ubi eorum corpora sepulta erant diuia celebrā tes uia salaria uidelicet extra portam urbis i harenario ubi prefati martyres terra & lapidibus obruti fuerunt: accusati sunt ꝑatori. Tunc ꝑator iussit in introitu crypte parietem leuari: & montem qui crypte imminebat ad sublonem sup eos deiici: & sic omnes prefocati sunt. Quorum corpora ibidē iacuerunt usq; ad tēpora Stephani pape. vi. anno domini. 886. ¶ Qui uenerabilis pater effossa crypta reliquias sanctorum innumerabiles inde collegit: ex quibus quasdā latebrani: aliquas apud sanctū petrū: aliquas ad basilicā. xii. apostolorum quā a fundamentis renouauerat: aliquas uero p alias ecclesias & monasteria sepelienda diuisit: in quorum ossium collectione odor mirabilis qua si florum & rosaꝝ respsus est: & lampas in crypta accēsa. vi. diebus continuis arsit: in qua nec quicq̄ de oleo consumptum est nec flāma extincta: donec oia sanctorū ossa a cōgerie lapidū sunt collecta. ¶ Quidā autem cū de reliquiis aliquas questus gra subtra-

xisset: continuo in lectum decidit graui langore detentus: & cõmissum furtum cõfessus reliquias restituit: & sic sanitatem recepit. Horũ omniũ martyꝝ passio die calẽdarum decembriũ celebrat.

¶ De sancto diodoro epo & pfessore. XIII

Diodorus alexandrinus cesariẽ: episcopus: dum antiochen' esset presbyter: clarus sapientia habebatur. Qui electus antistes multa opuscula compilauit. In apostolum cõmentarios edidit: aliaq; multa eu sebii cesarienſis secutus characterem. Cuius licet sensum imitatus fuerit: eius tamen attingere non potuit eloquentiam: ignarus secularium litterarum. Floruit tempore imperatoris ualentis: ut dicit hieronym' libro de illustribus.

¶ De sancto anſano martyre: ꝙ maxima uirgine & martyre. XIIII

ANianus martyr ciuis romanus filꝰ nobilis tráquillini duodecim annorum occulte inicio patre a protasio presbytero in christi fide doctus & baptizat' est: atq; a Maxima uirgine de territorio tonagritano de sacro fonte leuatus: qui a patre imperatoribus diocletiano & maximiano delat' decimotertio anno imperii eorum cum ipsa maxima uirgine ab eisdem tentus & carceri traditus est diebus multis. Quam quidem sacram uirginem prefati imperatores tádiu fustibus cedi fecerunt: donec ſpiritum exhalaret. Anſanus uero de carcere fugiens uenit balneoregium: ubi uisione angelica confortatus est. Deinde ueniens ad ciuitatem senarum: dum christum dominum predicaret a proconſule lysia tentus in ignem missus ẽ quo diuina uirtute extinctꝰ: dum permansiſſet illesius iuxta fluuium arbiam eductus: ibiq; iuſſu preſidis decollat' est: ibiq; sepultus calẽdis decembris.

¶ De sancto proculo epiſcopo & martyre. XV

PRoculus episcop' & martyr de syria ueniens romam tempore iustini imperatoris: totamq; romam prouinciam discurrens christum pdicabat: miraculis & uita refulgens. Quem sanctus ualentinus episcopus ichthyranen. constituit sacerdotem. Et dum die quadam celebraret presente predicto episcopo: angelus domini acceptum de altari calicem in aera uidentibus omnibus subleuauit: & deinde in altari reposuit sanguine consecrato. Sanctus autem presbyter de mandato angeli sanguinem consecratum libauit. Deinde propter persecutionem paganorum fugit de tyro siue ichthyrañ. cum episcopo ualentino. & ueniens ad ciuitatem nequinam a gentilibus gothis tentus & uerberibus afflictus atq; in carcere missus est: sed per angelum eductus uenit lazanũ: ubi sancto ualentino per martyrium assumpto: constitutus episcopus totam ciuitatem per multa miracula conuertit ad christum. Deinde ueniens ſpoletũ christũ predicauit: ide a deo monit' pſecutionẽ fugiẽs uenit bononiam: ubi theodori filiã: que manũ habebat aridam sanauit: & patrem cũ filia conuertit ad fidem: & filiũ heronianũ a demonio liberauit. Et post multorũ conuersionẽ a totilla rege gothoꝝ captus ablatis sibi binis loris a tergo decollatus est: & iuxta ciuitatem humatus: ubi pcessu tẽporis puer mortuus iuxta ipſũ ſepultus reuixit. Tuncq; corpus ipſius integrum repertum honorifice leuatum est: huius passio agit die calẽ. decẽbris

¶ De sancto albano martyre. XVI

ALbanus martyr i ciuitate magũtia passus est: & ibi sepultus. Hic habuit patrem christianum imperatorem de partibus aquilonis: qui mortua coniuge filiam decoram ex ea habens: ineptęq; diligens: eã nuptui multis principib' petentibus tradere recusabat. Quam tandẽ flagitioso amore carnaliter cognouit: & ex illa albanũ filiũ suscepit. Mater igitur de consensu imperatoris ad tegendam infamiam filium i capsella pallio inuolutum in partibus ungarie expo nendũ mandauit: qui repertus iuxta nemus a rege ungarie carente liberis suscipitur: & ob eius elegantiam occulte in rure nutrit: simulataq; regina pregnante: tempore partus puer natus fingit: & a rege adoptat' ut naturalis tractat: ab omnibusq; baronibus & ciuibus filius regis uere putatur: tá ipſis q̃ iuuene predictorũ ignaris. Factus ergo iuuenis gratus & strenu': filia imperatoris aquilonis: que est pꝛopria mater: eidẽ a patre putatiuo in cõiugium queritur: & ab imperatore traditur: uere putante filiam trade re filio uero regis. Post tẽpus modicũ rex ungarie infirmatur: & ad extrema uenientes filio adoptiuo regnum cõmittens: eo ꝙ aliũ non haberet: eidem seriem facti reuelat: & qualiter ab eo repertus non est eius filꝰ naturalis. In cuius euidentiam pallium i quo ipſum inuolutũ ex nemore susceperat usq; tunc reseruatum albano tradidit. Quod iuuenis audiens: consternatus ad uxorẽ ingreditur. Et dum sibi causam tristitie querenti factum pandere nollet: eo ꝙ se ex hoc contẽnendum ab uxore putaret: pallium quo sit ue expositus inuolutus fuerat: quod tunc ei dem a rege traditum erat: de sinu iuuenis cecidit: quod dum mater uidit agnouit: & mu

tua collocutione habita: repertum est albanum incestu genitum: matre incestuoso cō nubio cognouisse. Consilio inter eos habito tristitiā ex morte regis simulant: mortuūq; regem ungarie iuxta condecentiā regiam tumulant. Deinde ad utriusq; patrem imperatorem pperant: ut eidem serie facti pandāt Quos ille ut filiā & genꝰ cū magna letitia & solenitate suscepit. Sed die sequenti pacta letitia mutue uisionis: imparatorem solum albanus & mater in cameram uocant: eidemq; cum lachrymis factum seriosius explicant: & ad diuinam misericordiā iplorādam per penitentiam regem confortant. Qui omnes sancto cuidam episcopo reatum confessi: de ipsius consilio eremitam sanctissimū adeunt pro penitentia assumenda. Qui eis septennē pegrinandi penitentiam iponit. Sicq; utroq; regno episcopo regendo cōmisso. vii. annis pegrinantur: continue annis singulis eremitam reuisentes. Peracta igit penitentia dum eremum sancti uiri petunt in silua depeunt & superueniente nocte iuuenis pentes in lecto eisdē de foliis arborum strato collocat: ipse uero in arborem excubat. Ac instigante diabolo pentes uigilantes ad uomitum rede unt: & in abominandū antiquum scelus inui cem coeuntes recidunt. Quod albanus sentiens turbat ex arbore preceps irruit & parentes baculo ipatiens peremit. Facto mane ad eremitam redūt: qui iam omnia per spiritum precognita que contingerant reuelauit. Iussu ergo ipsius albanus iterato septēnem pegrinatiōem assumit: qua perfecta ad eremitam rediit. Et dum semper pegrinari decreuisset: uitam suam per eremitam pcri bere fecit. Quam in pyxide locatam ad collum suum alligauit & abiit. Sicq; relicto regno factus anachorita & pegrinus apud ciuitatem maguntiam in nemore a latronibus paganis inuentus: dum se christianū diceret iugulatus est: corpꝰ quoq; in flumine iacta tum est. Quo cursu fluminis ad molendinū delato: dum filia militis cuiusdam leprosa se in flumine balnearet repente a lepra mundatur. Quod dum admirans deferret in urbe multi leprosi uenientes & se in amnē tingentes mundabantur. Et mirantibus cūctis unde talem aqua uirtutem haberet pquiren tes corpus martyris inuenerunt: & reperta pyxide uitaq; ipsius plecta deo gras agētes corpus cum honore ad ciuitatem portantes uenerabiliter condiderunt cal. decēbris ubi & quieſcit miraculis clarens.

¶ De sancto eligio epō. XVII.

Eligius nouionensis episcopus ut ait Sigibertus claruit anno sexto constantis: qui & constantinus. -lic de ciuitate lemouicen oriundus patre eutherio matre terrigia: dum ab annis puerilibus artem aurificum didiciſ set: omniaq; que lucrabatur: paupibus erogabat: & multa miracula operabatur. Inter que contracto cuidam elemosynam prebēs dum ille manum porrigeret sanus efficitur. Et dum iam optimus magister in arte sua factus esset: & aurum certo sub pondere sibi a rege traditum fuisset: ut inde sibi sellam fabricaret: ipe sibi binas sellas fabricatas ope curioso regi tradidit: quibus ponderatis in utraq; auri pond? qđ sibi dederat repperit sicq; miraculose aurum duplicatum iuenit.

¶ Deinde factus est episcopus nouionen. Et dum die quadam homiem ex iustitia damnatum patibulo: pietate motus depositum seliberet: eum manibus contractando suscitauit. ¶ Multa corpora sctorum reppit deo sibi reuelante in ciuitate nouionen. corpus sancti qntini martyris: & in fuesonen corpora martyrum Crispini & crispiniani: & i beuacen corpus scī martyris luciani. Defunctus est autem anno uite sue. lxxx. miraculis clarus. Sed dū ano reuoluto corpus ei? trāsferri deberet incorruptum inuentum ē: & barba sibi renata que die sepulture sue si bi fuerat abrasa. Quieuit autem in domino die cal. decembris.

¶ De scā natalia uxore hadriani mr. XVIII

Natalia uxor olim sancti hadriani martyris corpoꝝ uiri & aliorum martyrum cum eo passorum cōstantinopolim trāslatis ut in eoꝝ legetur passione. vi. idus septembris manum uiri sibi in solatium retinuit: & nicomedie ubi uir passus fuerat remansit. Quam dum tribunus de uolūtate maximiani imperatoris propter ei? decorem & diuitias in coniugium peteret: assentire simulauit triduana inducia postulata. Et dum deū pro sui corpis castitate orarer: admoneturi somnis ab uno ex martyribus uiri cōsociis ut constārinopoli fugiar. Que manu hadriani sumpta nauem cum pluribus christianis ascendit: quam tribunus dum insequitur: uēto insurgente contrario: & plurib? submersis redire compellitur. ¶ Media uero nocte diabol? in specie naute cum naui fantastica fugientibus christianis apparuit: & q; uiam errarent asseruit atq; ad sinistram pergere docuit. Hoc autem faciebat ut eos perderet Mox dum uela uerterēt: hadrianus cum naucula natalie apparuit: & demonem illum fuisse reuelauit: eosq; precedens cōstantinopolim saluos mane perduxit. Quo dum introisset: Natalia domum ubi martyrū corpora seruabātur intrauit: manum uiri iuxta corpus posuit: & post orationem dormitans a sancto martyre suitata ad celestia p uisus

euigilans reuelata narrauit : & uale faciens omnibus spiritum emisit calen. decembris. Cuius corpus a comitibus iuxta aliorū cor pora sepultum est.

¶ De sancta bibiana uirgine & marty. XIX

BIbiana uirgo sub iuliano apostata passa est rome. ✠ Cuius pater laulanus christianus fuit habés coniugem & filias christianas : Qui accusatus apud iulianum imperatorem : q martyres plurimos sepiliſſet : ab eodem in exilio damnatus in pace quiit. Post cuius obitum iulianus matrem bibiane & filias comprehensas tradidit ✠ fausto presidi : ut eas ad sacrificandum compelleret : a quibus ille conuersus & ab imperatore martyrizatus atq; ab eisdem sanctis sepultus est. Quod iulianus comperiens matrem & filias perquirebat. Sed post dies mo dicos bibiane mater ✠ darsosa & germana latentes in christo quieuerunt. Bibiana uero a iuliano reperta & tenta : dum idolis sacrificare nollet plumbatis diutissime uerberatur : & superuiuens triduo propter nimiā cedem emisso per os sanguinis profluuio ad dominum per martyrium perrexit ḡrto noñ. decembris. Cuius corpus a ioanne presbytero positum est apud palatium lucinia num iuxta corpora genitricis & sororis.

¶ De sancto petro chrysologo epo. XX

PEtrus chrysologus archiepiscopus rauennas de ciuitate imolé si oriundus a sancto cornelio imolensi nutritus & doctus atq; in diaconum consecratus est : ui te sanctitate & sapientia insigniter pollens. Igitur episcopatu rauenne uacante : dū quidam ciuitatis rauennatis ciuis a clero & populo electus esset : & pro confirmatione habenda multi nobiles romam ad sixtum papam tertium accessissent : anteq̄ illi ad urbē peruenirent : sixtus papa a beato petro apostolo & sancto apollinare sibi apparentib⁹ per uisum admonetur : ut nullum alium in rauenne archiepiscopum consecraret : nisi illum quem ipsi in eorum medio eidem ostendebant. Venientibus ergo ciuibus ad urbē ab eisdem papa per triduum requisitus : ut electum suum consecraret : omnino renuit : iussa sibi a sanctis referens & ostensum reprehendens. Cuius dum nomen ignoraret : sed eundem ex uultu cognoscendum diceret : p tres dies inter omnes sibi assistentes ostensum uidere nequiuit. Post triduum autem imolensis episcopus cum petro eius diacono corā papa comparuit : qui eidem pro electi confirmatione instanter supplicauit. Sed dum pontifex petrum in medio multorum aspexit : etiam a longe eundem mox recognouit & q̄ ille esset : qui sibi ostensus fuerat asseruit : atq; ipsum cunctis approbantibus in episcopum consecrauit. Qui sanctus lauda biliter uiuens : doctrina : uita : & miraculis floruit. Tandem obitu suo sibi diuina monitione reuelato imolā perrexit : & iuxta corpus sancti cassiani martyris : ubi & nutritus fuerat : orans ad christum migrauit : & iuxta eundem martyrem sepultus est quarto noñ decembris. Cuius calix & patena eorum cō tactu sanant a morsu rabidi canis. Hic multas homelias super euangeliis : & sermones elegantes composuit : & propter sermonis sui uenustatē petrus chrysologus : quod est sermo aureus cognomen accepit. ¶ Extat & eius epistola cōtra eutycetem tempore leonis primi imperatoris conscripta : cuius sententie auctoritate postq̄ in concilio calcedonensi lecta est : eutyces heretic⁹ damnatus est

¶ De sanctis uero & securo martyrib⁹. XXI

VErus & securus germani apud aphricā sub psecutione uandalica passi : glorioso martyrio coronati sunt quarto noñ decembris ut in martyrologio adonis legit.

¶ De ancto cassiano martyre. XXII

ASsianus martyr in ciuitate tingitana que est metropolis mauritanie passus est : qui exceptoris diu gerens officium : tandem celitus inspiratus execrabile duxit christianorum neci deseruire : unde renuncians eidem officio sub christiana confessione triumphum meruit obtinere martyrii die tertio noñ. decēbris : ut dicit in martyrologio adonis : cuius corpus i prefata ciuitate tumulatum : inde processu temporis ad ciuitatem imolensem translatum est : ubi & quiescit miraculis clarens.

¶ De sanctis claudio hilaria & sociis martyribus. XXIII

CLaudius tribun⁹ & hilaria uxor eius & filii eius iason & maurus cum militibus septuaginta sub numeriano imperatore passi sūt Nam ut in passione chrysanti & darie dicetur : dū sanctus chrysantus ab imperatore traditus esset tribuno claudio ad torquendum. Videns claudi⁹ qualiter omia tormenta superaret : & qualiter deos gentium apertis rationibus confutaret : & quia sustes quibus cedebatur molles redebantur : conuersus est ad dominū cū uxore & filiis & septuaginta suis militibus sibi comunissis Quod imperator audiens iussit claudium ligato ad collum eius saxo in mari precipitē dari. Milites quoq; singillatim audiri : ita ut qui se christianum confiteretur capite cederetur : qui uero se christicolam negaret :

dimitteretur. Prius ergo iason & maurus fi-
lii claudii non interrogati se christianos cõ-
tentes decollat sunt. Quos omnes ceteri i
mitantes infra horam eodem martyrio coro
nati sunt. Quorum corpora a christianis in
cuniculo ubi decollati fuerant condita sunt
noctu non longe ab urbe uia salaria. Filios
uero corpora hilaria mater in suo pdio se-
peliuit. Et dum ad tumulũ oraret: & paga-
ni superuenientes eam occidere uellent: orã
di spatio accepto in confessione spiritũ emi-
sit. Cuius corpus iuxta filiorum cadauera
due eius ancille clandestine sepelierunt. Ho
rum omnium martyrum passio recolitur
die. iii. noñ decembris. De quibus infra in
passione chrysanti & darie. 8. caſ. nouembr.

¶ De sancto lucio rege & pfessore. XXIIII

LVcius beatus confessor fuit rex
britãnie baptizatus a thimotheo
discipulo sãcti pauli. Qui regno
composito & bene ordinato reli-
ctis omnibus secularibus põpis
multisq; ad deum conuersis: ueniens per au
gustam in ciuitatem curie multis ad uite p
fectionem exẽplo & doctrinis iductis die. 5
decẽbr i pace quiit. ut dicit fr bartholome⁹

¶ De scã Barbara uirgine & martyre. XXV

BArbara uirgo passa est in ciuita-
te nicomedie tempore maximia
ni imperatoris sub presidẽ mar-
iano. Cuius pater dioscorus no-
mine. eiusde ciuitatis nobilis & pa-
ganus: turri excelsa fabricata filiam pul-
cherrimam barbaram intromisit: ne ab ho-
minibus uideretur. Cũq; plurimi eam in cõ
iugium peterent: illa iam animo christiana
diuinitus inspirata: consensum denegabat.
Et dum pater in balneo qñ edificabat i tur-
ri iussisset artificibus duas fieri fenestras: eo
discedente barbara tertiam erigi fecit. Et
descendens in balneum depingensq; digito i
marmore crucis signum: mox i petra signũ
crucis apparuit acti ferro sculptum esset.
Similiter in & silicie uestigia pedum illius i
pressa sunt. Et descendens puella in concam
inundantibus aquis: orauit ut sanctificaret.
aqua & submergens corpus se ipsam bapti-
zauit in nomine patris & filii & spiritus san-
cti. Egressa igitur de aqua turrem conscen-
dens in idolorum facies conspuit: & respici-
ens in celum deum uerum adorauit. ¶ Re-
diens ergo pater & eam interrogans cur tres
fenestras in balneo fieri iussérat. audiuit ab
ea quia tres sunt qui mundum illuminãt: pa
ter & filius & spiritus sanctus. Quod audi
ens pater arrepto gladio eam insequitur ut
occideret illam: que dum fugeret & a mõtis
crepidine precluta aratertur orauit ad do-
minum: & scisso lapide mons per medium
diuisus uirginem suscepit: & ad aliam partẽ
eiecit. Quo dũ pater ascẽdẽs duos pastores
greges pascẽtes interrogasset an puellã fugie
tẽ uidissent: un⁹ eoꝝ cũ iuramẽto negauit eã
saluare cupiẽs: alter uero ipsã digito ondit
eã occidi uolẽs. Moxq; ipse cũ pecorib⁹ su
is i lapides uersi sũt usq; i pñs ibi manẽtes
Quã pater apphensã & p capillos tractã: &
durissime cesam: martiano pfidi die sequẽti
tradidit puniẽdã. Et dũ xpm pfiteret & ido
la gẽtiũ demonia eẽ ptestaret: iussit eã pẽs
spoliatã suspẽdi & crudis neruis cedi ac ci-
licinis saccis plagas ei⁹ extergi: deide carce
ri immissam pedib⁹ in ligno constringi: ubi
domino sibi noctu apparente confortatur:
ipsiusq; uulnera consolidantur. Quod dum
die sequenti preses deorum pietati ascribe-
ret: & uirgo eius insaniam derideret iussit e
am uersis pedibus suspendi: & latera ei⁹ un-
guib⁹ radi atq; ardentes lampades applica-
ri. Insuper & caput maleis contundi do-
nec de naribus ipsius sanguis abunde stil-
laret in terram. Deinde mamillas eius preci
di ipsamq; nudam per ciuitatem circunduc
ci. Dum autem sic ducta oraſet ad dominũ
angelus sibi apparens, denudatum corpus
eius candida stola contexit & mãnillis resti
tutis plagas omnes sanauit: qđ dum preses
cerneret furore nimio repletus eam decolla
ri mandauit. Quam pater ad montem ubi
eam comprehenderat adducens: caput eius
de manibus propriis amputauit. Moxq; ab
igne celesti consumptus est. Corpus autem
uirginis a ualentiano quodam christiano ni
comedie sepultum est die secundo noñ de-
cembris. Indeq; temporis processu constan
tinopolim translatũ postmodum a ueneris
quibusdã nobilib⁹ uenetias delatus: requie
scere dicitur i ecclesia scẽ marie crucifere.

¶ De sancto meletio epõ ponti. XXVI.

MEleti⁹ epus & pfessor apud pontũ
floruit. Qui cũ eẽt eruditõnũ cu
ra magnific⁹ uirt⁹tũ animi & uir
te syncera tũs lõge i eo magnificẽ
tior extitit: ut dicit i martyrologio
uetardi: q etiã post laudabilẽ uitã ibidẽ in
pace quieuit. ii. noñ decembris.

¶ De scõ meletio epõ antiochen. XXVII.

MEleti⁹ epus antiochen⁹: ut scribit
theodoric⁹ i historia triptita tpe
pstantii ipatoris arriani claruit.
Hic dũ citatẽ quãdã armenie re-
geret & barbaros doceret pp sui
eloqu uenustatẽ ab arriãis & catholicis pa-
riter antiochie epus postulat⁹. Qđ ipator cõ
stãti⁹ uidere nolẽs & ꝓbare utr⁹ eẽt arria-
n⁹ an catholic⁹ iussit ut expẽeret. Dñs posse
dit me ẽ. qđ ille exponens trinitatẽ publice
docuit & aptissimis rõib⁹ ꝓbauit: pp qđ

ab arrianis reuocat' & a pstantio reprobat': & ab ecclesia sua expulsus reuersus armenia eusebio epo adhesit: & clar' miraclis uita & scientia ipace qeuit.

¶ De sco clemete pbro & confes. XXVIII

Clemens preibyter alexandrin' qui ut dicit ado in diuinarū eruditionum scholis qmaxime floruit: panthei auditor: origenis uero preceptor fuit. Hic libros octo condidit stromatum: quod sonat opus uarie contextū. Compositi & libros octo quos informationum uel dispositionum nominare possumus. Item librum ad gentiles exhortationum. Item librum qui dicit pedagogus libris tribus distinctum. Item librum qui scribitur: quis est qui saluus fieri possit diues. Item librū alium de pascha & de disputatione & de ieiunio & obtrectatione. Item alium exhortatorium ad patientiam. Item ad neophytos. Item alium qui in scribitur canon ecclesiasticus. Item de his q iudaicum sensum requirunt: quem ad alexandrum hierosolymorum episcopum scripsit Item librum contra hereses. Extat & eius tā diuinarum scripturarum q̄ litterature secularis uolumina eruditionis & eloquētie reserta: in genesim etiam cōmentarios scribere pollicitus est. Hec hieronymus de uiris illustribus. Quieuit in pace die secūdo nōn decembris. Seueri impatoris tēpore florēs.

¶ De sancto sabba abbate. XXIX

Sabbas abbas ex prouincia cappadocie ciuitate mutalapsis patre ioanne matre sophia: claris & xpianis originē traxit. xvii. theodosii ipatoris āno. Dū aūt pater ei' militaret' cū uxore alexandria pgeret: filiū puulum hieremie fratri cōmendauit. Quem dum uxor illius inuite conspiceret: puer relicto seculo occulte patruum deserens: & ad monasterium quod dicitur scando fugiēs: ab abbate gregorio suscept' ē & monachus effectus: qui i omni sanctitate uiuens: etatis processu summa preditus abstinentia cepit etiam clarere miraculis. Interque dum tempore hyemali pistor uestes lotas siccandas in furno adhuc calido posuisset: & oblitus ipsarum clibanum pro pane coquendo ex incuria accendisset: deinde recordatus uestium damnum suum deflebat. Sabbas compassione motus furnum ingressus accensum illesas uestes illesus eduxit.

¶ Post hec perrexit ad eremū ad gerasimū abbatem: ubi multa diaboli figmenta & certamina superans dudum mansit. Deinde ueniens hierosolymam sibi locellū edificauit: & sacra loca quotidie perlustrans ad locellum redibat contemplationi uacans. ¶ Die quadam apud ecclesiam sancti ioannis baptiste mulierem dudum fluxum sanguinis passam sanam effecit. ¶ Quendam etiam a demone obsessum liberauit. ¶ Et cum siccitas nimia populum urgeret: adeo ut neq; in puteis neq; in soueis aqua reperiri posset: & ex hoc ciuitas periclitaretur: fodientibus ciuibus in locis plurimis si forte aqua aliunde prorumperet: oratione sancti pluuia largissima noctu descendit: que soueas & cisternas repleuit: omnemq; populum satiauit. Sicq; multorum signorum gloria clar' uirtutibus pollens: sub ioanne archiepisco po quieuit in pace die sabbati nōn decembris anno domini. 524. sepultus hierosolymis inter duas ecclesias: cuius corpus inde processu temporis uenetias delatum: quiescit in ecclia sci antonini martyris.

¶ De scō basso epo & martyre. XXX

Bassus episcopus ex nicea prouincia dum christum predicaret a perennio preside detentus & ad deorum sacrificia inuitatus: cū dolis imolare contemneret: primo in equuleo suspēsus ac diuti' tortus est: deinde laminis ardētibus circa latera appositis excruciatus. iesum christum dominum maiori constantia profitebatur. Qua ꝑpter in equuleo leuat' sustinb' & scorpionib' pdis iussu diut' ssime cesus ē. Post hoc depositus ad statuas deoꝝ ligna pro sacrificio portare compellitur: data sententia: ut si non sacrificaret: eodem igne cōsumeretur: qui dū sacrificare cōtemneret: in ignem missus ded in eo dudum manens illesus educitur. Sicq; a preside ad iudicē nicee prouincie destinat' cum litteris sibi mandantibus ut bassus: aut sacrificare compelleret: aut excogitatis supplicijs perimeret. Sed dū a iudice suasus sacrificare nollet: fabricatis duob' clauis ad mensuram longitudinis corporis eius eisq; a plātis pedū per medium corporis usq; ad uerticē confix' in christi pfessione emisit spiritū nōn decēbr. tpe decii & ualeriani. Cui' corp' a xpianis i nicea ciuitate sepultū est.

¶ De scā crispina uirgine & martyre. XXXI

Crispia uirgo i aphrica ap. colonia thebestina tpe diocletiani & maxiani impatoꝝ cū sacrificare nollet iussu anolini pcōsul' dcollata ē: ibiq; sepulta nōn. decēbr.

¶ De scō dalmatio epo & martyre. XXXII

Almati' martyr & eps de italia oriūd' pfe senatore dū xpian' esset occult' oia deserens ad alba ciuitate deuenit: ibiq; xpm pdicare epit & miracul' clarere. ad quem quidam ualentin' magister militū de rauenna ueniens eius audita fama pro filio

ſuo grauí infirmitate detento ſu pplicare
epit: orationeq; fuſa ſanctus filium libera
tum eidem nunciat: qđ ille repatrians dum
uerum eſſe cognouit ad dalmatium rediit &
conuerſus ad chriſtum ab eodem cum filio
baptiſmum ſuſcepit. Iterumq; ad propria
remeans & chriſtum annuncians miraculi
teſtimonio multos ad fidem conuertit: dein
de dalmatius angelo duce ticenum ueniens
dum flumen ſine pōte uel naui ab angelo in
momento tranſuectus multis coram poſitis
tranſiuiſſet: populum multum conuertit ad
chriſtum. Ibiq; conſtitutus epiſcopus pre
dicationis officium fideliter perficiebat: dei
de ad gallias tranſiens: plurimos infideliu⁹
chriſtianos effecit. Et poſt hec reuelatione
diuina: dum ad ſuam rediret eccleſiam iux
ta flumē ticeni ab infidelibus captus & i ce
rebro gladiis percuſſus per martyrium mi
grauit ad chriſtum. Sed dum corpus eius
examine ſtaret nec dudū cecidiſſet uiſo mi
raculo multi ex infidelibus conuerſi ſunt.
Sepultuſq; eſt ibidem miraculis clar⁹. Paſ
ſus eſt autem die noñ decembris.

¶ De ſcō Nicolao epō & confeſ. .XXXIII.

NIcolaus epiſcop⁹ ciuis patere ur
bis patre epiphanio matre Ioan
na: diuitibus claris & ſanctis ex
ort⁹ prima die ſue natiuitatis dū
balnearetur erect⁹ ſtetit in pel
uī tere dimidia hora. Ad ubera matris po
ſitus. iiii. &. vi. feria ſemel i die mámas ſug
gebat: qui ex nomīe auūculi ſui nicolai my
reorum antiſtitis uocatus eſt nicolaus. Dū
adhuc puer imbuendus litteris a ſcholis re
diret: claude femine eidem obuie greſſū re
ctum tribuit. ¶ Cuidam ſeruo dei nomine
ſabbatio in ex taſi poſito palatium mirificū
auro & gemmis fabricatum cum ſede mira
bilis claritatis intro poſita oſtenditur: que
omnia nicolao adhuc puero in celeſtibus p̄
parata reuelantur. Factus autem iuuenis
coetaneorum conſortia & mores deuitans
eccleſiam frequentabat: & que de ſcripturis
audiebat memoriter retinebat. ¶ Parenti
bus defunctis quid de diuitiis ſibi dimiſſis
domino gratum ageret cogitabat. Hinc aua
ritiam ſi non daret. Hinc inanem gloriam ſi
preberet ſcurreſ formidabat. Sed poſt dies
medicos dum quidam conciuis nobilis ad
extremam deductus inopiam: tres filias ſu
as uirgines fornicari diſponeret: ut inde mi
ſerrimus quicquam p uictu acquireret. Ni
colaus hoc audiens noctu domum uiri la
tenter adiens per feneſtram auri pondus in
tro clam proiecit clamq; diſceſſit. Quod ho
mo ille reperiens ex eo primogenitam mari
tauit. Et dum idem ſecundo ſanctus confeſ
ſor peregiſſet: ſecundam filiam ſimiliter pa
ter nuptui tradidit. Dum autem tertio dei fa
mulus idem opus perfeciſſet homo ille qui
uigilans benefactorem ſuum ſtudio obſer
uabat: ſanctū fugientem cepit: eūq; cogno
uit & ad pedes eius ſe proſtrauit. Quem il
le erigens eidem ſuperinde ſilentiū quoad
uiueret impauit: illeque tertiam filiam con
iugio dedit. ¶ Poſt hoc defuncto archiepi
ſcopo myreorum dum epiſcopi ſuffraga
nei pro eligendo preſule orantes conue
niſſent: reuelatur cuidam epiſcopo magne
auctoritatis: in quē uota omnium dependē
bant: q; illum elligere deberent: quem hora
maturinali primum ad ianuam eccleſie nico
laum nomine repperirent. Cum autem nico
laum mā expectantem epiſcopus repperiſ
ſet & nomē ipſius didiciſſet: eundem licet ſa
tis renitentem in cathedra collocarunt. Qui
gregi dominico prefectus ad amplioris per
fectionis apicem: omni decoratus uirtute at
tingere ſatagebat multiſq; miraculis coru ſ
cabat. ¶ Quadam die cum ſuis clericis ad
refectionem diſcumbēs deficiente ſibi uino
modicum uini in uaſculo allatum quod uix
tribus in menſa ſufficeret cunctis in fundi p̄
cepit: & ad ſufficientiā omnibus fuit ſatis.
¶ Alio quoq; tempore dum unicus ſolūmo
do panis in cellario repert⁹ eſſet: operariis
in eccleſia ſua laborantib⁹ apposuit. Indeq;
plene omnes refecit. ¶ Virum & uxorem q
xxx. fere annis ſine prole fuerant: ad ſe uen
entes: & p filio ſupplicantes oleo lampadis
eccleſie inunxit & orationem premiſit. Eo
demq; anno mulier filium en ixa: eundem in
miniſtrum uiro dñi obtulit: quem ille bap
tizauit: & ſacris litteris eruditit. ¶ Obſeſ
ſum a demonio de regione andronica libe
rauit: puellam manib⁹ aridis de caſtello e
uādis ſanauit: & alios multos a diuerſis paſ
ſionibus dei uirtute curauit. ¶ Dum eccle
ſiam conſtrui faceret & lapis magnus in edi
ficium opus eſſet: qui a .lxx. hominibus nul
latenus moueri poterat: ſanctus dei ſuper
ueniens ſigno crucis premiſſo cum duobus
clericis ipſum amouit: & ad locum detulit
ordinatum. ¶ Quadam die tēpeſtate ſeuiſ
ſima quaſſati quidam naute nicolaū aduo
cant: & continuo uir quidā eis apparuit di
cens ſe eſſe nicolaum ab eis aduocatum: qui
eos in antēnis & rudentibus iuuare cepit ſta
timq; tempeſtas ceſſauit. Et dum ad eius ue
niſſent eccleſiam: quem nunq; uiderant ſine
indice cognouerunt. Quod ille non ſuis me
ritis ſed eorū fidei attribuere docuit. ¶ Dū
quodā tempore fame ualida regio eſſet op
preſſa & naues onerate tritico ad portū my
ree deueniſſent rogauit ſanctus nautas ut
ſaltem proquaq; naue in centū modiis eo
inopie ſubueniret. Cumq; illi rñderent

non audere hoc facere: eo q̄ mensuratū alexandrie granum eadem mensura constanti nopoli in horrea imperatoris eos reddere oportebat: instat sibi: ut petita adimpleant: confisus in christi gratia: q̄ nihil diminutionis in eorum mensura recipient: quod cum fecissent: mensuram quam receperat integre ministris regiis reddiderunt: & miraculum narrauerūt. Granum autem illud quod sanctus acceperat miraculose per biennium ad uictum & usum seminis abundauit. ¶ Sed cum adhuc in regione illa aliqualis cultus idolorum supereſſet: arborem quandam diane consecratam quam quidam colebant rustici: sanctus precidit: diabolo in aera ululāte se de sua sede per nicolaum iectum. Et dum quidam uiri ad sanctum uisitandū nauigio pergerēt: demon in specie deuote mulieris eisdem in sagenula apparuit: oleum i uase tribuit: rogans ut ex eo parietes ecclesie sancti nicolai perungerent: eo q̄ ipsa tūc ad ipsum locum accedere non posset. Qua discedente in alia nauicula eisdem cum pluribus uir apparuit nicolao simillimꝰ: muli erem illam dianam fuisse docuit: & ut oleū sibi datū in mari iactarent admonuit. Quod proiectum in mare contra naturam aquam inflāmauit: qui dum myream uenirent: nicolaum conspiciunt: ipsumq; esse qui sibi apparuerat recognoscunt. ¶ Eodem tempore dum imperator constantinus tres principes nepotianum: ursum: & neapoleonem contra hostes imperii misisset: & illos ad portum myree applicantes: uir sanctus ad prādium inuitasset: cum essent in mensa nunciatur uiro dei: cōsulem pecunia corruptum tres iuuenes milites innocentes decollari mandasse. Illico sanctus tribus illis principibus sibi associatis ad locum properauit: & iuuenes iam genu flexo gladium uibrantis expectantes repperit. Audacter igitur sc̄z spiculatorem ingerens gladium sibi extorsit: innocentes exoluit: quos secutu adducens consulem adiit: eumq; durius obiurgans: tandē penitentem suscepit. ¶ Dum autem principes imperiales cum uictoria redeuntes: ab imperatore magnis honoribus sublimati fuissent: ex inuidia apud eum de proditione delati sunt: quos ille carceri traditos precepit mane sine audientia decollari. Qui liberationem trium iuuenum factam a uiro dei recolentes eiusdem se meritis cōmendarūt. Eadem nocte uir dei imperatori per uisionem apparuit: ipsum de impietate redarguit: & nisi innocentes dimittat exitiale bellum eidem cōminatur ad mortem. Interrogatus quis esset: dixit se esse nicolaum epm myreorum: similiq; uisione prefectum exterruit: Euigilans princeps uiros aduocat: & si cui sancto se cōmendassent interrogat. Qui dum se sancto nicolao cōmendasse dicerent. Miratus imperator ueniam petit: innocentes absoluit: & eosdem ad uirum dei cum muneribus destinauit. ¶ Fertur beatum nicolaum adhuc senem niceneo concilio interfuisse: & quendam arrianum zelo fidei in maxillam percussisse: ob id q̄ a concilio mitra & pallio priuatum extitisse: propter quod ut plurimum sine mitra depingitur. Sed dum aliquando missam beate uirginis: cuius erat deuotus: in pontificalibus celebraret: & priuationem mitre & pallii deflēret: quasi zelo nimio fidei sibi ablata: ecce cunctis uidentibus duo angeli eidem astiterunt: quorum unus mitram: alius pallium sibi diuinitus restituerunt. Et extunc insignia reassumpsit sibi celitus restituta. Qui ad ultimam horam deueniēs: angelos sibi occurrentes conspexit: & suum cōmendans spiritum domino in pace quieuit die octauo iduum decembris āno domini. 343. Ex cuius ossib⁹ oleum iugiter emanare cōsueuit: quo liniti languidi a cunctis infirmitatibus sanabantur. ¶ In multis chronicis inuenitur: q̄ post multum temporis destructa a turchis myrea ciuitate a mercatorib⁹ barrēsibus corp⁹ sci nicolai barrū trāslatū ē: ibiq; iacere usq; i p̄s⁹: ut plurimū credit & a multis peregrinantibus uisitatur. Venti autem idem corpus asserunt uenetiis delatum. Cuius historia translationis debito loco uidelicet tertio calendas iunii ponetur. ¶ Miracula autem sancti: tum quia infinita esse dicuntur & inumera: prout collecta ecclesia asserit: tum etiam quia ea sola de sanctis ponere curauimus: que uel in uita eius uel circa mortem: aut erga eorum corpora contigerunt: ex aliis uoluminibus lectori legenda dimittimus. ¶ Hoc solo ad eius uenerationem exarato: q̄ dum beati nicolai historia de nouo edita esset que notata cum suo cantu ad manus quorundam fratrū monasteriū sancte crucis de cesena deuenisset: & fratres eam in eius festo canere ad officiū uellent: eorum prior omnino recusauit: & fratres redarguit: dicens ioculatoria i ecclesia non esse licitum decantare. Nocte superueniente sanctus nicolaus priori apparuit: eumq; uultu terribili lecto abstraxit: pauimento collisit: & incipiens antiphonam. O pastor eterne ℣. per singulas differētias uoce cum fuste quem tenebat: ictus supra dorsū patientis ingeminans: per ordinem ad finem usq; decantauit. Qui semiuiuus dimissus clamoribus fratres excitans uisa & gesta narrauit antiphonam quam nunq̄ audierat retulit: & centum notas in ipsa consistere didicisse ex centum p̄cussionib⁹ quas susceperat

adiecit :& prout dixerat sic esse compertū fuit. Data licentia fratres nouā historiam eo die & deinceps tā ipsi q̄ alii in multis ecclesiis celebrarunt.

¶ De scō Nicolao papa prio. XXXIIII.

NIcolaus papa huius nominis primus natione romanus ex patre theodoro successit benedicto .5. & sedit annos .ix. menses .ii. dies xx. Et ut in chronica martiniana habetur post magnum gregoriu5 papā nullus usq; ad cum apparuit i sede romana eidem sanctitate ꝑparandus. Floruit autem tēpore Ludouici secundi ꝑatoris. Hic michaelem constantinopolitanum imperatorem excōmunicauit propter ignatii patriarche iniustam depositionē. Excōmunicauit etia5 lotharium regem gallie ꝓpter gualderade pelicis sue societatem. Qui rex tpe hadriani successoris nicolai pape romā ueniens concubina dimissa: absolutionem ab eo recepit & non multo post uita decessit. ¶ Huius tēpore sanctus cyrillus pene omnium sclauorum apostolus corpus sancti clemētis pape a cersona ubi in mare ponticum proiectum fuerat: ex mari exiccato auferens romā detulit. Quod per nicolaum papā in ecclesia sancti clementis reconditum fuit: ubi & ipse cyrillus paucis expletis diebus sepelitur miraculis corruscando. Nicolaus uero papa post multas & uberes collatas elemosynas & alia multa bona que fecerat in christo qeuit: & in ecclesia sancti petri apostoli sepultus est.

¶ De sanctis dionysia datiua & sociis martyribus. XXXV.

DIonysia: datiua: leontia & Emilianus medicus & religiosus uir nomine terrius: nec non bonifacius & seruus & uictricus atq; maiori cus adolescens : apud aphricam martyrio coronati sunt. Qui omēs persecutione uandalica sub Hunerico rege arriano pro confessiōe fidei catholice: & ne ab arrianis rebaptizarentur decertātes: grauissimis & innumeris suppliciis excruciati: confessorum christi numero sociatisūt. viii. idus decembris. Ex quibus maiorcus adolescens: dionysie matris sue eidem in tormentis assistentis ex hortationibus roboratus in certamine confessionis spiritum reddidit. hec ado

¶ De scō abrosio epō & doctore. XXXVI

AMbrosius episcopus & doctor: cuius festum obitus occurit .ii. nonas aprilis. Hoc uero die quo episcopus est ordinatus ab ecclesia romana celebratur filius ambrosii romani tūc ꝑfecti galliaꝝ i galliis natus & i cunabulis i ptorio posit⁹: dū dormiret apto ore: examē apū facie ei⁹ & os ipleuit: ut q̄si i alueolū suū itrarēt & exirēt: que postea euolantes in tantam altitudinē aeris eleuate sunt: ut humanis oculis mīme uiderentur. Quod pater cernēs & territ⁹ infantulum predixit aliquid magni futurum. Et cum puer esset matri & sorori maiali oscula dam porrigebat: ut sacerdotibus fieri consꝑexerat: q̄d soror tum deridebat. ¶ Cū ergo rome factus iuuenis & litteris eruditus causas poraret: a probo prefecte pretorii mittitur ad liguriam emiliā; regendam ꝓuinciam: ueniēq; mediolanum. Mortuo uero auxentio episcopo arriano: cum populꝰ propter presulis electionē i seditionem positus esset: & ipse pro seditione sedāda ad ecclesiam perrexisset: uoce ſantis subito ambrosium episcopum clamante: ab omnibus tam arrianis q̄ catholicis pontifex eligitur. Quod ille audiēs contra morem suū hominesꝝ torqueri fecit: ut sic ab ei⁹ electione cessarent. Deinde profiteri philosophiā uolens quasi rem christianis suspectam: dum non permissus esset publicas meretrices ad se igredi fecit: populoq; magis acclamāte: peccatum tuū super nos: noctu ausugit. Et dū se ticenum ire putaret: manē ad portam romanam ciuitatis se repperit. Interim missa electione ad ualentinianum imperatorem eam approbauit: gaudens q̄ iudices a se directi ad sacerdotium peterentur. Ambrosius uero in possessione leōti latuit. Sed relatione imperatoris ueniente producitur Et q̄uis multeꝝ renitens: tandē electiōi cōsentire cōpellitur. Et cū adhuc esset cathecuminus baptizatur: &. viii. die in episcopū consecratur. Qui cum post annos quattuor romam uenisset matre defuncta: & germana manum eius oscularetur subridens dixit in se iam impletum: q̄d puer uaticinat⁹ fuerat. Vbi etiam paralyticam in lecto cubantem: solo uestimenti eius contactu: sanā effecit.

¶ Sed & cum contra uoluntarem iustine ipe ratricis arriane: catholicū in episcopum ꝓmouisset multas ab ea insidias & persecutiones passus est: adeo ut etiam una ex uirginibus arrianorum ut eum ad reliquas cedendum traheret: ipsum per pallium cepisset: quā die sequenti Ambrosius morte defuncta subita honorifice sepeliuit gratia pro contumelia rependens. Redienicq; mediolan ad suggestionē auguste multi sibi calūniantur: & multas iniurias patitur. ¶ Et dū in exilium mittendus putaretur: & quidam uicin⁹ quadrigam ad eum exportandū passet iusto dei iudicio anno uertente ipse in ea dē carruca i exiliū missus é. ¶ Cū ār plures obsessi a demonib⁹ ab Ambrosio torqueri diceret & iustina cū arrianis ābrosio impo-

nerent: quod pecunia cõparet qui se ab immũdis spiritibus torqueri assererẽt: subito unus ex illis demone oppressus clamabat q̃ utinam qui nõ credunt ambrosio: ut ipse torqueretur: quem ceteri arriani in piscinã necauerunt. ¶ Hereticus quidam inconuertibilis: dum predicãte episcopo: uidit angelum ad aures eius loquẽtem: conuersus est: & fidem quam persequebatur: defendebat. ¶ Quidam magus: qui demones ad eum ce dendum inuocabat: audiuit ab eis: q̃ nec ad fores eius appropinquare presumerẽt: quoniam ignis de domo ei⁹ exibat: q etiam eos longe positos cruciabat. ¶ Quodam demoniato mediolanum intrante: demon ex illo exiens alium ex urbe egredientem iuasit: dicens q̃ ambrosium timebat: & ob id urbẽ ingredi formidabat. ¶ Dum quidam ad preces auguste eum noctu uolens gladio percutere: brachium eleuasset: subito man⁹ ei⁹ exaruit. ¶ Cum apud thessalonicam ex seditione populus iudices lapidasset: iratus theodosius imperator omnes thessalonicenses perimi iussit: nocentes ab innocentibus non secernens. Et cum mediolanum uenisset uolens intrare ecclesiam ab ambrosio prohibetur: & de tanto scelere audacius increpat. Qui cum dauid homicidam & adulterũ allegasset: audiuit ab eo: q̃ quem allegauerat delinquentem imitaretur & penitentem. Et a doctore sancto suasius publicam agere penitentiam non est dedignatus. Cũq; penitentia peracta die pasche pro cõmunione sumẽda cancellos ecclesie intrasset: ambrosi⁹ eũ extra chorum repulit: dicens locum illum clericis assignatum: & q̃ purpura facit imperatores non sacerdotes: cui imperator humiliter obediuit: & reuersus cõstantinopolim: dum in ecclesia extra cãcellos maneret inuitatus a patriarcha ut intraret: miratus ait: se unum uidisse ambrosium sacerdotem ¶ Dum ad palatium macedonii magistri officiorum pro cuiusdam intercessione accessisset: & fores clausas repperisset: ꝓminat⁹ est illi: q̃ cito ad ecclesiam ueniens apertis ianuis intrare non posset. ¶ Post modicum tempus macedonius ad ecclesiam fugiens timore inimicorum patentibus ianuis aditũ reperire non ualuit. ¶ In ciuitate florentie filium cuiusdam nobilis nomine pansonem puerum obsessum a demonio liberauit. Et dum post dies modicos puer subito expirasset mater ipsum i lecto sci defuncti locauit: quem ille supueniẽs oratione & lachrymis iuscitauit. ¶ Nicetius quidam notarius dolore pedum uexatus: dum ad episcopum celebrantem pro cõmunione accessisset: & ille pedes ipsius casu calcasset: extinde a dolore ereptus est. ¶ Hospitatus in quadam uilla ruscie apud quendam diuitem filiis & familia abundantem: dum uir se de cunctis sibi ad uotum succedentibus iactasset: & q̃ nihil sibi aduersi in uita sua aliquando contigisset: ambrosius territus inde cum sociis se stinus discessit: dicens ibi tutum non esse ꝓmanere: ubi dominus non erat. Quo abeunte & aliquantulum procedente uir ille cum domo & omni familia terre hiatu absortus est: usq; in presens quadam foua ibidem in testimonium permanente. ¶ Ipse suum obitum prescuit & reueleuauit: q̃ usq; pascha cum fratribus esset. Et dum die quodã psalmum. xliii. cum notario dictaret: uidit notarius ignem caput eius in modum scuti oprientem & per os eius intrantem: faciesq; ei⁹ ut nix effecta post modicũ ad colorem pristinum redüt: quo die dictandi & scribendi sine fecit. Post dies modicos grauiter egrotare cepit. Et dum ad extrema ꝓinquaret & quattuor eius diaconi de eligendo episcopo inter se tractantes: simplicianum nominassent ita silenter: ut uix mutuo se audirẽt: ipse longe posit⁹ tertio clamauit: senex: sed bonus. Quod audientes illi mirati sunt: & non nisi illum post eius obitum elegerunt. Honoratus quoq; presbyter ecclesie uercellẽ. expectans eius obitum: cum se sopori dedisset: audiuit se tertio uocari: ut surgeret festinanter: quia statim erat recessurus: qui surgens ei corpus domini obtulit: quo sumpto uir domini manus i modum crucis expandit: & orans sub silentio expirauit die .2. nonas aprilis anno domini. 380. tempore theodosii senioris: celebratur autem eius festum ab ecclesia die quo episcopus est ordinatus ut dictum est: scilicet die septio idus decembris. ¶ Eadem hora uisus est in quodam monasterio in partibus orientis inter monaches psallentes orans: & notato tempore repertum est beatum uirum tũc a corpore migrauisse. Et cum i nocte pasche corpus eius ad ecclesiam delatum fuisset: pluri mi infantes baptizati eum uiderunt sedentẽ quasi in cathedra tribunali ut dicebãt. Alii eum ascendentem digito parentibus ostendebant: plurimi quoq; stellam supra corp⁹ eius uidisse testati sunt. Sepulsus est die pasche apud basilicam ambrosianam: ubi demonum turba se ab illo torqueri clamabat ubi & infirmitates curantur: & demones usq; in presens effugantur. ¶ Hic doctor sanctissim⁹ multa utilia opuscula i ecclesia dei cõposuit: uidelicet librũ exameron. Item lib[…] brum de officiis. Itẽ de conflictu uitiorũ & uirtutum. Itẽ librum de uirginibus. Itẽ uitam beate agnetis. Item librũ de paradiso & eiectione primi hominis. Item de oblatione caim & abel: & quid ipsa oblatio significet.

Item de receſſu abrahę de meſopotamia. Item ad flacellā reginam de ſpiritu ſancto. Item cōtra arrianos libros plures. Item cō tra apollinarem librum. i. Item ad Sauinu5 eſm de trinitate librū. i. Itē pmētariog; i lu cam libros plures. Item librum xpianog;. Item ad diuerſos libros. lxxv. Itē tractatus xiii. Epiſtolas breues. lxxvii. Sermones de clamatorios. lxxv. Scripſit & libros de ſpū ſancto quos gratiano principi direxit. Item librum de exceſſu ſatyri. Itē rhythmos ſup deprecatōe pluuie & ſerenitatis: & alia mul ta que enumerare longum eſſet. Compoſuit & officium & hymnos ac ordiné miſſe: qui i eius eccleſia obſeruantur.

¶ De ſcō Agathone martyre. XXXVII.

Ggathō martyr apud alexādria ſub decio impatore paſſus eſt. Qui cum eſſet miles & prohibe ret quoſdā gentiles uolētes illu dere cadauenerib⁹ martyrum: cl amor repente totius uulgi aduerſus eum extollitur. Oblatuſq; iudici cū in pfeſſione chriſti perſiſteret: capite pro pietate dam natus ē. vii. idus decembris. hec ado.

¶ De ſancto Agathōe abbate. XXXVIII.

Gathon abbas per triēnium lapi dem in os tenuit donec tacituri tatem diſceret. Interrogat⁹ que uirtus plus haberet laboris. Re ſpondit oraſ deū: eo q; demones crantē ſemper ſpugnant ut orationē iterrū pant. Interrogatus a quodā quomodo cū fratribus habitare deberet. Rndit ſicut in prima die nunq; fiduciam aſſumēdo: eo q; fi ducia ſit genitrix paſſionū. ¶ Dixit quoq; q; ſi iracundus etiā mortuos ſuſcitaret non placeret alicui: nec ipſi deo propter iracun diam ſuam. ¶ Fuit autē agathon ſapiēs ad i telligendū: ſpiger ad laborandum: parcus i cibo & ueſtimento: qui dicebat ſe nunquam dormiuiſſe hīs aliquid aduerſus quēquam nec dormire pmiſiſſe hūtem aliquid aduer ſum ſe. Moriturus triduo aptis oculis i ex taſi manſit: & pulſatus a fratribus dixit ſe diuino iudicio aſſiſtere & anxie timere: eo q; quis in mandatis dei laboraſſet pro uiri bus: neſciebat adhuc utrum deo placerent opera ſua: quia aliter ſunt iudicia dei: aliter hominum. Quo dicto ſpm cum gaudio emi ſit: uidebant enim eum colligentē ſpiritum queadmodum ſiquis ſalutat amicos ſuos di lecto s. hec in uitis patrum.

¶ De ſancta Fara uirgine. XXXIX.

Ara uirgo de frācia tpe heraclii imperatoris claruit. Cui⁹ pater hagerricus de burgūdia duxit o riginem. Hic claris natalibus or tus: in aula theodeberti regis frā corum inclytus ex uxore ſua Ieodegunda: tres filios procreauit omnes ſanctos. ſ. faro nem ualpertū & canoaldum: filiam quoq; uirginem faram. Que dū iuuenilibus annis uirginitatem ſuam deo uouere cupet: ſed a patre prohiberetur qui filiam nobilem no bili ſponſo tradere diſponebat: tāta lachry marum inundantia fleuit: q; uiſum amiſit quem tum dominus ei per beatum euſtaſiū epiſcopum reſtituit. Adhuc quoq; patre ad eius nuptias intendente: fara ad eccleſiam a poſtolorum principis cōfugit: quam pater cum miniſtris ut eam pimeret inſecutus: tē tam tandem carceri mācipauit. Interea bea to euſtaſio de legatione regis lotharii rede unte: multa precum inſtantia patre eius pla cato, pcurauit: ut uirgo dei de carcere edu ceretur & ſanctimonialis conſecraretur: qđ uix patre annuente factum eſt. Et a ſancto gundoaldo meldēſ. epiſcopo habitu uirgi nitatis aſſumpto cenobio quoq; eidem uirgi ni in ſolo paterno edificato: ipſa i pudicitia & ſanctimonia perſeuerans plena uirtutibus quieuit in pace. vii. idus decembris: ut ſcri bit Sigibertus.

¶ De ſancto Martino abbate. XL.

Artinus abbas apud ciuitatē ſan tonas uite ſanctitate & mirabili bus ſignis prepollēs die. vii. idu um decembris i chriſto feliciter obdormiuit: ad cuius tumulum crebrerrime diuinitus miracula multa fiūt ut dicitur in martyrologio adonis.

¶ De ſancto Genebaudo epō. XLI.

✝ Latro epſ.

Enebaudus epiſcop⁹ laudunēſ. a ſancto fmigio epiſcopo remēſ ſub clodoneo rege, cōſtitutus ē. Qui uxorem habebat nepte ſan cti remigii quam quide5 relique rat: tamē ſecu5 cohabitabat: unde ex frequē ti conuerſatione cum ea peccauit: que filiū concepit & peperit: quem epiſcopus latro nem nominandum mandauit: eo q; in latro cinio genit⁹ eſſet. ¶ Verum ne ſuipitio ori retur adhuc coniugem ad ſe uenire permit tebat. Penitētiaq; de peccato pacta: iterum eam cognouit: & filiam genuit quam uul peculam nominauit. In ſe tandem reuerſus pro remigio miſit: qui lauduñ uenit. Et dū ſibi epiſcopus pōnificatum cum lachrymis reſignaret: ille q; cauſam quereret: eidem ipſe peccatum ſuum pfeſſus eſt. Remigius autem eum in eccleſia. vii. annis incluſit. In terim q; pro eo epiſcopatum gubernauit.

¶ Poſt ſeptēnium nocte dominice cene ge nebaudo ſtenti: & quia ipſe qui penitētes re conciliare conſueuerat: nec locum inter pe nitētes haberet conquerenti angelus aſtitit.

peccata sibi dimissa nunciauit: & ut exiens in crastinum penitentes reconciliaret admonuit. Cuq; ille se exire non posse diceret: eo q; hostium clausum & signatum esset: remigiusq; claues haberet: angelus saluo sigillo hostium reseruit. Iterumq; illo respondente: etiam si ipse christus sibi mandaret: tamen egredi nollet: nisi qui eum inclauserat adesset: angelus eadem hora remigio pene uigilanti & oranti i crypta beate uirginis remissus appuit: rei seriem pandit: & ad genebaudum educendū: ut ueniret dei parte mandauit: qui etiā i momento se iuxta cellam genebaudi trāslatum reppit: & iussa cōplens ad locum suum eode ilātī se reductū inuenit. Sanctꝰ quoq; genebaudꝰ i scitate uite pseuerans in pace quiuit. 7. idus decembr. Cui & filiꝰ eiꝰ latro i epatu successit: q etiā sanctus fuit.

¶ De ꝯceptione beate marie uirginis. XLII

Conceptio scē dei genitricis marie: non qdem ex generali ecclesie ilstitutiōe: sed ex speciali quorundam deuotione in pluris ecclesiis celebrat: quāuis eni beata uirgo fuerit in utero matris etiam ab ipsa aie infusionis die scificata: fuit tn in peccato originali ꝯcepta: quod trib' rationib' ꝓbatur. Primo quia si fuisset sine peccato originali ꝯcepta: sequeret. q; non fuisset filia ioachim sed solum anne: & sic quodāmodo ētum ad humanitatem esset equalis christo quod est absurdum & erroneum. Consequentia pbat: quia non potest esse pmixtio seminum uiri & mulieris sine pruritu libidinis & delectationis. Constat autem: q; talis pruritus & delectatio habet annexum peccatū originale: ut pbat augustinꝰ in libro de peccato originali. Et ideo cōceptio christi fuit absq; tali peccato: quia ibi non fuit pmixtio alicuius seminis uirilis: & per ꝯsequens nec pruritus libidinis. ¶ Secūdo quia si fuisset sine tali peccato ꝯcepta: sequeret: q; non fuisset christi sanguine per eius passionem redempta: quod est falsum & pessime dictum Et probatur ꝯsequentia: quia christi passio fuit ordinata ad peccatum omne delendum siue originale per baptismum: siue actuale per penitentiam: sed cum in beata uirgine nullum fuisset peccatum actuale abolendū si sine peccato originali concepta fuisset xpi passio nihil delendum i ea repperisset: & sic per christi passionem non fuisset redempta. ¶ Tertio quia ex hoc sequeretur: q; si beata uirgo ante christū decessisset: quod fuit possibile: ipsa ꝛmediate paradisum ingressa eet: sed hoc est falsum: ut patet ioānis. 3. Nemo ascendit in celum scilicet ante christum: nisi qui descendit de celo ꝛc. Consequentia ꝓbatur: quia sola originali culpa adit' regni celorum precludebatur decedentibus sine peccato actuali. ¶ Verum ad rationes que in contrarium a pluribus hereſim sapientibus allegantur: sic respondetur. Et primo ubi dicitur: q; christus non uenit soluere legem sed adimplere. Cum igitur ipse in lege mandauerit honora patrem tuum & matrē tuam ꝛc. credendum est ipsum etiam matrē suam in hoc pfectissime honorasse: respondet q; honorauit eam inquantum fuit conueniens: non tamen tantum: q; ipse ex hoc exhonoraret seipsum. Nam dicere: q; uirgo maria esset equalis in gratia humanitati christi: esset ignominia ipsi christo. ¶ Secundo cum dicitur a talibus: q; augustinus dicit: Cum de peccatis agitur mentio: nolo de beata uirgine fieri mentionem: intelligendum est de peccato actuali etiam ueniali: a quo omnino immunis fuit. ¶ Tertio cum opponitur: q; ecclesia dei permittit fieri solennitatem de eiꝰ conceptione: quod idem est ac si iuberet: & etiam in curia romana fit tale festum per papam & cardinales. Respondetur: q; licet istud festum sortiatur nomen cōceptionis: est potius festum de eius in utero sanctificatione. Sed quia tempus sanctificationis est ignotum sub nomine & uocabulo conceptionis agitur festum de tali sanctificatione. ¶ Huius autem celebrationis festi principium fuit beatus anselmus prior monasterii becensis postmodum cantuariensis archiepiscopus: propter miraculum quod eidem apparuit: quod tale fuit. Dum enim ipse tunc dicti monasterii prior: pro quibusdam urgentibus ad partes britānie nauigasset: dispositisq; agendis' repatriaret: cōtigit tempestate nimia exorta: & intumescente procella nauem periclitari. Et dum cuncti i discrimine nimio positi: omniq; spe humana deserti diuinum adiutorium & beate uirginis flagitarent: potissime autem prior anselmꝰ: qui beate dei genitricis fuerat singularis deuotus: subito conspiciunt quendam mirabili claritate fulgentem: pontificali habitu decoratum super undas maris uersus nauem ambulando uenire. Qui proximus naui anselmum uocat: eumq; alloquitur: ut si periculum maris euadere cupit: & in patriā saluus redire: eidem promittat coram deo: q; festum conceptionis matris christi: anis singulis solenniter celebraret: & celebrādum quibuscūq; poterit suaderet. Et cum ille de die festi & officio siendo interrogasset: respōdit: q. 6. idꝰ decēbris festū illud celebrandū erat: quo die beata uirgo ꝯcepta fuerat: & q. idem officiū quo ecclesia utit in eiꝰ natiuitate: in hoc festo dicēdum erat mutato solum nomine natiuitatis in nomen conceptionis.

Et cum prior de nomie nũcii iterrogasset: re
spõdit se eẽ Nicolaũ epm a beata dei genitri
ce pro tali reuelatiõe & eog liberatiõe trãs
missum: mox anselmus iussa pmisit: & uoto
iterposito confirmauit: statiq; sedata tẽpestate
& flãte uento pspero ad ppria redierũt. Et
sic ab eodẽ anselmo priꝰ monasterio suo: &
deinde ecclesia cãtuariẽsi: cui pfuit dictũ
festũ celebrari cepit. Deide in plurib⁹ eccle
siis huiusmodi pluetudo soleuit. Vt festum
ꝯceptiõis beate uirgis. vi. idus decẽbr. & in
calendariis ascribat & solẽni officio recola
tur. ¶ Historia uero cõceptionis beate Ma
rie i festo eiusdẽ natiuitatis scribetur.

¶ De sancto Zenone epõ. XLIII.

ZEno ueroneñ. epꝰ & doctor cla
ruit tpe Galieni ipatoris. Qui a
cunabulis sanctus ex eadẽ ciuita
te oriũdus i iuuenili etate mona
chus factus: deo sanctis operib⁹
seruiebat: orans ad dominum: ut sibi aditũ
predicationis in populis aperiret. Egressus
aliqñ d' mõasterio ad piscãdũ uidit hoiem i
plaustro bub⁹ a demõe arreptis pcipitãt p
abarupta ad athesim fluuiũ uelocissime fe
stinare: quos ille nullaten⁹ poterat retinere
Sãctus aũt signo crucis edito diabolũ a bu
bus effugauit: & boues retinuit: ululãte de
mone & pminãte ꝙ ad iiuriã sancti uiri de
bub⁹ eiect⁹: ad hoies uexãdos trãsiret. Post
modicũ tps in epm ueroneñ. electꝰ gregem
dñi uerbo & exemplo pascebat. ¶ Post hec
dũ filia Galiẽi ipatoris ab eodẽ demoio eẽt
oppssa: & demõ per os eiꝰ clamaret: inde nõ
egressuꝝ nisi Zeno epꝰ adueniret: misit ipa
tor nuncios ad ipm reqrendũ. Quẽ missi ue
ronã uenientes piscãtem i flumine athesi repi
unt: eũq; ad impatorẽ iuitãt negociũ expo
nentes. Quos ille se pcedere iussit: & ex eiꝰ
piscatiõe tres pisces de dolio sumere pcessit
Illi uero ꝙtuor abstulerũt. Et dũ eos ad co
quendum i cacabo seruẽtis aque posuissent
trib⁹ piscib⁹ decoctis: ꝙrtꝰ subreptꝰ uiuus
in uase: ac si i flumie natabat: donec ipsi re
deũtes sancto piscatori ueniã petũt & furtũ
restituũt: quib⁹ ille & pisce pcessit & culpã
idulsit. Dũ ergo romã ad palatiũ impatoris
aduenisset: & demon p os puelle clamaret:
se ibidẽ amplꝰ manere nõ posse: Zeno a uir
gine imũdũ spiritũ eiecit & coronã imparo
ris ab eodẽ sibi pro mercede traditã i cõpa
rabilis pcii paupib⁹ errogauit: atque ab eo
dem gũis chriſtianoꝝ pſecutore: licentiam
edificande eccleſie in eiꝰ dioceſi ipetrauit.
¶ Rediẽs igit Zeno uerbũ dñi ſtanter pre
dicabat libros & uoluia compilabat: idola
ubiq; deſtruebat: & eccleſias fũdabat: mul
titudiñẽ quoq; populi ad chriſtũ ꝙertebat
Quẽ & ciues nimia dilectõe reuerebãt. Sic
q; ſignis & uirtutib⁹ clarus: eccleſia ſua fe
liciter gubernata: i pace migrauit ad domi
num. 6. idus decẽbr. ſepultꝰ in monaſterio
ſuo: ubi & multiplicib⁹ ſignoꝝ uirtutib⁹ cla
ret. ¶ Refert. greg⁹. i. iii. dial. capi. 19. q dũ
fluuius atheſis maxia inundatione adeo cre
uiſſet: q ciuitatẽ ueroneñ. ufq; ad ſeneſtras
magnoꝝ palatioꝝ occupaſſet: excreſcẽs aq
ad eccleſiam beati Zenonis deuenit & aptis
ianuis minime ſtroiuit: & pauliſp uſq; ad fe
neſtras eccleſie tecto pximãs puenit: ſicq;
ſtans aq eccleſie ianuas & ſeneſtras clauſit:
ac ſi elementũ liq̃dũ in parietẽ fuiſſet muta
tum. Et cũ multitudo populi utriuſq; ſexus
intra eccleſiã repta fuiſſet: & fame ac ſiti de
ficere formidarent: nec inde egredi poſſent
ad ianuã eccleſie uenientes aquã ad bibendũ
hauriebãt: que ut aq hauriri poterat: ſed de
fluere ut aqua: nõ ualebat. Oratiõ⁹ aũt po
pulis aqua ad alueũ ſuũ decreſcens reuerſa
eſt: aliqua muri ciuitatis pte ex impetu ma
gno dirupta: & que p aptam eccleſie ianua
intrare nõ ualuit: firmiſſima urbis munime
ta diminuit. hec gregorius. ¶ Scriplit aũt
hic uenerãdus antiſtes libros: de patientia:
pudicitia: fide: ſpe: & charitate. iii. De iuſti
tia tractatũ. i. De tiore dñi. i. De ipũ & cor
pore. i. De eo ꝙ ſcriptũ eſt. Cum tradideric
regnũ deo & patri tractatũ. i. De edificatiõe
dom⁹ dei a ſalomõe expoſitione pulcherri
ma. De ẽtinẽtia tractatũ. i. De baptiſmo tra
ctat⁹. iii. De natiuitate dñi & maieſtate tra
ctatũ. i. De hoc uerbo attẽde tibi ne forte ſi
at ẽ. tractatũ. i. De circũciſiõe tractatum. i.
De ieiunio. iiii. tprm. i. Super ps. lxxx. tra
ctatũ. i. De auaritia. iii. Sup geneſi. 8. Super
exodo. 9. Super iſaia. 7. Sup daniele. 5. Sup
ioh. i. De feſto paſche. 8. De iuitatiõe ad fon
tes. 5. De ſomnio Iacob ſermonẽ. i. de. 12. ſi
gnis celi ad neophytos tractatum. i. De fide
ii. Sup Iona. i. Sup hiſtoria ſuſane. i. De die
dominico tractat⁹. ii. De abrahã. ii. De nati
uitate dñi. iii. Epiſtolã arcadii martyris ſtre
ſuo apud mauritaniam paſſi.

¶ De ſancto Romarico abbate. XLIIII

ROmaricus abbas ut ait ſigiber
tus: floruit tpre heraclii impato
ris: & tẽporib⁹ ſigiberti regis au
ſtraſioꝝ: & cloderici regis fracoꝝ
rum. Hic magnus in palatio re
gis theodeberti renũcians ſeculo factus eſt
monachus in monaſterio luxouienſi. ſub ama
to abbate. Quo hũanis exẽpto eidẽ in abba
tie regimine ſucceſſit uita & miraculis cla
rus. Exiſtẽs aliquando i oppido uoſagi: uas
quoddã ſicere qd pridie fuerat multis ex eo
potantib⁹ uacuatũ: dum ſtritẽtibus fratrib⁹
uinũ defuiſſet: & unde apponeret nõ adeẽt
oratione facta diuinit⁹ repletum apportari

iussit:& oibus eadem sicera satiatis:de reliquo egri qcunq; bibentes sanabant. ¶ Dū aliqdo se balneasset: eo de balneo egresso puella leprosa ipsius balnei aqua respersa pfestim a lepra mundat. Quieuit i domino plen⁹ sanctitate sexto id⁹ decēbris.

¶ De scō eutychiāo pape & martyre. XLV

EVtychian⁹ papa & martyr natiōe tuscus de ciuitate luna ex patre marino:marco pape primo i epi scopatu successit:sedit⁹ annis.8 mensib⁹.io.dieb⁹.4. Hic pstituit:ut fruges noue sup altare benedicant fabe & uue solūmodo.Hic sanctissim⁹ papa p diuersa loca.542.martyres manu sua sepeliuit.Et hoc pstituit:ut null⁹ fideliū martyrē sine colobio aut dalmatica sepeliret:q sub psecutiōe aureliani impatoris martyrio coronatur:& sepultus est uia apia i cemiterio calixti.6.id⁹ decembr.& cessauit episcopatus diebus uiginti.

¶ De scō eutyciano confessore. XLVI

EVtyciāus pfessor floruit tpe cōstātini magni impatoris: de quo in prio libro historie triptite dicitur:q in bithynia circa montē olympum morabatur:diuina repletus gratia i miraculis oīndendis:cui⁹ tpe qdam spatari⁹ impatoris ex suspitione tyrānidis habita contra eum requisitus dum fugeret circa montem olympum reptus grauib⁹ uinculis astrict⁹ est.Quem ad preces parentum sanct⁹ pfessor oratione premissa: primo quidem ianuis carcer⁹ sponte diuinitus aptis a uinculis absoluit: deinde ad imperatorem accedens:ei⁹ innocentiā allegans & pprobans eundē pleni⁹ liberauit:eo q; imperator sanctū i maxia reuerentia haberet.

¶ De sancto macario martyre. XLVII

MAcari⁹ martyr gente libyc⁹ apd alexandriam tpe decii martyriū passus est: q cum a iudice multis uerbis ad negandū fidē suade ret:& eo maiori pstācia xp̄m pfiteretur:uiuus ad ultimū iubef exuri: sicq; martyr efficit.6.id⁹ decembris.hec ado.

¶ De scā leocadia uirgine & maf. XLVIII

LEocadia uirgo genere hispana & nobilis sub daciano pside i ciuitate toletana passa est tempori bus diocletiani & maximiani imperator⁹:que dū sacrificare idolis pcēpisset:a iudice dira carceris custodia macerat:donec cogitaret q̄liter eam grauioribꝰ afficeret penis.Qui cū i emeritana urbe beatā eulaliā uirginē & multos alios seruos xp̄i diuersis & excogitatis suppliciis interemisset. Et hec oja leocadia i carcere posita audiuisset:genib⁹ in terra positis orans in pfessione dñi ipollutū xp̄o spiritū reddidit.5.id⁹ decēbr.sepulta in eadem ciuitate.

¶ De scō pculo epo & pfessore. XLIX

PRoculus quart⁹ eps ueron. claruit tpe maximini impatoris: q dū apud mediolanū degens xp̄i anos psequeret:pcul⁹ psecutionem declinās extra menia urbis ueron in qua cellula latitabat:gregē dñi sibi cōmissum sermone ut poterat reficiens & exemplo.Dum aūt martyres xp̄i firm⁹& rustic⁹ ab anolino pcōsule ueron i carcere tē ti essent:pculus amodo senex desiderio mat tyrii flagrans se ipsum gentilib⁹ obtulit:ac xp̄m pfessus ab eisdē uinctus pcōsuli pñtat Quem ille delirū putans & pnimia ia senectute amentia ductū solutum abire pmisit: q a ministris colaphis & sustib⁹ cesus extra urbis menia pulsus ad suos redūt: dolēs q; eum deus indignum martyrio iudicasset.Illi uero eum uti patrē gratissime receperunt Deinde psecutione sedata:loca terre scē uisitauit cura ecclesie sibi cōmissa:re uersus aūt dum uenisset ungaria:barbam & comā plixā minuere decreuit iuxta sacroq; canonū instituta.Et dū esset i uia fonte orando de terra pduxit:quo i loco plures uiatores uiso miraculo pueri⁹ sunt & i ipso fonte baptizati.Ipse aūt ibidē aqua eiusdē fontis psus barbā totōdit & comam quoda⁹ habeti ferro & rubiginoso sic leniter acū nouacula fuisset acuta.Indeq; ueronā rediens signis & uirtutib⁹ clar⁹ qeuit i pace.5.idus decembr.sepultus in ecclesia sua.

¶ De scō syro epo & pfes. L.

SYr⁹ eps discipul⁹ bti hermacore aqleien epi ab eodē ordinat⁹ atistes papia ciuitate missus ē ad pdicandū iuentio discipulo eidē associato. Qui uenientes ad ciuitatē ueron.dū syr⁹ filium cuiusdam nobilissime uidue defunctum sua ofone a mortuis excitasset:eandē dñam cū filio & familia & magna populi multitudine ad xp̄m puertit & baptizauit.Ingredienti uero papia multi tudo populi audita signoq; illi⁹ fama eidem occurrit:& ut eos errātes istitutis salutaribus iformaret:unanimes acclamabant.Ipse uero eisdē uerbū dñi pdicare cepit:& qcunq; eum tangebāt egroti:saluti sunt restituti:Sicq; cunctum populū ad fidē xp̄i puertit & baptizauit. ¶ Sed post⁹ q̄ sācti martyres gerualsi⁹& prasius i ciuitate mediolanen⁹ p xp̄o passi sunt:qdam liber⁹ xp̄ianus de reliq̄is eorūdē martyr⁹ btō syro amicabiliter detulit: q̄s ille deuote suscipiens multis i eis uirtutib⁹ usus ē:deinde extra urbis menia ecclesiā i honore eorūdē martyr⁹ fabricauit:In q̄ dū sepi⁹ celebraret:die q̄dā

iudeus inter xp̃ianos ad cōsonem accessit ut sacrā sumēs eucharistiā luto deiiceret. Sed mox ut eam ore suscepit clamorib⁹ diris se igne ore accepisse dicebat: cruciatusq; ardētissimos pati. Corpe aūt dñi a beato uiro ex ore pphano resumpto: qđ miraculose fauces nulla pte tāgebat: sed quasi in aere pendebat. Iudeus a cruciatu eripit & peccatus ꝑdītēs baptizat. ¶ In ipsa etiā ecclesia beat⁹ syrus discipulos suos iuuentiū & pōpeiū diacones: chrysantū & fortunatū p̄sbyteros or dinauit. Qui uicos & uillas predicādo circuiens uiri cuiusdā natum surdum & mutū ab utraq; passione curauit. ¶ Et ueniens ad ciuitatē brixienā puerulū obsessum a diabolo liberauit: & apud laudenā ciuitatē cecum quēdā a natiuitate illuminauit. Sicq; in ipsa urbe multos ad fidē ꝑuertit. Deinde repatrians ꝑsecutiōe xp̃ianoꝝ exorta: dum pagani circūquaq; missi fideles opprimerēt: uenientes ad urbē papiā xp̃ianos appetēt minime ausi sūt eo q; multitudiem timuerūt. Sed dū blandis ꝶmonib⁹ syꝝ ad sacrificia deoꝝ mollire nituntꝫ: eiusdē predicatiōe uersa uice ad dñm ꝑuertunt. Sicq; multoꝝ signoꝝ gloria coruscās. lviii. ānis episcopatū tenuit: & plenus sanctis opib⁹ annoꝝ. iii. ad xp̃m migrauit. v. id⁹ decēbris. Sepultusq; e in ecclesia sanctoꝝ geruasii & protasii quā ipse cōstruxerat & dedicauerat.

¶ De sancto Cypriano abbate. LI.

CYprianus abbas peragoricen⁹ a pud eādē peragoricē citatē uir magnifice sanctitatis & clarissim⁹ in miraculis. v. idus decēbr. in dño feliciter requeuit: ibidēq; sepult⁹ est: ut dicit in martyrologio adonis.

¶ De scō melchiade papa & martyre. LII

MElchiades papa natiōe apher eusebio in episcopatu successit: & sedit ānis. iii. mēsib⁹. vi. dieb⁹. is hic cōstituit nulla ratiōe die dñi ca aut quta feria ieiuniū celebrādum: qa eos dies pagani quasi sacrū ieiuniū celebrabāt. Et manichei ab eodē in urbe in uēti sunt. Fecit quoq; ordinatiōē unā mēse decēbris p̄sbyteros. vii. diacones. x. epos p diuersa loca numero. vii. Qui ꝑsecutione ꝓstantini impatoris anteq̄ fieret xp̃an⁹ martyrio coronat⁹: sepult⁹ ē i cemiterio calixti uia apia. iiii. idus decēbris: & cessauit epatus dies. xvi. ¶ Hic ad utilitatem fidei plures edidit libros aduersus gētiles. Item contra iudeos. Itē ptra hereticos cathaphrigas uolumē precipuū: Ad principes etiā romanos marcū antoniū & luciū uerū librū apologeticum pro xp̃i religione conscripsit.

¶ De sanctis carpophoro & abundio martyribus. LIII.

ARpophorus presbyter & abundius diaconus apud hispalim ciuitatē hispanie passi sunt sub diocletiani & maximiani ꝑsecutione agente preside martiano. Qui ab eo ꝓpreheñ: primo fustibus cesi sunt: deide in carcerē plurib⁹ dieb⁹ negato omni cibo & potu recluſi. Inde miraculose ꝑ angelum educti sunt. Et dum xp̃m populis ānunciarent: iteꝝ tenti: ora eoꝝ lapidib⁹ contusa sūt post hec in equuleo leuati ac diutius torti: rursumq; diu in carcere macerati. Nouissime in ꝑssione fidei gladio pcussi sunt. iiii. idus decembris.

¶ De scā eulalia uirgine & martyre. LIIII.

VIalia uirgo in ciuitate barcinona puincie hispanie martyriū passa est sub ꝑside daciano. Que a sancto donato p̄sbytero docta: & ad martyriū ajata cū esset ānoꝝ. xiii a ꝑside deteta ad sacrificia deoꝝ ꝓellit. Et cū se soli deo celi sacrificare diceret: & xp̃m ꝑsonā sibi eē assereret: primo nodosis fustib⁹ ex arbore cū stirpibus raptis expolia tа cedit. Dehinc māmillis oleo candēti ꝑfudit. Inde in massam calcis uiue demergitur. Et cū hec oia ꝑstantius supasset: iussu daciani olla plūbo liquefacto repleꝫ: ipsaq; nuda sup lectū ferreū extēdit: ut si diis imolaꝫ renueret plūbo ꝑfunderet. Que dū passionem thyrsi martyris ꝑmoraret: & ad xp̃s orationē fudisset: plūbum manus iiudentiū exurebat: uirgini aute tepidū erat. Quā dacianus rursum uirgis duriſſime cedit: & fragmētis minutis testulaꝝ plagas eius cōfricari iussit. Et cū ad hec oia supplicia redderet̄ imobilis: & xp̃m pro salute hois passum aptis rationib⁹ cōproberet: deoſq; gētiū cōsutaret: fecit eā pies cādelis accēsis i genis exui. Deide sinapi aceto liquefactū narib⁹ eiꝰ infundi: nec non calcē oleo pmixtā sup uulnera ipsiꝰ aspergi: & sic in caminum succēsum imitti. Vbi dū psallēdo i medio flāmarū maneret illesa. Iussit eam dacianꝰ inde eductam ad ꝑsusionē eiꝰ nudatā & decaluatā p totā ciuitatē circūduci. Deide extra urbis muros decollari. Cuiꝰ ꝓstita multi ad martyriū ajati sunt. Et dū eēt decollata exiit de corpore eius quasi spes columbe: que ad celos euolauit. Cuius corpꝰ donatus presbyter sepeliuit. iiii. idus decēbris i eadē citate.

¶ De scā Iulia uirgine & martyre. LV.

VIlia uirgo apud ciuitatem eandem barcinone martyriū sub eodem ꝑside passa ē. iiii. idus decēbris. Que fuit puirginalis beate eulalie & comes idiuidua: eidē ad passionem ꝓpanti: propter qđ ab eodē daciāo in ipo loco sine audiētia decollata ē.

& a ꝓsbytero donato sepulta: ut dicit ado.

¶ De scō damaſo papa & ꝓfeſ. LVI

Damasus papa hui⁹ nois prim⁹ na
cione hiſpan⁹ ex ꝑe antonio felici
pape scdo i epatu succeſſit: & fe-
dit annis. 18. mens⁹. 2. dieb⁹. 10. Et
cū eodē ordinat sub ptētione ur
sin⁹: & scō ꝓcilio facerdotū ꝓstituerūt dama
sum: qa fortior & pluria populi multitudo
cū eo erat: ur sinū uero eiecerūt ab urbe: &
ꝓstituerunt ep̄m neapoli. Damasus i synoda
li iudicio damnauit liberiū papā ei⁹ ꝓdeceſſo
rē hereticū: & oia facta ei⁹ caſſauit. Huic ſciſ
simo uiro beat⁹ hiero⁹ multa eccleſie religi
onis ſcripta miſit: & ad ei⁹ iſtantia ipſe hie-
ronym⁹ officiū i ecclesia romana celebrādū
excepto cātu ꝓposuit: ꝓsalterium ꝑ noctur
nos diuiſit: & uerſiculū Gloria ꝑri. poſt ꝑs
cātari iſtituit: que oia papa damasus appro
bauit: & ꝑ eccleſias cātari ꝓstituit: & ut cho
ri i duas ptes diuiſi ꝓsalmos alternati cane-
rent mādauit. Precepit etiā: ut ꝓbr̄ celebra
tur⁹ ꝓfeſſionē faciat: priuſq; ad altare ace-
dat. ¶ Hic iuidioſe accuſat⁹ de adulterio: &
facta ſynodo coram. 44. epis ſe purgauit: &
dānauerunt diacones ꝑcordiū & calixtū ei⁹
accuſatores. ¶ Hic elegās i metro ꝓponēdo
igeniū habuit. Fecit q; baſilicas duas: unam
iuxta theatq; ſcī laurētii: & alterā i catacum
ba ubi iacuerunt corꝑa apoſtolor⁹ petri &
pauli: i quo loco platoniā ipſa uerſib⁹ ador
nauit. Multaq; corꝑa ſcōr⁹ reqrens iuenit
quoq; etiā tūbas uerſib⁹ adornauit. ¶ Hui⁹
teporib⁹ ſcda ſynod⁹. cl. parg⁹ apud ꝓstanti
nopoli celebrat: i q̄ macedoni⁹ dānat: q ſpi
ritūſanctū deū eſſe negabat: & aſſertū ē ſpi-
ritūſanctū eſſe ꝓsubſtantialē ꝑri & filio: da-
taq; eſt forma ſymbolo quā latina ꝓfeſſio fi
dicat i eccleſiis. ¶ Hic fecit ordinatōes qnq;
ꝑ menſem decēbriū ꝓsbr̄os. 32. diaconos. ii.
epos ꝑ diuerſa loca mūero. 62. Octogenari
us morif. 5. id⁹ decēbr. & ſepult⁹ ē i baſili-
ca ſua uia ardeatina iuxta matrē ſuā & ger
manā: & ceſſauit ep̄at⁹ dies. 31. ¶ Multa opu
ſcula breuia heroico carmie ꝓpoſuiſſe ferē
Scripſit ad beatum hieronymum libellum
de geſtis pontificum & epiſtolas plures: flo
ruit tempore theodoſii ſenioris.

¶ De ſcis fuſciano & uictorico mar. LVII

Victianus & uictoric⁹ martyres
urbis romane ciues oriundi: idē
egreſſi i ſtrācia ad ſanctū qntinū
eoꝝ ſociū q illuc acceſſerat re-
grendū adierunt. uenienteſq; ad
ciuitatem arbianis: & ip̄m inde abiiſſe audi-
entes: inde recedētes ut pariſi⁹ tenderent ob
uiant cuidā xp̄iano neie gentiano: q eis qn-
tinū ꝑ xp̄o paſſum nunciauit: & ad domum
ſuā adduxit: & dū eſſent i mēſa nuncii rictio
nari ꝓſidis ſupuenientes hoſpites cū gentia-
no capiunt: & ad ꝓſidē adducunt: qbus ille:
dū i xp̄i ꝓfeſſione ꝑſiſterent: iuſſit ſudes fer-
reas i nares & aures eoꝝ imitti: & clauis cā-
dentib⁹ eoꝝ tēpora tranſligi: oculos quoq;
erui mādauit: deide ſcōꝝ corꝑa lanceis traſ
forari: & dū adhuc palpitarent capita eorū
ꝑcidi fecit. Sup quoꝝ corꝑa luce igēti de ce
lo ꝓfusa: erecta buſta capita ꝑcisa i manib⁹
ſumpſerūt: & uſq; ad hoſpitium ſci gentiani
eoꝝ hoſpitis deuenerunt: ubi & ſepulta ſūt
tertio idus decembris.

¶ De ſanctis tarſone pontiano & pretexta-
to martyribus. LVIII

Tarſon martyr & pōtian⁹ ac ꝓte
xtatus ei⁹ ſocii ſub maximiano i
peratore martyriū paſſi ſunt: hic
tarſon i urbe roma loculplex uir
& facultatib⁹ plen⁹ xp̄ianis dāna
tis ad fodiēdā harenā dū therme edificabā
multa neceſſaria miſtrabat: que eiſdē ꝓ ſiſti
nium & cyriacū eccleſie romane diacones
tranſmittebat: ut i paſſiōe marcelli pape le
get. 17. cal⁹. februarii. Qui poſt obitū mar-
celli pape ꝓfati tent⁹ a maximiano cū pōtia
no & ꝓtextato eo q̄ xp̄iani eſſent capitalem
iuſſi ſunt ſubire ſententiam. Sicq; coronam
martyrii perceperunt tertio idus decembr.

¶ De ſancto ſatuino epiſcopo. LIX

Satinus eps placentin⁹ ut ſcribit
greg⁹. iii. dial⁹. cap. x. uir magne
ſcitatis & uirtutis fuit: cui dum
die q̄da ei⁹ diacon⁹ nunciaſſet: q
padus fluuit⁹ alueū ſuū egreſſus
agros eccleſie occupaſſet: mandauit ſatuin⁹
diacono: ut ex pte ſua pado mandaret: q̄te
n⁹ ſe ꝓeſſeret: & ad alueū ſuū rediret: quod
diacon⁹ audiēs & deſpexit & irriſit. Eps aūt
aduocato notario eidē dictauit epſam dicēs
Satuin⁹ ieſu xp̄i ſeru⁹ ꝓmonitorii pado: ꝓci
pio tibi i noie dn̄i ieſu xp̄i: ut de alueo tuo i
ꝑcis iſtis ulteri⁹ nō exeas: nec terras eccle
ſie ledere ꝓſumas. Quod ſcriptū ꝓ notariū
in aquā flumis ꝓici iuſſit. Mox ſe a terris ec
cleſie flumis aq̄ ꝓeſcuit: ad alueū ꝓpriū re
diit: & exire ulteri⁹ i loca eadē nō ꝓſumpſit

¶ Huic ſcō uiro diuina reuelatione oñm
eſt corpus ſci martyris antonini: quod diu i
ipſa ciuitate latuerat. Ipſeq; iuxta ſibi datā
reuelationem corꝑus inuenit: & honorabi
liter tumulauit: ut habebiſ debito loco. ii.
cal⁹. octobr⁹. Qui etiam poſt multa laudabi
lia opera quieuit i pace. iii. id⁹ decembr⁹.

¶ De ſcō paulo ſergio epō. LX

Paulus ſergi⁹ eps diſcipulus ſci
pauli de ciuitate papho inſule cy
pri: ut habet⁹ actuū. xiii. Dū pau
lus apoſtol⁹ pueniſſet paphū cū
coapoſtolo ei⁹ barnaba ꝑdicātes

& ipse existens proconsul desideraret audire verbū dei: apostolos gratanter suscepit: ubi dum ellimas iudeus magus apostolo resiste ret querēs auertere pconsulē a fide: & paul⁹ ipm ad tēpus lumine oculoꝝ priuasset credidit pconsul admirās sup doctrina domini Qui ab apostolo baptizat⁹ post aliqđ tēpus relicto sco discipul⁹ pauli effect⁹ ipm usq; ad passionē secutus ē. Quē & idē apostolus ante ei⁹ obitū i ep̄m ꝓsecrauit. ¶Post passionem ergo suā beatus paulus apud paphū ei dem per uisionē mandauit: ut ad ptes hispanie & gallie pgeret predicādas. Quod & ipse fideliter adimplere curauit. Et post aliquot dies ueniēs romā cum rufo & stephano diaconibus suis: ecclesiam beati pauli apostoli ꝓsecrauit. Deinde pgens ad ciuitatē lune filium cecū mulieris iudeue: que ipsuꝫ hospitio susceperat illuminauit: eāq; cū filio & multis ad xp̄m conuertit. Qui a sapritio pconsule captus: dū ille subito moriť: paul⁹ a populo liberat: Deinde uejens galliā ebredimēn & aurisiēn urbib⁹ xp̄m euāgelizauit. Et a beato apostolo paulo monit⁹ ueniēs narbonam duarelateñ urbi appropiquaret: & rodani flumē trāsiret: nauta ī flumē cecidit: & absorto corpore necatus est. Sed orante scō corpus de pfundo enatauit: & ipsum paul⁹ ꝯgius suscitauit. Quo uiso miraculo multi ad fidē conuersi sunt: ueniēsq; narbonā filiū oli principis ciuitatis nup defuncti a demonio obsessum: pcibus matris uidue ab īmundo spū liberauit: eūdēq; cū matre & populi multitudine baptizauit. Indeq; hispaniā circuiēs predicauit. Et rediēs narbonā: postq̄ totam ciuitatē & regionē ad xp̄m puerterat trina uisione beati pauli apostoli monit⁹: obitū suum appropinquare cognoscēs eccle siam narboneñ stephano diacono suo ī ep̄m ꝓsecrato ꝓmisit regēdā. Rufumq; presbyterum in auitioñ ep̄m ordinauit. Et oīb⁹ fideliter dispositis: oās in ecclesia sua ī pace qeuit. ii. id⁹ decēbris: ubi & sepultus iacet miraculis clarus.

¶De scis eustratio & sociis martyrib⁹. LXII

Vstratius strinari⁹ ordinis ducalis & primari⁹ ciuitatis aurarice nog; tēporib⁹ diocletiani & maximiani ipatorū cū sociis suis martyriū passus ē. Qui primo i ciuitate satalia a lysia pside tēt⁹ eo ꝙ eēt xp̄ian⁹ & cingulo militari exutus: dū xp̄m cōfitere tur a terra leuat⁹ igne subterposito: semiustus deposit⁹ grauiter cesus ē. Deide sale & aceto mixtis uulneribus ꝑfusus. Dū hec oia patientissime toleraſſet: oia ei⁹ uulnera tāq̄ squāme ab ei⁹ corpe diuit⁹ exciderūt. Quo uiso miraculo ✝ Eugeni⁹ sciuis & officialis quersus ē. Tūc ābos ferro uinctos lysias carcer auit: deide ī pedib⁹ ambog; ꝓsita crepidine cū clauis: & pedib⁹ eoꝝ trāssossis de duxit eos secū ad ciuitatē auraris: quorum exēplo ✝ Auxētius ✝ & mardarius q uxorem & liberos dimiſat ad iudicē accedētes xp̄m publice nūciabāt: lysias igit ambobus ipsis ꝓphēsis: primo quidē auxētiū decollauit: deinde mardariū imissis funibus p pedes ipsius trāsforatos: a terra suspensum: & baculis ferreis ignitis cesum iteremit. Interea dū ✝ oresťes qđā xp̄ian⁹ occultē & miles cū ceteris militib⁹ iaculareť: & crux quā ad collū appēsam gestabat ī publicū ꝓsilisset: & hoc ꝑsidi nūciarū eēt: eū cū multis aliis xp̄ianis: quos ī eadē reppit ciuitate teneri fecit. Et dū seditionē populi formidaret: ipsos oēs cum eustratio ad agricolaū ꝑsidē ciuitatis sebasten puniēdos transmisit. Qui primo qdem oresťē sup lectū ferreū ignitū & flāmis suppositis extendi fecit. Quo post longos cruciat⁹ migrāte ad dn̄m: eustratiū carceri mancipauit. Ad quē eps ciuitatis occulte noctu ueniēs ipm cōicauit: ubi & post modū uoce celica ꝓfortat⁹. Quē mane preses eductū igne consumi fecit: reliquos xp̄ianos decollauit. Quoꝝ oium corpora ī ciuitate auraricenoꝝ a xp̄ianis sepulta sunt. Horum oium passio recolit⁹. ii. idus decēbris.

¶De sanctis Epimacho & Alexandro martyribus. LXII.

Pimach⁹ & alexander martyres apud alexandriā passi sunt. Qui cū multo rpe in uinculis extitissent: & diuersis ꝓfecti suppliciis pduraſſent ī fide: ignib⁹ tandem cōsumi iubent⁹. ii. idus decēbris: hec ado in sanctoꝝ martylogio.

¶De sanctis Amonaria & Mercuria & sociabus martyribus LXIII.

Vatuor sancte mulieres. ſ. amonaria: mercuria: dionysia & alia amonaria apud alexandriā passe iunt ut scribit dionysi⁹ libro de martyribus. Quaꝝ primā iudex imenius cruciatib⁹ afflictā capite puniri fecit Secundā uero uenerabilē anū & facundissimā uirginē. ſ. mercuriam ꝑfatus iudex: necnon reliquas duas uidelicet dionysiam & amonariā diuersis similiter pēis cruciatas tādē ferro pemit. Haꝝ passio. ii. id⁹ decēbris.

¶De scā lucia uirgine & martyre .LXIIII.

Vcia uirgo nobilissima syracusanoꝝ: cū fama miraculoꝝ beate Agathe p totam siciliā diuulgaretur: & syracusan⁹ populus ad ciuitatē carthaneñ per. 45. miliaria ad sepulchrū ipsius uirginis pgeret uisitādū: prexit & ipsa cū matre eutitya que fuerat p quattuor ānos icurabili fluxu sanguis

CYrus & ioannes martyres rome martyriū passi sunt. Quo tēpe aut sub quo iudice: seu quibus tormentis afflicti fuerint: aut exaiati in martylogio nō exprimitur: nec alicubi scriptū inueni: nisi q; ecclesia romana eorum festum .2. calen. febr. recolit: & in calendariis alcribit.

¶ De scō ignatio epo & martyre. LXIIII

MIgnatius epS atiochen? & martyr discipul? ioānis euāgeliste fuit: qui tertius post beatū petr; apostolum antiochie pontificatū tenuit. Hic brē uirgini ualde dilectus: eidē adhuc in carne existēti deuotā epistolā scripsit: & ab ea responsionē ei? scis manibus scriptā obtinuit. Hic ut i tripartita legit: audiuit angelos cātantes antiphonas super montē quendā. Et extūc istituit antiphonas in ecclesia decātari: & psalmos ī? antiphonas intonari. Cū aūt ꝑ pace ecclesie exoraret: nō suum sed infirmoꝝ piculū metuēs traiano impatori de uictoria redeūti & xpianis morte cōminanti occurrit: & libere se xpianū esse dixit. Quē traianus ferro uinctū decē militib' tradidit: & romā adduci precepit: cōminatus eidem q; traderet bestiis deuorand'. Qui ad oēs ecclesias epistolas destinabat: & eos in fide xpi cōfortabat. Cū aūt romā adduct' fuisset: & dudū a traiano suasus diis sacrificare renuisset: plūbatis prius scapulis durissime cedit: deinde ungulis laceribus laniat: & duris lapidib' ei? uulnera ifricant. Et cū in his oibus ītobilis ꝑmansisset: fecit eū impator nudis pedib' sup accensos carbones ambulare. Et cū illesus extitisset: & hec traian' arti magice deputaret: dorsum ei? iussit uncinis ferreis lacerari usq; ad ossium denudationē: deinde plagas ei? sale pfundi. Sicq; dudū cruciatū & patientissime supplicia toleranté uinculis ferreis i cipo fecit alligari: & in imo carceris tenebroso fame & siti p triduum cruciari: & post triduū decreuit deuorandū bestiis subici. Tertio igit die impator & senatus oīs; populus q uenerūt uidere eꝑm antiochenū cū bestiis pugnatuꝝ: Cui impator expositos duos leones ferocissimos laxari ꝑcepit. Quos ille ꝑuocabat: ut ad se deuorandū accederēt: minantibus cūctis & ipso iptoare ꝑstantiā uiri. Accurrentes ergo duo seui leones ipm tūc mō ꝑocauerunt: carnes aūt ei? quāuis fame lici nullaten? tetigerūt. Traianus aūt hoc uidens admiratus discessit: ꝑcipiens ut nō ꝑhiberet: si quis uellet tollere corp' ei?. Quod xpiani auferentes honorifice ꝑdiderūt. Cum aūt traianus quasdā īras a ꝑfecto oriētis recepisset: in quib' xpianos quos impator occidi iusserat plurimū ꝑmendabat: doluit de his que ignatio intulerat: & ꝑcepit: ut null' xpianus de cetero inquireret: siqs tñ occurreret: puniret. Legit quoq; cū btūs ignatius inter tot tormēta nunq; ab inuocatione nois iesu xpi cessaret: & tortores requirēret: cur hoc nomen toties replicaret. R̄ndit ipm nomen se cordi inscriptum habere: & iō ab ei? inuocatione cessare nō posse. Post cui? mortem quidā q hoc audierant curiosius expirī uolentes: cor eius a corpe euellunt: & illud scindentes ꝑ mediū: īfis aureis scriptū inuenerunt: iesus xps. quo uiso miraculo pluri mi crediderunt. Passus est aūt calen. febr. xi. traiani āno. Hic q̄tuor scripsit epistolas in fide exhortatorias. Ad ephesios primam. Ad magnesianos secundā. Ad tralēn tertiā. Ad romanos quartam. Quas scripsit apud smyrnā dū romā uinct? duceret. Inde discedens scripsit ad philadelphenos aliā: & ultimam ad smyrneos: & ꝑcipue ad policarpū smyrne epm: ubi de resurrectiōe dñi elegas phibet testimoniū. hec hieronymus de uiris illustribus.

¶ De sancto seuero epo. LXV

SEuer? epS rauēne ciuitatis. xiii? a sancto apollinare claruit: qui ex eadem ciuitate obscure natus pauperē uitā labore manuū deducens cū uxore uicentia & filia innocentia lanificii ope sumpt' quotidianos carpebat. Cum aūt ex ꝑuetudine oēs epi rauēnates p columbā celestē ad sacerdotiū eligerent: & iam .12. post sanctū apollinarē eo mō electi fuissent: & ad tantū miraculū multi ꝑfluerent: ꝓtigit rauennatē ecclesiā pastore ꝓprio uiduari. Et cū multi epoꝝ sinitimi q uenirent ad orationē nō ad electionē faciēdā: multitudoq; populi: ut dictū est: ad hoc

concurrisset: seuerus uxori licentiã petiit ad ecclesiam eundi: & colũbe miraculũ spectãdi: uxor uero ipm redarguens: respondebat q talis uisio ad eũ non pertinebat: sed potiꝰ ad laboré sederet & ocio non uacaret. Siue enĩ iret siue non iret: ipsiꝰ epm nõ eligeret. Cum autẽ seuerus iportune istaret: uincẽtia quasi ironice eidem ut iret pphetauit: quia qua hora illuc peruenire eps fieret. Veniẽs ergo seuerus ad ecclesiam & sordidis indutus: inter ceteros apparere nõ audens: post ualuas ecclesie latitabat: & colũbe auentũ cum ceteris expectabat. Que oratiõe epoꝝ cõpleta per feneſtrã solitã ingrediens: & ecclesiam circũuolãs super caput seueri latantis resedit. Qui dum territ⁹ eam a se repelleret: illa iteꝝ dudũ per aera uolitasset iteꝝ ad seueꝝ rediit & in eiꝰ uertice residit ac requieuit. Qui statim ab epis & populo electus q̃is renitẽs in cathedra collocatur & eps consecratur. Et cum esset idiota & literaꝝ ignarus: diuina inspiratione exemplo apostolo⁹ sacris litteris repente ibutus non solũ diuina mysteria & põtificis officia exercebat: sed etiam predicator factus: populuꝫ suum salutifero ꝓmone docebat. Adeo ut cũctis in miraculũ ꝓderet q̃ lanifex & idiotã subita mutatione doctor eximius factus esset. Qui uite sue scitate multis exẽplo proficiebat: & plurimis miraculis coruscabat. ¶ Hic per ſpiritũ raptus dum missam celebraret: exeqis sci geminiani epi mutinẽ interfuit: eiusq; corpus more põtificũ tumulauit: & rediẽs ad corpus missaꝫ ꝓleuit: utq; dictũ est plenius supius in legẽda sci geminiani. 3. cal. februarii. ¶ Hic etiã sactũ hera cleanũ pisaurien epm enutriuit: & ad pontificatũ ipsius urbis ꝓmouit: uxoré quoq; eiꝰ uincentiam defũctam in proprio tumulo sepeliuit. Post aliqd tempus dũ filia eius innocentia uirgo die ꝓfesset extremũ: & eiusdẽ⁹ seuerus exequias celebrasset: corpusq; filie iuxta matrẽ ponere decreuisset: apto sepulchro appuit locus in tantum exiguus q̃ corpus filie ibidem nullatenus poterat collocari. Tunc eps ad locum accessit & uxori ut locum daret filie mandauit. Et cõtinuo corpꝰ uincentie qđ erat supinũ in latus secessit & innocentie filie locum dimisit. Que ibidẽ cunctis stupentibus iuxta matrem deposita est. ¶ Cum autẽ seuerus iam senio ꝓfectus obiit suum suum sibi a dño reuelatum presciuisset populũ ad ecclesiam ꝓocauit: & diuis mysteriis celebratis gloriosõ sermone plebem suã in dño confortauit. Et deinde sibi sepulchrum ꝓuidis & filie apiri fecit. Ac inter ipa duo corpora se mediũ ponens cũctisq; ualefaciens inter uerba orationis in xpo feliciter obdormiuit cal. februarii: ubi clauso mausoleo sepultus facet: miraculis & uirtutibus pollens: ecclesia procesu temporis eius nomini dedicata.

¶ De sancto seuero pbytero & mre. LXVI.

Seuerus presbyter & mar rauẽne ortus & nutritus ab infantia deũ timens miraculis clarere cepit. Inter q̃ cuiusdam .io4. ãnoꝝ decrepitũ senio uisu priuatum illuminauit: ueniens autẽ ad urbẽ romã adhuc iuuenis in ualle ſterocrina ecclesiã in honore dei genitricis edificauit. In qua & presbyter ordinat⁹ deo multis annis deuote seruiuit & pauperibus sedule ministrauit. ¶ Cũ autẽ quidam paterfamilias in extremis laborans eum ad se uocari feciſſet: ut sibi confiteretur: & ille in putanda uinea laboraret: nũ ciiſq; ut se antecederent respondisset: & post hec aliquantulũ uenire distulisset: ueniẽs ad egrotum repperit iã eum eẽ defũctũ. Quod ille cernens ꝓtremuit magnisq; uocibus se iterfectorẽ illius clamare cepit. Cũq; uehementissime iuxta corpus deflereꝫ: & in terrã caput ꝓunderet: repente q defunctus fuerat animã recepit. Et admirantib⁹ cunctis ubi fuerit uel quomodo reuixerit interrogatur. Qui respondit: ꝙ a tetris hominib⁹ tiamas naribus & ore uomentibus per loca obscura ducebatur: sed a pulcherrimis iuuenib⁹ eiſdẽ tetris occurrentib⁹ ereptus ẽ: qui dixerunt ꝙ oportebat eum ad corpꝰ reduci: qa eum dñs seueri lachrymis condonasset. Cui scũs presbyter pniam salutarẽ imposuit: & ipsa pacta uir ille post dies. vii. iteꝝ obdormiuit. Hec gregoriꝰ prio dial. c. ultio. Post hec maximianꝰ impator audita fama seueri eum cõprehendi fecit: & sacrificare nolentẽ in predicta ualle decollari mandauit. Cuiꝰ animã duo angeli in specie colũbaꝝ uisi sũt ad celum deferre. Corpus autem eius apud urbem ueterẽ conditum est. Passus est autẽ cal. februarii.

¶ De scõ seuero pbytero & pfessor. LXVII.

Seuerus presbyter & pfessor cognomẽto sulpitius puincie aquitanie uir genere & litteratura nobilis epistolas ad dei amorem & mundi ꝓemptum exhortatorias scripsit sororĩ sue multas: que note sibi esse dicuntur. Ad paulinum uolanũ epm scripsit duas: sed ad alios plurimos que nõ uulgantur: quia familiaris necessitatis rẽ continẽt. Chronicam etiã ꝓfessus dicit: Beati martini uitam signis & miraculis illustrem exarauit. Posthumiani & galli collationem ãte sehitam: & dialogoꝝ libros. iii. Fuit autem di scipulus bti martini eiusq; scãꝫ opum imitator sub maiore theodosio. Queuit cũ pace i dño. Hec gẽnadius de uiris illustribus.

¶ De sancto pionio martyre. LXVIII

Pionius martyr: ut habet quarto libro ecclesiastice historie tempore antonini imperatoris: inter ceteros q ueri martyres extiterunt famosissimus fert: qui docens & exhortans populum: & in ipsis tribunalib? disputans: eos qui in persecutione titubabat uiriliter hortans: post squalorem carceris ubi etiam multos fratrum ad tolerantiā martyrii suis exhortationibus roborauit: cruciatibus multis uexatus est: deinde clauis confixus & candenti rogo superpositus beatum finem uite fortitus est. ✣ Cum quo & alii. xv. simili pena passi sunt calē. febr.

¶ De scā brigida uirgine. LXIX

Brigida uirgo claruit apud scotiam tempore primi iustini imperatoris. Que xpianis & claris parentibus orta: a pueritia sanctitatis operibus dedita: etiā miraculoꝝ gloria coruscauit. Hec dum a matre mitteret ad butyrꝝ ex lacte uaccarum cōgregandum: prout & alie puelle a parentibus mittebantur: & illa totum quod collegerat: pauperibus errogasset: tempore exquisito super omnes alias iuuenculas cooperarias suas butyrum apportauit. ¶ Dum aūt eam parentes nuptui tradere uellent: & ipsa pudicitiam elegisset: postꝝ in manibus episcopi coram deo uirginitatē professa est: ignum altaris tetigit: quod in testimonium eius sanctitatis stetim uiride factum est: sic manens usq; in presens. Quo uiso miraculo stupefacti parentes eam domino cōmendarunt. ¶ Cum aūt die quadam messores ei? segetes in agro colligerent: & pluuia maxia erumperet: a messoribus suis imbrem sedauit: circūstātibusq; agris pluuia madefactis sola huius area sicca permansit. ¶ Die quadam cum oues pasceret imbre cadente pannis persusa domum rediit. Et uestes madefactas super solis radium qui per rimas intrabat siccandas extendit: que quasi insolida ptica diuinitus permanserūt. ¶ Aquam i cer uisiam & lapidem in salem conuertit: & a natiuitate cecum illuminauit. ¶ Aprum inueniens q ad oues comedendas uenerat: i xpi nomine adeo mansuefecit: ut cum ouibus pretuo quasi aries moraretur: cum eis deinceps ad pastum egrediens: domūq; ipsas ut custos reducens. ¶ Dum nouem uiri in mortem unius conspirassent: & eos uirgo christi ab intēto pessimo reuocare nō posset: orauit ad dominum: ut nequam illorum uoto resisteret. Egressis autem illis apparuit imago quedam quasi illius hominis occidendi: quā illi gladiis percutientes: hominēq; pemisse putantes leti reuersi sunt. Sed dum qđ illis contigerat cognouerunt: compuncti ad pedes uirginis prociderunt: & penitētiam egerunt. Sicq; sancta uirgo multis clarens uirtutibus quieuit in pace calē. febr.

¶ De sancto effron diacono. LXX

Effron edessene ecclesie diaconus doctor eximius eremiticam uitā ducens: nulla necessitate de cella discessit lectioni & scripture atq; orationi semper intentus: qui ad se uenientes salutari doctrina reficiebat: & libros & opuscula syro sermone conscribebat. Hic est qui basilium cesariensem episcopum in figura columne ignis conspexit: & ab eodem ut grece loqueretur: sibi a domino ut impetraret obtinuit: ut habetur supra in uita sancti basilii calē. ianuarii. ¶ Tēpore quodam dum fames grauissima i oēm terram seuiret: ipse pauperum misertus alias nunquam egressus de cella exiit. & ad ciuitatem uenit: diuitibus predicans ut indigentibus subuenirent: multasq; pecunias a diuitibus suscepit inter inopes dispergendas. Quos in porticibus congregauit: & pecunias eisdem fideliter errogauit. Factaq; ubertate ad cellam rediit: in qua post mēsem in domino requieuit calendis februarii tempore ualentis imperatoris. Sepultusq; iacet in ecclesia edessena. Hic multa syro sermone conscripsit: que publice i quibusdam ecclesiis scripta leguntur. Extat liber de spiritu sancto: quem de syra lingua uertit in grecā. Hunc beatus hieronymus legisse se dicit: & acumen ingenii illius etiam in translatione notasse. Hec ille in libro de uiris illustrib?.

¶ De scō paulo epō. LXXI

Paulus episcopus trecassinus fuit. Cuius uita uirtutibus claruit & mors preciosa miraculis cele berrimis commendatur. Qui & in christo domino diem clausit extremum calen. februarii: ut dicit ado.

¶ De purificatiōe beate marie uirginis. LXXII

Purificatio beate marie semper uirginis quadragesimo die a natiuitate domini facta est uidelicꝫ quarto nōn. februarii. Precepe rat enim lex leu. xii. Vt mulier que suscepto semine filium peperisset: immunda esset septē diebus. .i. a consortio hominum: quib? completis munda quidem efficiebatur quo ad consortium hominum: sed adhuc trigita tribus diebus immunda erat quoad templi ingressum. Tandem quadragesimo die templum intrabat: & puerum cum muneribus offerebat. Si uero femina peperisset: duplicabantur dies: & quoad hominum consortium & quoad templi ingressum. Hec aute

iccirco dē precepit: ut sicut quadragesimo die a conceptione anima in suo templo corpori maris infunditur: & carnis admixtione maculatur: sic puer quadragesimo die in tēplum materiale inducatur: templumq; ingrediens per hostias ab ipsa carnis macula expietur. ¶ Vel moraliter loquendo: ut p hoc detur intelligi: q; illi templum celeste intrare merentur: qui precepta decalogi cū fide quattuor euangeliorum obseruare nituntur. ¶ In pariēte uero femineā dies duplicāt quo ad templi ingressum: sicut duplicantur quo ad corporis formationē. Nam sicut quadragīta diebus corpus masculi organizatur: & perficitur: & in quadragesimo anima infunditur: sic corpus femine in octuagesimo. ¶ Appellatur autem hoc festum triplici nomine: scilicet purificatio: hypopanti: & candelaria. Primo enim purificatio dicitur: ex eo q; quadragesimo die natiuitatis domini beata uirgo ad templum uenit: ut secundū legis cōsuetudinem mundaretur: cum tamē sub illa lege non teneretur: quia non peperit suscepto semine sed mystico spiramine. Vnde moyses addit suscepto semine: cum tamen non esset necesse quātum ad omnes mulieres: que susceptō semine pariunt: sed ideo addidit: ut dicit bernardus: quia timuit ī matrem domini blasphemiam irrogare. ¶ Voluit tamen in hoc se legi subdere propter quattuor rationes. Prima ratio est: ut daret humilitatis exemplum. Nam talis humilitas non solum fuit ex parte matris sed etiam ex parte filii: qui in natiuitate habuit se ut pauper homo: in circūcisione ut pauper & peccator homo: sed in purificatione ut pauper & peccator & seruus homo: ut pauper i eo q; pauperum oblationem elegit: ut peccator i eo q; ipse cum matre purgari uoluit: ut seruus i eo q; redimi decreuit. Sicut etiam prius uoluerat circuncidi: & postmodum uoluit baptizari: non propter culpam purgandā: sed pp eius humilitatem maxiā ostendē dam: unde bernardus Vere beata uirgo nō est tibi opus purificatione: sed nunquid filio tuo opus erat circuncisione. Esto inter mulieres tanquam una illarum: sicut & filius tu' in medio puerorum sicut unus illorum. ¶ Secunda ratio est ut legem impleret. Nō enim uenerat dominus legē soluere sed adimplere. Quam si soluisset iudei ipsum merito reppulissent: tanq; dissimilem patribus & legis tradictiones minime obseruantem. Triplici autem legi sc̄ christus & matre3 hodie subiecit. ¶ Primo legi purificationis i significationem uirtutis: ut postq; omnia bene fecerimus: dicamus serui inutiles sumus. ¶ Secundo legi redemptionis ad exemplum humilitatis. ¶ Tertio legi oblationis ad exemplum paupertatis. ¶ Tertia ratio est ut legē purificationis terminaret. Sicut enim aduēniente luce cessat tenebra: & aduēniente sole recedit umbra: sic aduenīente purificatione uera: termiata est purificatio typica: que purificatio uera christus est. ¶ Quarta ratio est ut nos spiritualiter purificados ī struxeret. Debemus enim purificari domini templum ingredientes: peccata nostra oblationibus & elemosynis redimentes gemitus columbarum pro peccatis emittentes: & turturum pudicitiam habentes. ¶ Veniens autē beata maria ad templum: filium suum obtulit & eum. v. siclis redemit. Nam quedā primogenita redimebantur sicut primogenita. xi. tribuum que redimebantur: sed adulti in templo domino seruiebant: & sicut primogenita mundorum animalium: que i sacrificio offerebantur. Quedam commutabantur ut primogenita asini que cōmutabantur oue. Quedā occidebantur ut primogenita canis. Cum ergo christus fuerit de tribu iuda patet q; debuit redimi. Obtulerunt etiam pro eo domino par turturū aut duos pullos columbarum. Hec enim erat oblatio pauperis: sed agnus oblatio diuitū. Et nota tres oblationes de domino factas. Prima est de ipso a parentibus. Secunda de ipso & de auibus. Tertia fecit ipse in cruce pro omnibus. Prima ostendit eius humilitatem: quia domin' legis se legi subiecit. Secunda eius pauperatem: quia paupem oblationem elegit. Tertia ei' charitatem: quia se pro peccatoribus tradidit. In turture aūt significatur pulchritudo castimonie. In columba amaritudo penitentie. ¶ Secundo hoc festum dicitur hypopanti: quod idem quod obuiatio: quia symeon & anna obuiauerunt domino: cum ad templum deferretur: & dicitur ab hypo: qđ est ire: & anti quod est contra. Tunc autē accepit eum symeon in ulnas suas. Et attende de christo mirabilem exinanitionē factam: ut ille qui est splendor glorie & figura substātie dei: duxq; cecorum ac uia se ab hominibus duci sinat: ut scilicet ille qui est portans omnia uerbo uirtutis sue: in ulnis senis se recepi & portari permittat: qui tamen se portātem baiulabat: iuxta illud: Senex puerum portabat: puer autem senem regebat. Vt etiā ille qui est purgationem peccatorū faciēs: hodie se ut peccatorem purificari nō recusat. ¶ Tunc autem symeon benedixit ei dicens: Nunc dimittis seruum tuum domine ℘m x̄. Et appellat eum tribus nomibus. s. salutare: lumen: & gloriam plebis israel. Et hoc triplici ratione. ¶ Primo propter nostram iustificationem: ut dicatur salutare remittendo culpam: lumen dando gratiam gloria plebis sue dando gloriam. Est enim

salus: quia redemptor: lux quia doctor: gloria quia premiator. ¶ Secundo propter huius festi triplicem denominationem: nam dicitur purificatio quoad purgationem culpe: propter quod dicitur salutare. Dicitur candelaria quoad illuminationem gratie: propter quod dicitur lumen. Dicitur hypopanti quoad collationem glorie: propter quod dicitur gloria plebis sue. In collatione enim glorie occurremus obuiam christo in aera & sic semper cum domino erimus. ¶ Tertio propter triplicis diuini aduentus operationem: uenit enim primo dei filius i carne ad homines saluandos: & ideo dicitur salutare Venit secundo spiritussanctus in igne ad apostolos illuminandos: & ideo dicitur lumen. Veniet tertio christus in maiestatis sede ad electos glorificandos: & ideo dicitur gloria plebis sue. ¶ Tertio hoc festum dicitur candelaria: ex eo q candele accense i manibus portantur: quod ecclesia ordinauit fieri triplici ratione. ¶ Primo enim propter remouendaz erroneam superstitionem. Romani enim olim in calendis februarii ad honorē februe matris martis urbem de quarto in quintum annum cum cereis & facibus tota nocte lustrabant: ut filius suus belli eis victoriam de inimicis concederet: & illud spatium dicebatur lustrum. Mense etiam februario sacrificabant februo: ideſt plutoni deo inferorum & ceteris inferis: & hoc pro animabus suorum anteceſſorum. Et ut propiciarentur eorum solennes hostias eis offerebant: & tota nocte cum cereis & facibus uigilabant. Et quia difficile est consueta dimittere: christiani de gentibus ad fidem cōuersi difficile hanc paganorum consuetudinem dimittere poterant. Ideoq; sergi⁹ papa hanc ꝓsuetudinē in melius cōmutauit: ut ſ. xpiani ad honorē matris dñi oī āno ecclesias cum cereis benedictis illustrādo circuirēt: ut solēnitate stante intentio mutaretur. ¶ Secundo propter ostendendam uirginis sanctificationem ne crederetur ipsam purificatione indiguisse: ut ergo ostendatur q tota fuit luminosa & splēdida: ideo luminosos cereos deferendos ordinauit ecclesia. Adeo q̄ sanctitate resplēduit: q non solum aliq̄d ad peccatum inclinatiuū in ea non fuit: sed etiam uirtus eius sanctitatis ad alios se extendit. Ita q etiam in aliis motus carnalis cōcupiſcētie extinxit: unde dicūt iudei q cū maria pulcherrima fuerit a nullo tamē unq̄ potuit cōcupisci. ¶ Tertio propter mystica significationem & in capite & in membris. In capite enim candela accensa christum ſignificat. ¶ In cereo náq; tria sunt que denotant tria que in christo fuerunt. Ná cera quā apes gignunt sine cōmixtione significat carnem christi natam de uirgine sine corruptione. Lychinium in cera latens significat aiam candidiſſimam in carne latentem. Ignis uero siue lumē significat diuinitatem: quia deꝰ noſter ignis consumēs est. ¶ In membris uero quia per hoc instruimur: quomodo corā deo purificari debem⁹: ut scilicet habeam⁹ fidem uerā: actionem bonam: & ſtentionem rectam. Nam candela accensa est fides integra cum operatione bona: quia sicut cera sine lumine mortua est sic & fides sine operibus mortua est: lychinium autem i cera occultatum est intentio recta in ope latens: unde gregorius: sic sit fides in publico: ut recta intētio maneat in occulto.

¶ De scō cornelio epō ceturione. LXXIII.

COrnelius centurio epūs beati petri apostoli discipulus & in baptiſmate filius fuit. Hic ut dicitur act. 10. Cum esset apud cesaream centurio prime cohortis que dicitur italica: uir religiosus & timēs deu⁹ cū omni domo sua faciens elemosynas multas: & orationi insistens: licet adhuc gentilis: media die uidit manifeste angelum dei dicentē sibi: qualiter eius elemosyne & oratiōes ad deum ascenderant: propter q̄ deus ipsum saluari decreuerat mandans ut simonem petrum ad se accerſiret: qui i ioppe apud simonem coriarium hoſpitabatur qui eum uiam ueritatis edoceret. Qui cōsestim nuncios ad petrum miſit. Eadēq; hora qua illi ad hoſpitium petri peruenerant: dum petrus in superiora domus circa horam ſextam oraret in extaſi raptus uidit linteum quatuor funib⁹ de celo miſſum cūctis animantibus plenum uoce ad eum delapſa ut ex ipis occideret & manducaret. Qui cum nullatenus se immūda poſſe comedere diceret: audiuit ſecundo que deus purificauerat mihime immunda reputanda. Cunq; descendens a nunciis causā itineris audiſſet: & uisionem intellexiſſet q etiam deus gentilitatem immundam ad fidē ſuſciperet: diuinitus admōitus cum illis accesſit: quem cornelius deuote ſuscepit: & eorum uterq; mutuo suam uisiōem expoſuit. Cum autem petrus coram centurione & eiꝰ attinentibus & amicis ibidem congregatis christū predicaret: ſpiritusſanct⁹ ſup illos nondum baptizatos deſcendit: & ceperunt loqui linguis & magnificare christū. Quos omnes beatus apoſtolus baptizauit. Deide cornelius militie abrenuncians diſcipulus apoſtolorum efficitur: & ab eiſdem epiſcopus ceſaree ordinatur. Qui apud eandem urbem officio predicationis fideliter peracto ſanctitate conſpicuus ad christum migrauit. Ibiq; ſepultus quieuit quarto noñ. februarii.

¶ De scō apronianō martyre. LXXIIII.

APronianus martyr passus est rome sub maximiano imperatore & laodicio prefecto. Cum enim laodicius sisinnium diaconem in carcere diebus .xvii. detinuisset ut dictū ē i passiōe saturnini. 3. cal. decēbr: & p' hec pfect' eū sibi pītari iussisset: dū apnianus q erat ptentarien sisinniū de carcere eduxissēt: subito lux de celo facta est: & uox de luce exiuit dices: uenite benedicti patris mei ⁊c. Quod apronianus uidens credidit: & ad pedes sisinnii pcidit baptismum petēs. Qué sisinni' mox unda sacra persudit: & ad marcellū papam deduxit: qui ipsum sacro chrismate deliniuit & cōcauit: uenitq; cum sisinnio ad pfectum: Qué cū de crudelitate qua in xpianos seuiebat argueret: & se xpianum asseret: subēte prefecto uia salaria miliario .xo ductus ibiq; capite trūcatus ē: & a ioanne presbytero in ipso loco sepultus 4. noñ. februarii.

¶ De scis. vii. mulieribꝫ martyribꝫ. LXXV

SEptē sancte mulieres martyres que in passione sci blasii leguntur apud sebastem ciuitatē passe sūt sub agricolao pside: quo ab eodem scō episcopo in fide fuerant edocte. Cum autē scis multa perpessus supplicia iussu presidis ad carcerē duceretur: sancte femine eū insequentes: guttas sanguinis eiꝰ de corpore fluentis in linteis colligebant: propter qđ ab apparitoribꝫ tente sunt & presidi presentate. Qui iussit eas ad montis superciliū lacui supeminētis adduci: data sententia ut si nō adorarēt statuam iouis illuc delatā in lacū precipitarentur. Que cum idolum in lacū proiecissent: dicētes ut si deest seipsum iuuaret: ministris ad presidem reducuntur. Qui fecit illas sup. vii. erea sub sellia igne cadentia sedere: ut in posteriorib⁹ urerentur. Quibus angelus dñi apparuit & eas intactas ab igne eripuit. Deinde in equuleo leuate: unguibꝫ & pectinibus ferreis carnes earū dirupte sunt. Tunc duo pueri filii unius ex illis ad martrem accedētes: postulabant se fieri xpianos. Quos iussit agricolaus una cum scō blasio in carcere manci pari. Scās uero mulieres die sequēti manduit in caminū ignis accēsum imtri. Que dū in medio flāmaꝝ illese psallerēt: & hec ministri presidi rettulissent: iussu eiusdē extra ciuitatem educte datoq; sibi inuicem pacis osculo decollate sunt. Quarum animas carnifices omnes uiderunt in specie septem uirginum uti de thalamo prodeuntium ad celum conscedere coronatas. Corpora uero a christianis nocte sublata i eodē loco sepulta sūt Passe sunt autem. 4. noñ februarii.

¶ De scō blasio epō & martyre. LXXVI.

BLasius epūs & martyr sub persecutione diocletiani passus ē: in ciuitate sebasten prouincie cappadocie. Qui cuꝫ omni sanctitate polleret: electꝰ ē a christianis in ipi' epm ciuitatis: urgēte uero persecutiōe xpianos: speluncam argei montis petiit: & ibi eremiticam uitam duxit. Cui aues pabulum afferebant: & fere ad eum unanimiter pstabant. Quicūq; uero ad ipsum accessissent egroti sanitatem ad libitum reportabant. ¶ Cum autem agricolaus preses christianos affligeret: & die quadam milites uenatum misisset: illiq; hincinde discurrentes inuanū tenderent ante antr' sci feraꝝ multitudinem inuenerūt: nullam tn̄ cape ualētes presidi retulerunt: & qualiter blasius xpianoꝝ epūs in specu lateret & oēs ad se feras magicis artibus ꝓgregaret. Qué iussit deprehendi sibiq; pītari. In ipa aūt nocte xps sibi ter appuit: monens ut sibi sacrificium offerret. Qui surgens intellexit se xpō per martyriū immolandū: & celebrata missa cuꝫ militib⁹ ad iudicē profectus est. Cui multi languētes occurrerunt & ab eo diuersaꝝ egritudinū saluté peceperunt. Qué milites iussu presidis usq; in crastinum in custodia recluserunt. Eodē die quedam mulier filiū suum morientē in cui' gutture os piscis transuersum erat ad pedes eius cum lachrymis obtulit: quem sanctus oratione sua mox sanauit. Orauitq; ad dñm pro cunctis se inuocantib⁹ gutturis passionem aliquā substinentibus: & audiuit uocē se fore a domino exauditū. ¶ Sequenti uero die presidi presentatus cū ioui sacrificare renuisset: dicens eum fuisse hominē sacrilegū & dānatum: fustibus grauiter cesus est. Dei de in carcerem reductus. Tunc uidua puꝫcula uenit ad eum: conquerens lupum: unicum filii porcellum rapuisse. Cui cōpatiēs sanctꝰ orauit: & lupus porcum reportauit: mox illa domum rediens & suem reperiens eum occidit: sanctoq; uiro partem coctam cum pane & candela obtulit: illeq; refectus deo gratias egit. Post aliquot uero dies iterum de carcere educitur: & sacrificare nolens in ligno suspenditur: & unguibus ac pectinibus ferreis laniatur. Iteratoq; depositus ergastulo durissimo mancipatur: quem sancte septem mulieres subsecute sunt ut supra proxime dictum est. Dum autem in custodia teneretur: duo pueri filii unius ex ꝓfatis septem feminis perentes se fieri christianos: in eodē carcere recluduntꝰ: quos blasiꝰ in fide xpi docuit: & sacri baptismatis unda persudit. Posthec autem iterum conspectui presidis presentatur. Et dū in christi ꝓfessione perseueraret iubente agricolao ligato

ad collum eius saxo in lacum precipitatur. Ipse uero aquam signauit: & mox sicut arida terra pmansit. Ad quem super aquas stãtem dum milites. 65. accedere uellent: ut eũ in pfundum demergerent: subito ut aquas i trauerunt: submersi nusq̃ cõparuerũt. Angelus aũt dñi deduxit eum ad terram. Qui a militib⁹ ante presidem adductus: iussus est ab eo cũ duobus pueris quos in carcere baptizauerat decollari. Duct⁹ ergo ad locũ passionis oratione ad dominum pro se inuocantibus fusa cum duobus pueris capite cesus est. 3. non. februarii. Quorum corpora helisea mulier sepeliuit: ubi non longo post tempore ecclesia eius nomini fabricata & dedicata consistit.

¶ De scõ ioãne elemosynario epõ. LXXVII

IOannes cognomẽto elemosynarius epõs claruit temporib⁹ foce impatoris: qui claris alexandrie natalibus ortus: sanctitate & sciẽtia preditus ad patriarchatum eiusdem urbis promotus: ex uberib⁹ elemosynis quas faciebat elemosynari⁹ dict⁹ est. Cui in oratione quadam nocte beata uirgo appa ruit coronam oliuarum in capite gestans: que se dei genitricẽ esse dixit: corona misericordie circũdata hortans sanctum ut eam in sponsam assumeret: & quicquid peteret a domino obtineret. Extunc misericordie opib⁹ intentus fuit: & pauperes suos dños appellauit: famulos: suis pcepit: ut ciuitatẽ circuirent: & omnes dños suos pscriberent. Qui cũ non intelligerent: exposuit dños suos eẽ pauperes & mendicos: qui sibi auxiliarii fiebant: & regnum celoꝝ sibi largiri poterant. Et ut cõciues suos ad elemosynas induceret: exempla plurima sanctoꝝ inducebat: q largas elemosynas tribuentes bonis spiritualibus abundabant. ¶ Monach⁹ quidam noie uitalius omnes publicas meretrices conseruari pserat: quas uicissim singulas noctibus singulis conducebat. Et ad eas intrans in oratione pernoctabat: pcipiensq; mane ne cui reuelarent exemplo sue sanctitatis multas ad penitẽtiam perducebat. Et cum ex hoc multi scandalizarent: putantes uitaliũ admodũ esse lasciuũ: & de hoc ioãni epõ querimonia delata esset: noluit eis fidem adhibere: deprecans deũ ut opus scẽ uiri alicui reuelaret taliter: q non imputaret in peccatis his qui in eum scandalizabant. Post dies paucos egre diens monach⁹ ab una illaꝝ obuiauit cuidã ad eam cognoscendã ingredienti: qui uitaliũ alapa percussit: & eum de fornicatione redarguit. Statimq; diabolus in spe mauri: uirum illum in gena repcutiens eum uexare cepit. Ita ut ex ore eius demon clamaret: & uitalii sanctitatẽ exprimeret: nec nõ castissimũ cõprobaret. Pro quo dum ille orasset a demonio liberatus est. Mulieres quoq; que sanct⁹ uir opabatur: manifestare ceperũt. Que oia beat⁹ ioãnes per spiritum cognoscebat: iõq; maledictis fidem adhibere uolebat. Sicq; orationib⁹ eius innocẽtia uiri sancti manifeste cognita fuit. ¶ Cuidam i habitu pegrini ad se uenienti & elemosynam postulanti: mãdauit ioãnes sex numismata dari. Itemq; mutato habitu reuertẽti: sex aureos sibi dari pcepit. Cui etiã tertio mutatis uestib⁹ redeunti duodeci dari iussit. Cũ aut̃ dispensator sibi inueret: qhic idẽ paup ipsa die bis elemosynam diuersis mutatis uestib⁹ sumpsisset: instituit ioãnes: ut sibi toties daret: quoties illa rediret: ne forte esset xps: qui se tentare uenieret: an posset plus accipere q̃ eps sibi dare. ¶ Quidã patricius pecuniã ecclesie in mercationibus ponere nolebat: pfiarcha uero resistebat: uolẽs ipsum paupib⁹ largiri: sicq; ptẽdentes adinuicẽ irati sunt. Adueniente ergo hora. xi. mãdauit pfiarcha patricio p ar chipsbytẽ: dicens: q̃ sol i occasũ uergebat. Quod ille itelligẽs ad eũ uenit: & cũ lachrymis uenia postulauit. ¶ Quidã ei⁹ nepos a tabernario grauia puitia audierat: & pfiarche pquest⁹ est. Cui pfiarcha rndit: se ipso die tale rem in eo factur⁹: q̃ tota alexandria miarer. Cõsolat⁹ est ergo nepos: putans q̃ eũ faceret grauiter uerberari. Qui eodẽ die p hoie illo misit: & ipm ab oi pensiõe & tributo libẽ fecit. Adoucãq; mperatoꝝ dulcissimis uerbis eũ ad patientiã & iniuriaꝝ tolerantiã ajauit. ¶ Monumẽtum sibi fabricari fecit: quod tũ quoaduixit impfectũ reliquit. Ordinauit q̃ suis clericis: ut quãdocũq; in solẽnitatibus celebrarer: sibi cõmemorarẽt monumentum suum imperfectum existere: & q̃ ipsum compleri mandaret: nescius quahora fur ueniret. Hoc autem faciebat: ut cõtinue memoriã mortis haberet. ¶ Diues q̃dam uidens sanctum uilem ftratum habere eo q̃ omnes pannos pauperibus errogasset: pretiosum coopertorium emit: & ioanni tradidit. Qui cum illud nocte super se teneret omnino dormire nõ poterat: cogitãs q̃. ccc. domini sui de tanto precio operiri possent. Facto igitur mane statim illud uendidit: & precium egenis distribuit. Quod audiẽs diues ille coopertorium redemit: & ioanni secundo tradidit: rogans ipsum ne illud amplius uenderet: sed super se teneret. Ille autem secundo uendidit: & de precio ut prius fecit. Tertio autem uir ille coopertorium redemit: & ioanni dedit dicens: q̃ oino ppositum erat uidere quis uinceret: aut ipse i redimẽdo: aut epõs i uẽdendo. Et sic suauiter quasdiuitẽ illũ uidemiabat. ¶ Cuidã elemosynã petẽti nummũ dari fecit: q indignatus eo q̃

maiorem sibi elemosynam nō dedisset: in cō tumeliam eius prupit: famulosq; uindicare uolentes eps phibuit: sacculū quoq; pecuniaq; corā illo effudit: dicēs ut ide acciperet quot uellet. ¶ Consuetudiné fecerat populus ut lecto euangelio ecclesiam exirent: & uerbis ociosis uacarent. Quadaz uice lecto euangelio cū eis eps exiit: & inter eos stare cepit: dicēs q; ubi oues ibi pastor esse debebat. Quod cū bis iteraz fecisset: populū in ecclesia stare docuit. ¶ Iuuenis quidā q̄ seimonialē rapuerat a familiaribz suis exprobrabatur: dicentibz q; erat dignus morte. Quos ille redarguit: dicēs eos magis delinquere: qui proximū iudicabāt: qui forte amplius nō peccabat. Cū autē febre corrept' uicin' eēt morti deo gratias egit: q unicum sibi solum nūmuz dimisset: quē & pauperib' dari fecit. Cū autem defunct' eēt & corpus ei' i sepulchro ubi erant duoz eporū corpa deponere uellent: corpa illa i latera secedētia mirabiliter beato ioanni cessunt: & locum sibi medīū uacuū dimiserunt. ¶ Ante dies paucos obitus sui mulier quedā sibi psella peccatuz unum enorme ex uerecūdia omisit: qd tamē i schedula scripsit: & sigillauit: & ioāni tradidit ut pro se dñm exoraret. Audiēs autem ipsum defunctū: & se confusam reputans: si forte scriptū suum ad manus cuiuspiā deuenisset ad tumulū sci ioannis durissime flere cepit. Cui ille pontificalibus indut' apparu it duobus secū qescentib' epis hinc inde ualatus: q scriptū sigillatū mulieri tradidit. Quod illa apiens peccatū suū deletū iuenit scriptū tñ ibidem reppit: propter ioānem seruum meū deletuz & peccatū tuum. Illaq; deo gratias egit. Quieuit autem scūs ioānes in xpo. 5. nōn februarii circa annū dñi. 605.

¶ De scō gaudentio epō. LXXVIII.



Audentī' episcop' nouariēn fuit Qui de hyporia oriundus sancti martini turoñ epi notarius & discipulus extitit. Cui multo tempore adhesit. Et postmodum me diolanū ueniens cū sancto eusebio uercellen epo exilium substinuit. Indeq; reuocatus a scō simpliciāo mediolanū archiepiscopo: primus nouariēn eps ordinat' fuit. Qui & episcopatū suum strenue gubernauit: & iter cetera ✝ corpus sci laurentii pbyteri & martyris apud nouariā cū multis quos baptizauerat passi dudū latēs inuenit: & digna uenerationē exaltauit. Dū autē mortuus esset: & sibi preciosum sepulchrū paretur: a mense februario usq; ad augustum inhumatus: & oīno in corruptus corpe permānsit: quo tpe & capilli & ungues eidem crescebant: uti eo tpe quo uiuebat. Hic etiā inter cetera miracula: mulierē uexatam a diabolo liberauit. Quieuit in pace. iii. nōn februarii.

¶ De scis celerino & sociis marīb'. LXXIX.



Elerinus diacon' & pfessor: & auia ei' celerina: laurentius eius patruus & ignatius ei' auunculus martyres: apud aphricā claruerunt. De quoz oium gloriosis laudibus memorat beati cypriani epistola ad mēes scripta. Nam ut ibidē dicit celerina gloriosa anus martyrio coronata ē. Patru' uero celerini laurentius & auunculus eius ignatius in castris secularib' militātes palmas dñi illustri passione meruerunt. Celerinus autē diu adherentib' penis afflictus per .xiii. dies in carceris custodia septus in neruo ac ferro fame cruciat': inde tādē eductus: & diuina prouidentia dimissus: ad diaconatus ordinē promotus scitate pollēs quieuit in pace. Hoz omniū festum recolitur. 5. nōn februarii.

¶ De scō symeōe ppheta sene. LXXX.

Ymeon senex & propheta nouī testamēti: de quo i euangelio luce. 2. multa preconia pdicantur: q̄ uidelicet fuit homo iustus & timoratus & expectans consolationē israel: & q̄ spūsanct' erat in eo. Et q̄ responsum accepat a spūsco non uisurum se mortem: nisi uideret xp̄m deum. Qui cum spiritu sibi diuino reuelate: puerū iesum natum & ad templū a parentibus deferendum didicisset: uenit in spiritu in templum die dominice purificationis. Et cum inducerent puerū iesum parentes eius: sustinauit symeō ad portā templi & adoauit iesum: & osculans plantas eius accepit eum in ulnis suis. Et benedixit deum dicens. Nunc dimittis seruum tuum domine ꝛc. Et cum esset annorum. ii2. & uix posset seipsū regere: portauit puerum usq; ad altare: iuxta illud. Senex puerum portabat puer autem senem regebat. Et tunc tradidit puerum matri domino osferendum. Et benedixit parentib' iesu: & prophetiam illaz matri ieu predixit: que scribitur: ubi supra. Et qualiter gladi' mortis filii animam genitricis per transire debebat: perfectis autem omnibus secundum legem redeuntibus parentibus iesu ad domū suam: & symeō ad propria rediuit. Et quia promissionez diuinam obtinuerat: tertio die in domino obdormiuit: & sepult' est i hieru salem. 2. nōn februarii. Hec in libro de infātia saluatoris. ¶ De scis phyllea & phylloronio & sociis martyrib'. LXXXI.



Hylleas & phylloronius in ciuitate egypti que appellatur tamnes passi sunt. Qui phylleas ut octauo ecclesiastice historie habetur: & ut dicit hieronymus de

ſtata urbe nobili proſapia ort⁹. Primo qdē honoribus in ſeculo fulgens liberalib⁹ ſcientiis eruditus fuit: deinde ad epiſcopatū ipſi⁹ urbis prouectus de martyrum laude uolumen inſigne compoſuit. Qui tempore perſecutionis cum multos de ſuo grege diuerſi ſex⁹ ordis & etatis q̄ſi innumere multitudis ad martyriū p̄miſiſſet: a preſide ciuitatis tenrus & carceri mācipatus eſt. Qui cum a propinquis & dilectis blādis & lachrymoſis ſermonibus induceret: ut xp̄m negaret: & ipſe ecōtra ꝓſtantior p̄manēret: ex ſententia preſidis cū phylloronio eius diacono decollat ſecundo noñ. februarii.

¶ De ſcis aquilino & ſociis m⁹tib⁹. LXXXII

AQuilinus: gemin⁹: galeſius: magnus: & donatus martyres rome foro ſymphronii paſſi ſūt. Quos oēs p̄ confeſſione nomis xp̄i iuſſit urbis p̄fect⁹ capitali ſētētia uitā finire. 2. noñ febr. ut dicit ado.

¶ De ſancto giliberto pfeſſore. LXXXIII

GIlibertus pfeſſor gēmalēn ceno-bii ſundator anno. xxv. othonis impatoris primi claruit: qui apd gorziam xp̄o potius q̄ ſeculo militabat: & i ipſo loco monaſteriō ab eo fabricato & copioſe dotato ꝑpter amorē ſcē religionis in pace dormiuit. 2. noñ. februarii. Cuius corpus relatum eſt ad gorziam urbem.

¶ De ſcā agatha uirgine & mar. LXXXIIII

AGatha uirgo & martyr apud ciuitatē cathanien tempore deciī paſſa eſt ſub quintiano ſicilie cōſulari. Qui cū eſſet ignobilis: libidinoſus: auar⁹: & idolis deditus beatam agathā ꝓprehendere nitebat: ut qa erat ignobilis tenēdo nobilē timeret: qa libidinoſus eius pulchritudine frueret: qa auar⁹ eius diuitias raperet: quia idolatra diis eā īmolare cōpelleret. Ipſamq; detentā tradidit cuidā meretrici noīe aphrodiſie noue filias turpiſſimas habēti: ut ꝑ dies. xxx. ſuā derēt ei: quo mō ei⁹ animū īmutareut: mō leta p̄mittēdo: mō p aſpera deterrēdo: que cū uti ſupra firmā petrā xp̄m īmobiliter fundata: oia ſibi p̄miſſa uel cōminata ꝓ nichilo p̄ſſet: & aphrodiſia hec qntiano rettuliſſet: ipſe uirginem ad ſe adductā cui⁹ eēt ꝓditionis interrogauit. Cui uirgo ſe ingenua & genere ſpectabili ꝓgenitā eſſe rñdit: addenſq; q̄ acilla xp̄i eſſet: hoc q̄ magis eā igenuā redderet. Nam ſūma ingenuitas eſt: in qua xp̄i ſeruit? cōprobatur. Cui cū qntianus optionē dediſſet: aut diis ſacrificandi: aut diuersa ſupplicia ſuſtinēdi. Virgo rñdit: q̄tinā uxor illi? eēt talis ut uen⁹? & ipſe talis qualis iuppiter deus ſuus. Tūc qntianus iuſſit eā alapis cedi. Et cū diuersa ſibi tormēta cōminaret. Et illa ecōtra feras igné & plagas & quaſcunq; penas ſe uoluntario animo paſſuram offeret: iuſſit eam in carcerem trahi: ad quem letiſſime & glorianter ibat: & quaſi ad epulas inuitata agonē ſuum dño precibus cōmēdabat. Sequenti die inde educit: & ſacrificare contēnens in equleo ſuſpenditur: & torquetur. Et cum in his penis delectari ſe diceret: iuſſit conſularis mammillā eius diutius torqueri: & tortam abſcidi. Que cum illum redargueret dicens: q̄ confundi debuerat amputare i femina: quod ipſe in matre ſuxiſſet iuſſit eam iterum ad carcerem reduci: prohibens medicum quēcunq; ad eam ingredi: & panem ſibi uel aquam ab aliquo miniſtrari. Verum circa noctis medium uenit ad eā ſenior: quem antecedebat puer luminis portitor: dixitq; uirgini: q̄ cum paſſa fuerat: ibi erat: & conſideraret māmillam eius poſſe ſalutem ſuſcipere. Illa uero omnem carnalē medicinam reſpuebat: ſed ſolum dñm ieſus habere ſē dicebat: qui uerbo curat omia: & ſolo ſermone reſtaurat uniuerſa. Tunc ſenior ſubridens dixit: ſe a chriſto dño miſſum eiuſd eſſe apoſtolum petrum. Et continuo ab oculis eius diſparuit: uirgoq; facta ſe ꝑfecte ſanatam māmillamq; ſibi reſtitutam iuenit: & deo gratias infinitas egit. Cum ergo ex immenſo lumie cuſtodes territi fugiſſent: & carcerem apertum reliquiſſent: rogauerūt eam quidam ex uinctis ut abiret: que omnino recuſauit: dicens q̄ nolebat amittere coronam ſibi a dño preparatam. ¶ Poſt quattuor dies reducta eſt ad quintianum: q̄ eam ſanatam conſpiciens: & qualiter eā chriſtus ſanaſſet audiēs: iratus teſtas acutas iuſſit ſpargi: & carbones ignitos ſubterponi: & illam nudo corpore deſuper uolutari. Statimq; facto terremotu ciuitas tota concutitur: & cadente pariete ſiluinus & ſalconius conſiliarii iudicis opprimuntur: concurrente populo aduerſus quintianus & clamante q̄ propter iniuſtum agathe cruciatum taliaꝑerentur. Tūc conſularis ex una parte terremotum metuens: & ex alia populi ſeditionem non ſerens ꝑ puſterulam auffugit: & uirginem i carcerem reponi mandauit: quo cum introiſſet: orauit ad dominum: ut ſuſciperet in pace ſpiritum eius. Finitaq; oratiōe cum ingenti uoce expirauit. ¶ Cum autem fideles corpus eius cum aromatibus condirent: & in nouo ſarcophago collocarent: apparuit iuuenis ſericis amictus cū pluſq; centum aliis albis induris alias nunq̄ uiſus: qui ad corpus ueniens tabulam marmoream ad caput eius appoſuit: & clauſo tumulo cum omnib⁹ ceteris ab omnium oculis euanuit. In tabula autē ſcriptū erat ſic. Mentē ſanctā

ſpōtaneā:honorē deo:& patrie liberationē. Quo miraculo diuulgato: nō ſolum xp̄iani ſed etiam gentiles & iudei ſepulchrū uirginis uenerari cepunt. Quintianus uero dum ad inueſtigandas eius diuitias pgeret:& flumē in naui cum equis trāſiret:duo equi tremētes:calceꝫ; iactantes:unus eū morſu appetiit alter calce percuſſum i flumine proiecit & necauit. ¶ Reuoluto anno circa diem natalis eius mons etna ciuitati proximꝰ ructauit incendiū : qui quaſi torrens de monte deſcendens & oīa p̄burēs : ad urbē cū ſpetu ueniebat. Tunc paganoꝝ multitudo:uelum quo ſepulchrū eius erat optum aripuit : & contra ignēꝫ oppoſuit. Statiqꝫ in die natalis eius ignis ceſſit & ulteriꝰ nō proceſſit: paſſa eſt autē noñ februarii circa annū dñi.253.

¶ De ſancto ingenuino eſo. LXXXV.

INgenuinus ſecūdꝰ eps ſabionen̄ fuit:ut ſcribit paulus i geſtis lō gobardoꝝ: qué preceſſerat ſcūs caſſianꝰ:q imole mol̄atꝰ martyrium ꝓſumauit. Sabiona enī fuit oli epiſcoaplis ciuitas metropolis aqleien̄: nunc uero ſedes trāſlata eſt i brixinā: & ſub eſt ſalzburgen̄. Huiꝰ tpe longobardi italiā occuparūt regnāte eoꝝ rege auſterich. Seuerus eps in patriarchatu aquileien̄ helie ſuc ceſſerat. Qué ſmaragdus patricius cōpulit cū quibuſdā aliis epiſcopis:cōicare ioāni hereticoarchiepiſcopo rauēnati:q romanā ecleſiā ꝑtenebat. Scūs uero igenuinꝰ cū ſancto agnello tridentin̄ : petro altin̄ : iunioreueroneñ:hoſentio uicetin̄. Ruſtico taruiſin̄ fonteo feltrien̄: agnello eglin̄:laurētio belūnen̄:maxētio iulien̄: & hadriāo polen̄ epiſcopis. Huic ſchiſmati non p̄ſenſerunt. Propter qđ omnes p̄nominati ſci multas iiurias ꝑpeſſi ſunt. Sanctus uero igenuinus actus i exiliū:in pace quiit noñ februarii. Cui ſcūs ꝓſtantinꝰ ſucceſſit. Corpuſq; ipſius poſt multos annos brixinā trāſlatū ē. Et ſanctꝰ albuinus eps brixinen̄ die quo migrauerat.ſ.noñ februarii miraculis clarus eidē aſſociatur. Hec frater bartholomeus.

¶ De ſancto adituto eſo: LXXXVI

ADiutus eps uienen̄ eximie ſanctitatis fuit. Cuius fide & induſtria atq; doctrina mirabili ab inſe-ſtatione arriane hereſeos gallie defenſe ſūt tpe gūdobardi regis francoꝝ. Qui & uiꝛtutib⁹ ſignis noñ februarii apd uienā in pace dormiuit:ut dicit ado

¶ De quinquageſima. LXXXVII:

VInquageſima ſignificat tēp⁹ remiſſionis. Et ſcchatur in dominica qua cantaf. Eſto mihi i deū : & terminatur in iſo die paſche. Inſtituta ē aūt ꝑpter ſupplectionem: & ꝑpter ſignificationē:& ꝑpter repreſentationē. ¶ Primo ꝑpter ſupplectionem: quoniā cum debeam⁹.40.dieb⁹ ieiunare ad ſimilitudinē xp̄i:& non ſint in.xl. niſi.xxxvi dies ieiunabiles : quia in dñicis non ieiunaf propter letitiā & reuerētiā dominice reſurrectionis.Ideo pro ſupplectione dominicarum additi ſūt quattuor dies. Iteꝫ clerici uidentes qꝫ ſicut precedunt populū ordine ſic debent precedere ſcitate per duos dies ante illos quattuor ieiunare & abſtinere cepunt. Et ſic ſeptimana una addita eſt:que & quinquageſima uocatur. ¶ Secundo propter ſignificationem : quoniam quinquageſima ſignificat tempus remiſſionis ideſt penitentie in qua omnia remittuntur. Quinquageſimꝰ enim annus erat iubileꝰ:qui erat annus remiſſionis :quia tunc debita remittebanf : ſerui liberabantur & omnes ad ſuas poſſeſſiones reuertebantur. Per quod ſignatur qꝫ per penitentiam dimittuntur debita peccatorum. liberātur omnes a ſeruitute demonum:& reuertuntur ad poſſeſſiones celeſtiū mānionū. ¶ Tertio propter repreſentationem. Nā quinquageſima non ſolum tempus remiſſionis ſignificat:ſed etiaꝫ ſtatum beatitudinis repreſentat. Nam in.50.anno ſerui efficiebantur liberi:in.50.die data eſt lex in monte ſina:& i 50.die datus eſt ſpiritusſanctus apoſtolis. Et ideo hic numerus beatitudinem repreſentat:ubi erit adeptio libertatis: qđ oſtenditur per ſeruitutis liberationem:cognitio ueritatis qđ per legis dationem:& perfectio charitatis qđ per ſpiritumſancti iuſtionem. ¶ Numerus etiam quinquagenarius eſt denarius quinquplatus. Denarius uero ſignificat beatitudinem ſanctis in fine mundi conferendā. unde & paterfamilias ſuis operariis i uinea laborantibus:ſero contulit denarios ſingulos pro mercede. Hic autem denarius ideo quinculpatur:quia.v. corporis ſenſus tunc beatificantur. Hi enim per quinq; prudētes uirgines deſignantur:que ſatuis excluſis ad nuptias cum ſponſo chriſto ingrediuntur. Ideoq; denarius retributionis in.v. ſenſibus quinquplandus ad quinquagenum iubilei multiplicatus aſcendit. ¶ Tria autem ſunt neceſſaria in epiſtola & euangelio dominica li propoſita:ad hoc ut opera penitentie ſint perfecta ſcilicet charitas que proponitur in epiſtola:memoria dominice paſſiōis:&fides que ſumiſ per illumiationem ceci:que duo ponuntur in euangelio . Nam fides ipſa opa facit acceptabilia:ſine qua impoſibile ē deo placere:memoria paſſiōis facilia gregoriꝰ. Si paſſio.chriſti in animum ducitur : nihil ē tam arduū qđ nō equo aio toleref :charitas autem facit eſſe ꝓtinua:qa ut ide dicit amor dei nūq; eſt ociоſus. Operatur enim magna

si est. Si aũt opari negligit: amor dei nõ est. ¶ Vnde sicut in principio ecclesia q̃si desperans clamauerat Circundederunt me ẽ. Et postmodũ ad se rediens adiuuari petebat dicens Exurge dñe ẽ. Ita iã hic ex ꝑse uenie si ducia ꝓcepta ꝑtet pniam orat &dicit Esto mihi in deũ ꝓtectorem : ubi q̃ttuor petit. s. ꝓtectionem: firmamentũ: refugiũ: & ducatũ Oēs eni filii sui: aut sunt i gra: aut in culpa: aut in aduersis: aut in ꝓsperis. Illis qui sunt in gra: petit firmamentũ: ut in ipsa gratia cõfirment. Illis q̃ sunt i culpa: petit refugiũ: ut cõuertantur. Illis qui sũt i aduersis: petit ꝓtectionem: ut in ipsis tribulationib' ꝓtegãtur. Illis qui sunt in ꝓsperis: petit ducatum ut in ipsis ꝓsperitatibus a deo innocẽter ducant. Terminat aũt quinq̃gesima in die pasche: quia penitẽtia ad nouitatẽ uite facit resurgere. Et qa in hebdomada qnquagesime tempora tertie etatis recolunt: merito scõs patrum tertie etatis imediate gesta subscribuntur: quoꝝ dies obitus ignorant. Quãuis eni de solo scõ abraham beatus hieronymus diẽ dormitionis in suo calendario scribat: uidelic3. 7. id' octobr': quia tamẽ de nullo alio ipsius etatis certa dies festiuitatis refert: ne ipm abrahã primũ & solum etatis tertie ab aliis sepemus: ꝑgruenti' uisum est: ut de ipso una cũ aliis acta subiiciamus.

¶ De scõ abrahã patriarcha. LXXXVIII

ABram quẽ deus ꝓpter ei' fidem addita sibi una lra quam nomini uxoris detraxerat: uocauit postmodũ abrahã patriarcha sanctissimus: nõ solum in scõꝝ catalogo ecclesiastici. 44. & primo matthei. 2. cap. specialiter nominat: sed etiã ex textu sacre scripture in locis pluribus de fide: iustitia: & obedientia cõmendatur. Hic cũ patre thare habitans in arã cum esset annoꝝ 75. ad imperiũ dñi relictis patre & fratre nachor: egressus inde cũ uxore sara sterile & loth filio fratris aram: quẽ in filium adoptauerat: & cũ omni eius familia & supellectile: uenit ad terrã chanaã habitatur' quã de' ei' semini ꝑmiserat se datur': uenienteq; ad sichem iuxta uallẽ illustrem: que pentapolis dicebatur a qnq; urbib' sodomorum: edificauit ibi altare dño. Exinde ut dicit iosephus primus ꝓiumpsit ꝓnunciare unum deum creatorem cunctoꝝ. Inde trans̃grediens inter bethel & ai aliud edificauit altare: & ultra progrediens habitauit in damasco. Annus uero subsequẽs q̃ est. lxxvi. etatis abrahã. Prim' annus ẽ repromissiõis dei facte ad eũ: a quo usq; ad egressum filioꝝ israel de egypto sup putantur anni. 430. post quos apostolus ad gala. iii. dicit factam fuisse legem. ¶ Verum ꝓpter famẽ que facta est: descendit abrahã in egyptum: timẽsq; libidinem egyptioꝝ: ne eum ꝓpter uxoris pulchritudinẽ occiderẽt: dixit eam sororem suã esse: sicut &erat re ue ra quia filia fratris. Et quia laudata est pulchritudo eius apud regem egypti: in domũ eius sublata ẽ. Sed de' regis desiderijs ipedit uit: ne tãgeret eã i ꝑgritudie & tumultu cau sa: ut dicit iosph'. Cũq; ꝑ salute regis sacrificarẽt sacerdotes: per iram dei hoc accidisse significauerũt: eo q; uxori peregrini in iuriã inferre uoluisset. Sicq; rex egypti uxorem suam intactã abrahe restituit: & de cõmisso ueniam postulauit. ¶ Sane abrahã eo tẽpore arithmeticã & astrologiam egyptiis primus tradidit: a quibus postmodũ peruenerunt ad grecos. Reuertens aũt abraham ex egypto habitauit in loco: ubi fixerat tabernaculum inter bethel & ai. Et cũ esset diues ualde in auro & argento familia & iumentis & pastores eius cũ pastoribus loth ꝑ pascua rixarent: diuisus est a loth nepote suo: & dedit ei optionẽ eundi quo uellet. Loth elegit regionẽ circa iordanẽ fertilẽ & amenam: & moratus est in oppidis sodomorũ. Abraham uero descendit ad conuallem mambre iuxta hebron: & habitans ibi iuxta quercũ uel terebinthum edificauit altare dño. Mãbre uero eschol & anel fratres erant: & federati sũt abrahe: a quorum primogenito ualis cognominabatur. Ibi ꝑmisit deus abrahe omnẽ circũstantem terram per quattuor ꝑtes dare sibi & semini eius. ¶ Post hec chodorlaomor rex helamitaꝝ cum aliis tribus regibus quinq; reges sodomorũ uicit ꝑ bello: & tulit omnem substantiam eoꝝ: cũ loth & omni substãtia eius. Quo audito abrahã cum. cccxviii. uernaculis suis & tribus predictis fratribus mambre: eschol: & anel ꝑsecutus est eos usq; ad dan: & plurimis trucidatis uictoriam obtinuit: & loth nepotẽ muliere & populũ omnẽq; substantiam reduxit. Cui melchisedech rex salem & sacerdos occurrit: & sacrificium panis & uini primus obtulit: cuiq; abraham decimas ꝑsoluit: ut infra de melchisedech dicetur. Ab hac uictoria pro remissione captiuorum dicunt q̃dam initium habuisse iubileum: quod remissio interpretatur. Et institutus est anno qnquagesimo: quia tunc erat loth quinq̃ginta annorum. ¶ Post que abraham per innãma tionem sacrificii diuinitus illapsam: accepit signum de promissione sobolis in stellarum numerum multiplicande. Quod quia uti naturaliter ipossibile deo credidit: de fide merito commendatur. Tunc; primum susceꝑit filium ex agar ancilla cui nomen ismahel: a quo ismaelitarũ gens: qui & agareni ab agar dicti sunt: qui & postmodum uti sarae filii saracenoꝝ falsum nomẽ usurpauerũt

¶ Deide abraham qui primo dicebaſ abrā a deo uocatus eſt abrahā: uxorq; ipſius que ſarai dicebaſ a deo ſara uocata fuit. Precepūq; accepit diuinitus abraham ut ſe cum ſua ſobole circūcideret: ut inter cunctas nationes tali ſignaculo corpis electoꝝ uirorū ſoboles noſcerent. Et cū eſſet annoꝝ. 99. circūcidit ſe & iſmahelē filiū ſuum annoꝝ. xiii ac omnē familiā ſuā ſexus maſculini. ¶ Iterum quoq; dñs abrahe: per ſubiectā angelicā creaturā appuit: filiūq; de ſara repromiſit: eāq; heſitantem redarguit: & abrahe ſo domoq; iteritum nunciauit. Tunc ſanctꝰ patriarcha beate trinitatis priꝰ myſterium itel lexit. Cum tres uiros uidit & unū adorauit: quos & hoſpitio ſuſceptos fertili quiuio refecit: ubi trinitatis expreſſe myſterium pōtur. Cum abrahā nunc ad unū nunc ad tres loquit. Ipſeq; deus in tribus appentibus an gelis: nunc ſingulariter nunc pluraliter uig; ſanctum aſſat. Abraham poſt hec pegrinatus in geraris ſarā uxorē ut fecerat i egypto ſororem eſſe dixit: & ſimile necis periculuꝫ ſimili modo per dei ꝓuidentiā euaſit. Cum uero eſſet annoꝝ. c. corpuſq; iaꝫ héret mortuum naturaliter ad generandum: ſara uero ſterilis & nonagēaria eēt. iuxta repromiſſio nem dei ad eos factam natus eſt iſaac: qui & octauo die iuxta diuinū mandatū circūcilus eſt: anno ab inſtitutione circūciſionis ſuoꝝ ab ortu uero iſmahelis. 14. Ablactato uero iſaac: & aliquantulum excreſcente dū cū iſmahele luderet & eum ille uti maior in ludo leſſet: cum etiam ut dicunt hebrei iſmahel a liqua idola de terra finxiſſet: & iſaac ad ea colenda inducere uellet ad inſtantiā ſare: abraham iſmahelē cū matre ſimul eiecit: ſed dñs iſmahelē cuſtodiēs. xii. duces tribuum ſuaꝝ ex eo multiplicādos procreauit. ¶ Dei de abimelech rex geraris timēs abraham di tatum & multiplicatū: cum ſichol principe exercitus ſui ad eū uenit & cum illo ad pute um fedus iniit: ubi & abrahā nemꝰ plātauit. ¶ Cū autem abrahā adhuc habitaret in berſabe & iſaac eſſet annoꝝ. xxv. uel ut quidam aſſerunt. 40. dñs fidem & obedientiā ſci patriarche tētare uolens: non quia neſciret: ſed ut nobis exemplū inotefceret: precepit eidē imolare filiū ſuum iſaac in mente moria: in quo poſtea templū dñi a ſalomōe edificatū eſt. Quod quidē ille creatori ſuo amplius q̄ ſuo arrectui cupiēs deſuire adimplere cura uit. Et dū cum aſſumptis duobꝰ pueris & filio ſine uictima pgeret: & dimiſſis famulis natus parentē ubi eſſet uictia quereret: adhuc abraham eidem diuinū mādatū noluit reuelare: dicēs q; deus ſibi de uictia puideret. Cum aūt ad montē pueniſſent: reſert ioſephꝰ uerba patris ad filiū dicentis: quia ſicut ex uoluntate dei ingreſſus fuerat mundū mirabiliter: ſic dei uoluntate neceſſe erat ei egredi inuiſitanter: qué dñs quidē iudicaſſet non egritudine non bello nō aliqua paſſione humana uitā finire: ſed cū orationibus & ſacrificiis ajam ipſius ad ſe reuocare: & q; non dubitaret quia infallibiliter deus eū ſuſcitaret: ob pmiſſiones ſplendas. Et ſic iſaac imo landus libēs acceſſit ad arā. Sed nunq̄ credēdibus dura diuinitas permālit. Nam & deus angelica uoce ſuſpēdit abrahā a filii nece o ſtendens ei qué imolaret pro filio arietē: ut abſq; pietatis diſpendio tantū ſacrificiū cōſumaretur: In hoc mortē xpi ꝓfigurans: ut ſicuti reſeruato iſaac aries imolatur: ſic diuinitate in xpo ſuata humanitas in cruce patitur. Ex hoc forte quidā codices autumant ſacrificium abrahe eodē anni die cū xpi paſſione ꝑcurriſſe ſcilicet. viii. cal. aprilis: quo etiam die tradūt melchiſedech primū ſacerdotem & regē: panis & uini deo primitꝰ myſterium obtuliſſe. ¶ Reuerſo aūt abraham ad ſuallez mābre: mortuaq; ſara eiꝰ uxore: miſit ſuū ſuū eliezer ad meſopotamiā ſyrie ad nepotē ſuum bathuelē filiū nachor: adiurans eum ut filiā nepotis ſui de cognatione ſua filio ſuo uxorem aſſumeret. Qui recto gradu pueniēs ad domū bathuelis: cū eſſet adhuc in agro & expectaret diuinitus ſpīratus uxorem iſaac predeſtinatā rebeccha bathuelis filii nachor filiā nunq̄ ſibi uiſam cognouit. Cogitans ut quecūq; puella ad hauriendam aquā pgens ſibi potum petēti quin etiam camelis aquā preberet: ipſa futura iſa ac ꝓuxor eſſet. Que oja cum in rebeccha cōtigiſſent: ſeruuſq; cūcta patri narraſſet: dedit ei pater puellā in uxorē iſaac deſponſandam. Quam ſecum adductam: iſaac deſponſauit cum eſſet annoꝝ. 40. uel ſecūdum quoſdā. 50. & in tantum eam dilexit: ut doloré qui ſibi ex matris morte acciderat temperaret. ¶ Abraham uero alia duxit uxorem nomine cethuram quam quidam dicunt agar ancillā eius fuiſſe: & ex ea plures genuit filios qaibus & munera dedit & eos ab iſaac ſepauit. Illi uerō ut heredi omnem poſſeſſionem ſuam tribuit. Et poſtq̄ genuerat iſaac ſuper uixit annis. 75. uidelicet uſq; ad. xv. annum natiuitatis iacob & eſau. Sicq; cum eſſet annorum. 175. in ſenectute bona mortuus eſt. Et ſepultus eſt in ſpelunca duplici quam emit ab effron in ſepulturam generis ſui: ubi & ſara eiꝰ uxor ab eo fuerat tumulata. Dies autem dormitionis abrahe ſecundum hieronymum fuit. vii. idus octobris: hec ex libro geneſis a. c. xii. uſq; ad. xxv. incluſiue: & ex dictis ioſephi hieronymi & hiſtorie ſcholaſtice: atq; ex chronicis guilelmi.

¶ De ſancta ſara matre. LXXXIX.

SArai quã ꝑpter eius increduli-
tatẽ detracta una lꝛa ei⁹ nomini
& addita nomini abrahe de⁹ sarã
noiauit: filia fuit aram frꝛis abra-
he: & ipsius abrahe ꝓbrina. i.
neptis ex fratre. Nam eo tpe ad augendum
& multiplicandũ gen⁹ humanũ cuiuscunq;
grad⁹ ꝑter sororem ꝓiugem accipe licebat.
Hec cũ sterelis esset: agar egyptia ancillam
suam abrahe dedit uxorem: ex q̃ suscepit fi-
liũ ismahelẽ. Deinde ꝓmissiõe sibi a deo sctã
cũ esset annoꝝ. xc. abrahã centenario fi-
lium ꝓcepit: & pepit: quẽ uocauit isaac. Et
cũ aliquantulũ creuisset puer: & cũ ismahe
le luderet: ꝓpendit sara: q̃ ismahel de luto
idola finxerat: & isaac ad ea colẽda puoca-
bat: unde & uiro instituit: ut ancillã cũ filio a se
eiiceret: ne filius innocẽs ismahelis malitia
sedaret. Supuixit autem sara nato isaac ãnis
37. Et cũ esset ãnoꝝ. i27. mortua est: & a uiro
sepulta in hebron i spelũca duplici: quã
abraham emit imperpetuam sui & suoꝝ pos
sessionem sepulchri. hec unde supra.

¶ De scõ melchisedech rege. XC

MElchisedech rex salẽ: que postea
dicta est hierusalẽ: cui apostolus
paulus ad hebreos. 7. scitatis te-
stimoniũ phibet: in plerisq; sacre
scripture locis sanctissim⁹ noiat.
Cuius tñ genealogia ꝑm apostolũ subticet
xp̃m in hoc ꝓfiguras: q̃ ꝑm humanitatẽ pe
caruit: & cui⁹ ꝑm diuinitatẽ generatio narra
ri neqt. Hunc tñ hebrei autumant sem filiũ
noe fuisse: & usq; ad isaac tẽpora uixisse: &
oẽs primogenitos a noe usq; ad aaron sacer
dotes extitisse: q̃ in cõuiuiis & oblationibus
populo benedicebant: & primogenita reci-
piebãt. Siue aũt melchisedech idem q̃ sem
fuerit: siue alter extiterit: hoc ex diuina pa-
gina exꝑssũ habemus: q̃ rex & sacerdos fuit
q̃ & primũ & aliis inusitatũ sacrificiũ deo in
pane & uino obtulit: cui etiã abrahã uti uc-
ro dei oipotẽtis sacerdoti decimas exoluit.
In q̃bus oibus xp̃m exꝑssi⁹ designauit: qui &
rex iudeoꝝ & hierusalẽ ex regis dauid car-
ne ꝓgenitus fuit: quẽ & magi ab oriente ue-
nientes: ut regem iudeoꝝ adorãt: & pilatus
impii romani uicari⁹ in titulo cruci suppo-
sito regẽ iudeoꝝ affirmat. Hic etiã sacerdos
uer⁹ extitit sacrificiũ sui corporis & sanguis
imaculatũ sub spẽbus panis & uini deo offe
rens: oblationẽq; melchisedech ꝑfiguratam
adimplẽs. De quo pater ei⁹ ꝑm carnẽ dauid
ꝓphetauerat dicens. Tu es sacerdos ꝑternũ
ꝑm ordinẽ melchisedech. Ablato enĩ sacer-
dotio aaron q̃d fuit ad tps: saccrdotiũ mel-
chisedech in xp̃o innouatũ eternaliter cõfir
matur. Cui etiã uti uero & legitimo sacerdo
ti oĩs laicoꝝ decimatio ꝓsoluenda debeꝛ: &
p ꝓsequens eius uicariis in ecclesie regimie
subtitutis: q̃ & eius idem sacrificiũ admini
strant. Quõ aũt melchisedech: aut q̃ morte:
uel ubi: seu quo tpe uita excesserit: ignorat
imo q̃ aliqñ mortuus sit oĩno silẽtio prete-
rit. In hoc etiã xp̃i sacerdotis typũ repñtãs
qui & ſ in carne aliqñ passus fuit: ſ imorta-
lis tamen ex resurrectione sact⁹ nunq̃ de ce-
tero moritur⁹ ab ecclesia predicatur.

¶ De sancto loth. XCI

LOth fili⁹ aram frꝛis abrahe natu-
ralis: abrahe uero fili⁹ adoptiu⁹
fuit: cuius sarai sororẽ idẽ abra-
ham in ꝓiugiũ accepit. Hic cũ ad
optiuo patre & naturali patruo
de aram in terrã chanaã ꝓgressus ẽ & post
modũ ab eo diuisus habitauit in oppidis so
domoꝝ: ut dictũ est supra. Hic etiã cũ ipsis
regib⁹ achodorlaomor helamitaꝝ rege ca
ptus ab abrahã redemptus est. Cũ aute dñs
ꝓpter uitiũ abominabile sodomiticũ q̃nq;
ciuitates sodomoꝝ. i. sodomã: gomorrã: a-
damã: seboim: & segor subuertere decreuis-
set: que in ꝑuinio arabie & palestine posite e-
rãt. Loth abrahe nepotẽ ꝓpter ei⁹ iustitiam
& abrahe ꝑces saluare diꝓsuit. ¶ Venien
tes q̃ duo ageli sodomã uesꝑe missi a deo ad
eius sententiã exequẽdã: apud loth hospita
ti sunt. Quos sodomite iuuenes putantes: &
eis abuti uolẽtes: ad domũ loth insultũ fece
runt: ut uiros ad se educeret. Quos ille de-
fensare studens: duas filias suas uirgines de
sponsatas qdem sed nõdũ uiris cognitas eis
illudendas tradere uoluit. Quod illi renuẽ-
tes: & ut iuuenes sibi daret instantes: ab eis-
dem angelis cecitate ꝑcussi sunt: ita ut ianu
as uidere non possent. Tunc angeli emiserũt
loth de ciuitate cũ duab⁹ filiabus & uxore:
duob⁹ generis suis exire nolẽtibus: & ꝓpter
loth pepcit dñs ciuitati segor: ne cum aliis
subuerteret: ad quã loth declinare ꝓposuit
sorte qa minor erat aliis quattuor subuerte
dis: uel minus peccauerat. Admonueruntq;
angeli loth: ne qs eoꝝ post tergũ respiceret
¶ Cũ aũt sol ortus fuisset: & loth i segor i-
troisset: subuertit de⁹ qttuor citates reliq̃s
sodomoꝝ cũ puulis & mulieribꝫ & pecudi-
bus & oĩb⁹ hoĩb⁹ existẽtib⁹ i eis: que sulphu
re & igne celico cõbuste sunt: & in fauillam
redacte. Respiciensq; uxor loth post se: uer
sa est i statuã salis. Cum aũt nec etiã i segor
loth se tutum reputaret: ascendit & habita-
uit in mõte: ubi duab⁹ noctibus a duab⁹ filia
bus succesſiue inebriatus cũ eis concubuit:
& utraq; ipsaꝝ ex eo filiũ genuit. Maior fili
um suũ uocauit moab: ipse est pater moabi
tarum: minor uero suũ natũ appellauit amon:
ipse est pater amonitarum. Nec peccauit loth
cũ filiab⁹ coẽndo: qa ipsas nõ cognoscebat:

quāuis peccasset se inebriado: uel forte nec etiam in ebrietate deliqt: quia uirtutem uini noue regiōis nō cognouit: sicut nec noe quā do inebriatus ē. Forte etiā filie minus pecca uerunt: que nō ꝓcupiscētia ducte: sed ut sal uarent semē de patre ꝑcūbendi secū modum inuenerunt: putantes oēs homines mundi fi cut & sodomitas incendio pisse & sicut alias diluuio audierant esse factum. Potissime qa ſm diluuium ignis extitisse putabant: qd fu turum intellexerāt prophetatū. Si autē loth peccauit credēdū est ipsum penitētia egisse. Alioquin in scōg collegio non poneretur. Quod autē scūs nominandus ſit: non solum ex testimonio petri apostoli in ſa epistola. c.2. ꝓbatur: sed etiā ex gen. testimōio ubi solus ipse iustus inter cūctos unius ciuitatis peccatores homines nominat. Quis autem aut qñ uite sue finis fuerit: ulterius nō legit hec unde supra.

¶ De scō isaac patriarcha. LXXXXIi.

Isaac patriarcha abrahe filiꝰ qa in scō patrū catalogo ꝓscribit ecclesiasticꝰ. xliii. p promissio nē āno. c. patris natꝰ octauo die circūcisus: a deo in tantū dilectꝰ fuit: ut tentans patrē de eodē sibi exhiberi holocaustum mandasset: & eius obedētia p palata p ipso arietē ꝓmutasset. & eū a mor te reseruasset: que oīa in abrahe legenda su perius dicta sunt. Cum ergo isaac esset anno rum. xl. & rebeccham bathuelis filiā duxiſ set uxorē ut iam pretactū est: in geraris pe regrinatus ē & ibidē in opibus multiplica tus: ubi & sedus cum abimelech iuramento firmauit: & dominū sibi pollicentem que & patri suo promiserat audiuit. ¶ Cum ergo rebeccha uxor eius. xx. fere annis sterilis ex titisset: orante pro ea uiro suo: ut impleret promissio: tandem duos geminos cōcepit. Quoꝝ mutua collisione adiuicem afflictio nem in utero subſtinuit. Consultoq; dño & accepto de duob⁹ populis ex eis nascituris diuino oraculo: geminā prolem edidit anno isaac. lx. Primo egressus rufus & hispidus dictus ē Esau: qui & edom: a quo gens idu meoꝝ. Secūdo natus dictus est Iacob: quia plantam fris manu tenebat: qui postea israel nominatus est: a quo israelite: qui nunc iu dei descenderunt. Cum ergo adoleuissent esau factus est uenator & iacob agricola & pastor in tabernaculis habitabat. Pater dili gebat esau qa primogenitus: & qa de uena tionibus eiꝰ uescebat libēter. Mater uero diligebat iacob pro eius simplicitate ac etiā diuina inspiratione. Cum aūt iacob lenticu lam coxisset: & esau lassus de agro rediret: & de pulmēto fris peteret: illeq; sibi dare re cusaret: uendidit sibi esau primogenita sua: ea paruipēdens: & se moritur⁹ putans nisi in instanti comederet: dedit q; sibi primogenita ꝑ edulio lentis: & iurauit tale uenditionem se ratū habitur⁹. Et quia lenticula sulua erat & hebraice edom sulud dicitur: extūc esau uocatus est edom. Erant autem primogēita dignitates quas habuerunt primogeniti ſcō gnatiōib⁹ suis usq; ad aarō: indelicet uestes ſpeciales quibus induebant tantū in sacrifi ciis offerendis: & receptio finalis benedictō nis a patre. Ipse uero in ſolēnitatib⁹ & con iugiis benedicebat minoribus: & in his du plam cibo⁹ benedictionē percipiebat. Simi liter & in diuisione hereditatis. Nec pecca uit iacob frēm efurientē non reficiēdo gra tis ſm gregorium: quia laborabat ille uitio gule: non nature necessitate. ¶ Cum autē se nuisset isaac & uidere non posset mandauit esau primogenito suo de uenatiōe sibi cibos pari ateq; moreretur: ut sibi benedicere pos set. Quo ad uenandū egresso iussit rebeccha iacob filio suo: ut sibi afferet dues hedos o ptimos: ex quibus escas gratas faceret patri suo: ut sibi pro esau benedictionē daret. Et cum ille ex hoc se deprehendendū dubita ret: & forasse maledictionē pro benedictio ne recepturum: protestata est mater q; talis maledictio in suum caput uerteretur: dum modo iussa per filium ꝑlerent. Quod cuꝫ iacob perficisset: patis cibis iduit iacob ue stibus esau ualde bonis: quibus ut dictū ē primogeniti utebātur. Pelliculasq; hedoꝝ manibus & collo circundedit: ut similitudi nem fris qui pilosus erat exprimerēt: iacob ergo cibis acceptis: & patri isaac allatis cū ipsuꝫ minime cognouisset de cibis comedit: & palpato illo putās esau: iacob postmodū benedixit. Egresso igitur iacob uenit esau: & cibos patri intulit ac benedictionē petiit. Quo audito expauit isaac uehemēti stupo re: & in hac extasi uidit ſ spiritu ut ait come ſtor a dño hoc factum esse: & significationē pie fraudis intellexit: & ideo non irasceꝝ qđ fecerat confirmauit. In hoc aut̄ facto ut ait gregoriꝰ: non peccauit iacob nec ꝑ fraudem benedictionē primogeniture surripuit: sed sibi debitam accepit: quam alias pro lentis edulio a fre ꝓpauit. Nec falso dixit ꝑi se eē esau: qa erat ipse non persona sed primoge niture dignitate sicut ioannes helias non na tura sed uirtute. Benedictus est aūt: non ſm intentionē patris que ad esau erat: sed secun dum uirtutē uerborū que proferebat. Sicut eps qui ordinauit clericum alienū: qđ cre didit esse suum: & tamē uere est ordinatus.

¶ Superuixit autē isaac post natos esau & ia cob annis. 120. Et sic annoꝝ. 180. senex & ple nus dieꝝ mortuus est. Et sepelierunt eū fi lii sui i sepulchro paterno: qđ est i hebron

in ſpelunca duplici: de qua dictū eſt ſupius
Hec ex libro geñ.a cap.23.uſq; ad.28. & ex
dictis hieronymi:ioſephi:&comeſtoris:atq;
ex chronicis guilelmi.

¶ De ſcā rebeccha. XCIII

Rebeccha filia bathuelis filii na-
chor fris abrahe & iſaac neptis
ex aununculo ꝓgenita:eidē iſaac
in uxorem dina diſpenſatiōe que-
ſita fuit:ut ſupius in geſtis abra
he continetur.Hec multo tpe ſterilis duos
poſtmodū geminos edidit natos: eſau uide-
licet & iacob. Et qa naturale eſt:ut mater
ſemp ꝑdiligat:quē pater min⁹ amat.Rebec
cha iacob ꝑdilexit: quē iſaac reſpectu eſau
quodāmō ꝓtēpſit.Et de matris ꝑſilio ac pui
dentia ſūma adhibita cautela minor majo-
ris benedictioné accepit:ut ſupius dictū eſt
Eadēq; circūſpectiōe iacob ab eſau ira fal-
uauit:dū ipm ad tps ad laban auūculū ſuū
& ipſius rebeccha germanū i meſopotamiā
trāſmiſit:ut morte euaderet:quā ſibi fuerat
eſau cōminat⁹. Quo apud laban cōmorāte
p ānos.20.ut dicet:anteq; inde rediret: re-
beccham deceſſiſſe credit: quo aūt tpe: uel
quō ſcripture textu ſilentio ꝓteritur.

¶ De ſcō iacob ſiue iſrael ꝓfarcha.XCIIII

Iacob qui & iſrael ꝓfiarcha iſaac
filius:& ipſe ſcōz patrz catalogo
ſcriptus eccleſiaſtici.44.āno pa-
tris.60.cū eſau ꝓgenit⁹ eſt. Hic
poſtq; fris benedictioné diuina
diſpenſatione ſurripuit:ut ſupra ꝓximo di-
ctum eſt:a fratre exoſus:de ꝑſilio matris ad
laban auunculū ſuū in meſopotamiā ꝓfugit
ubi in itinere iuxta luzā dormiens:ſcalam e
terra ad celum erectā:ꝑ quā angeli aſcende-
bant:& deſcendebant:uidit:&dñm ſūmitati
ſcale innixū ſibi terrā & benedictioné ſemt
nis ꝓmittentē audiuit. Peruenīens aūt ad la-
ban.14.eidem annis ꝓ duab⁹ filiab⁹ ſuis lia
& rachele fuiuit. Cum enim laban cū iacob
pepigiſſet:ut ſibi.7.annis ꝑ filia ſua minore
rachele:quā ipſe amabat ſeruiret. Et cōple
to ſeruitio.7.annoz: iacob uxorem ſuā ex
peteret:laban nuptiis celebratis noctu liam
filiam ſuā maiorē i thalamo collocauit:cui
ancillā zepham tradidit:cum q̄ iacob rache
lem arbitrans nocte dormiuit.Cū aūt mane
liam cognouiſſet:& de hoc ſocero ꝓqueſtus
eſſet:excuſauit ſe laban :nō eſſe de more pa-
trie:ut minores filie āte maiores nuptui tra
derent.Promiſit quoq; ſibi poſt.7.dies ra-
chelem datur⁹: & ſic iacob utrāq; ſororem
habitur⁹ ꝓ ſeruitio.7.aliozꝫ annoz futuroz⁹
quo ſibi ſeruire debuiſſet:cōpletaq; hebdo-
moda eidem rachelē tradidit: cui ancillam
balan noie dedit:iacob quoq; ſocero.7. ali-
is annis ꝓ lia iam obrēta ſeruiuit. ¶ Genuit
quoq; iacob.12.filios ex uxoribus & earum
ancillis.Ex lia habuit ruben:ſymeon: leui:
iudā:& iſachar:& zabulon:& unā filiā noie
dinam.Ex ancilla lie zepha gad:& aſer. Ex
ancilla rachelis bala dan:&neptalim.Ex ra-
chel ioſeph : & beniamin . Finitis uero. 14.
annis ſeruitii ꝓ uxoribus ſuis iacob a laban
diſcedere uoluit: ſed laban adhuc ipſo req;
rēte ꝑ alio ſeptēnii ſuitio iacob remāſit:po-
ſtulauitq; iacob pro precio quicquid naſce-
ret uarii coloris ex gregib⁹:quos paſcebat:
quod annuente laban iacob nouam nature
ſtropham cōmētatus cōtra naturā arte natu
rali pugnauit:uirgas.ſ.uarias in canalibus
ponēs.& in feruore diei dū ad potandū aut
de pecora ꝓgerent:& accēderent ad coitum
oues & capras aſcendi faciens:ut tales fetus
cōciperent:ꝗles umbras arietū &hircorum
ſupra ſe aſcendentium in aquis ꝓſpicerent.
Varius eni erat color umbrag: ſicq; multi-
tudine agnoz & hedoz uarii coloris naſcen
tium:iacob ultra modū ditat⁹ eſt . ¶ Iacob
igitur ioſeph nato ꝓpletis annis.20.apud la
ban:nec ualens uigeſimū primū ꝑficere pro
pter nequitiā laban:q mercedē eius pluries
mutauerat:cum uxorib⁹ & filiis & ſubſtātia
ſua clam diſceſſit. Quē laban iratus ꝑſecu-
tus eſt cū cognatis & amicis:ſed ipſum dño
cohibēte:ne iacob noceret:tinito ſecū ſedere
reuerſus eſt in pace filiabus & nepotib⁹ de-
oſculatis. ¶ Iacob uero ceptum iter pagēs
angelos dei ꝓfortantes ſe cōtra ſris ſui eſau
iram:quē ualde timebat:obuios habuit: &
ante aurorā cum ſibi apparēte angelo lucta
dimicauit:q & eius femoris neruū tetigit:
& ſtatim emarcuit:& nomē iſrael impoſuit:
atq; quia cōtra fratrē inuīct⁹ ſtaret:eidem ꝓ
dixit.Iacob uero ad placandū animū fratris
munera ſibi ꝓ nuncios miſit:ipſe autem ſub
ſequēs filios & uxores ac familiā & iumenta
i duas turmas diuiſit. Cui eſau cū quadrin-
gentis armatis occurrens:& munera eius re
cuſans:ipſm cū uxoribus & filiis ſuis amabi
liter cū amplexu & oſculo ac fletu ſuſcepit:
& in ſeyr reuerſus eſt. ¶ Tranſacto uero ior
dane:iacob habitauit in agro ſichem : quem
emit a rege emor. Et tunc dina filia ei⁹ egreſ
ſa:ut mulieres regionis uideret:corrupta ē
a ſichem filio emor. Quā poſtmodū in cōiu
gium petēs:ſymeon & leui doloſe egerunt:
ut filius emor cū patre & populo iuxta ipſo
rum ritum circūcideretur:aſſerentes ſe ſoro
rem ſuā circūciſo homini copulare non poſſe:
quod ſi facerent:nedū dinā filio regis ꝓmiſe
runt tradere:ſed etiā cū eoz populo connu
bia ꝓfederare. Cū aūt omnes mares circūci
ſi fuiſſent:& ꝓdolore inciſionis tertio die in
lectis iacerent.Symeon & leui arreptis gla
diis urbem aggreſſi ſunt:cunctiſq; maribus

interfectis cetera diripuerunt. Vnde territus iacob propter icolas terre: sed cõfortatus a dño receslit. Peruenienſq; bethel edificauit altare: & iuxta id qđ prius in itinere meſopotamie dño uouerat: ibidẽ obtulit holocauſtum. Egreſſus igit iacob de bethel uenit uerno tpe ad terrã que ducit effratã. i. bethleem. Ibiq; cum rachel filiũ pepiſſet: & pre dolore ptus moreret: uocauit eũ bẽnoni. i. filius doloris. Pater uero uocauit eũ beniamĩ. i. filius dextere. Ibiq; rachele ſepulta: iacob peruenit ad terrã chanaam. Et cum eẽt annog. i20. patrẽ ſuum iſaac mortuũ ſepeliuit. Erat autem iacob annog. 9i. qñ genuit ioſeph. Et cũ eẽt ioſeph annog. 59. iacob de ſcẽdit in egyptũ in animab⁹. 70. qui tũc erat i30. annog. ut in proximo dicetur. Qui poſtea uixit in egypto annis. 17. Et ſic iacob annog. 147. uidẽs appropiquare obitũ ſuũ uocauit ioſeph filium ſuum adiurans eũ ut ip̃s ſepeliret ubi abrahã ſepultus fuerat. Conuocatis autem omnibus filiis ſuis benedixit eis ac pphetice multa uẽtura predixit de diuiſione terre promiſſõis ad litterã: & de futuro ſtatu. xii. tribuũ: apti ſſime aũt de utroq; xp̃i aduẽtu. Et poſt hec i pace dormiuit. qđ filii aſſumentes portauerũt in hebron: & ibi eundem ſepelierũt: cũ patrib⁹ ſuis. Hoc ex geñ. a. c. xxviii. uſq; ad. xxxvii. & ex a aliis libris quibus ſupra.

¶ De ſancta rachel. LXXXXV.

RAchel filia laban filii bathuelis filii nachor frĩs abrahe & iacob neptis ex auũculo pcreata i uxorem iacob diuina diſpenſatiõe a patre tradita eſt. Pro qua ut ſupra proxie dictũ eſt: iacob laban ſeruerat. 7. annis. Et uidebanẽ ſibi dies pauci pre amoris magnitudine qua ipſam adamauit. Nam ſororẽ lĩa quaſi coactã accepit. Quia tñ dei iuſtitia exigit ut minus accepti i aliquo ſub leuenẽ: Vides deus q; iacob rachelẽ prediligeret eã multo tẽpore ſterilitate damnauit: liam aũt multis filiis fecundauit. Cũ aũt cõtẽplatiõe filioq; amor lie ſororis dilectiõi adequatus eẽt in iacob: tunc & rachel pariere cepit. Peperitq; primũ ioſeph iacob iã 9i. ano etatis agẽte ut. ſ. ioſeph⁹ tradit. Poſt quẽ annis. xii. genuit beniamĩ & in puerpio deceſſit: quã iacob i effrata que ẽ bethleem ubi & filiũ peperat ſepeliuit: & titulũ eius ſcriptionis deſuper appoſuit. Prefate tres ſanctiſſime matres. ſ. ſara rebeccha: & rachel i multis ſacre ſcripture locis cõmemorãtur: & eaq; celebris ſanctitas recolit̃. Specialiter aũté petrus in prima epiſtola. c. 3. de ſanctitate ſare mẽtionẽ facit: quis & ceteras cõmẽdare in genere uideaẽ: propter qđ merito in ſcã̃ mulieꝝ catalogo deſcribunt que tãtorum uiroꝝ cõiuges & factoꝝ filioꝝ meruerunt eſſe genitrices. Ioſephus etiã eas inter ſcas hebreoꝝ matres imo pre ceteris cõmorat. Hec omnia unde ſupra collecta ſũt.

¶ De ſanctis duodecim patriarchis filiis iacob. LXXXXVI.

VOdecim patriarche filii iacob a quibus .xii. tribus iſrael deſcenderunt: ab eodẽ ex duabus eius uxoribus: rachele & lia: & duabus ancillis zelpha & bala progeniti fuerũt: quoꝝ nomina hec ſũt: ruben: ſimeon: leui: iudas: iſachar: zabulon: gad: aſer: dan: neptalim: ioſeph & beniamĩ. Hos enim in ſcõ̃ numero ponendos iducunt: non ſolus paterna ſciſſima merita: quoꝝ illi imitatores fuiſſe creduntur: ſed etiã eoꝝ in multitudinẽ filioꝝ iſrael inumera generatio diffuſa. Quod ut ipſoꝝ ſcitas plenius ſnoteſcat ex omni tribu eoꝝ .xii. milia ſignatorũ in apocalypſi deſcribunt: ut ſic ex electis filiis parentes eoꝝ ſci ꝓbentur. Excepta ſola tribu dan: que ideo in nouo teſtamẽto repelitur: non ex ulla ꝑgenitoris culpa: ſed quia ex ex xp̃o cõtrarius antixp̃s naſciturus dicit̃. Verũ & ſi ex eiſdẽ patriarchis aliq peccauerunt in aliquo: utpote ruben q patris ꝓcubina abuſus eſt: uel ſorſitan oẽs: quãdo ioſeph iuſtum in egypto uendiderunt: pie creditur eoꝝ culpas ãte mortẽ ꝑ penitẽtiã fuiſſe deletas: ut patrũ ueſtigia imitãtes oẽs ex hac lucẽ ſine delicto migrarẽt. Cõfirmatur etiam hec opinio ex .xii. teſtamẽtis ipoꝝ: que in hebreoꝝ codicibus repta nup in latinũ tranſlata ſunt: que uincentius in ſpeculo ponit. In quibus de aduẽtu xp̃i & articulis humanitatis tot & tanta myſteria uaticinata ꝓtinẽtur: ut uideantur dino afflati ſpiritu non ſuturam prophetiã predixiſſe: ſed trãſactam hiſtoriã texuiſſe. Et potiſſime in hoc ꝓcordãtes: q xp̃s dñs de tribu iuda & tribu leui fuerat naſciturus: ipſas duas tribus pre ceteris extollentes: & in hoc xp̃o regnũ & ſacerdotium attribuentes. Neq; enim arbitrandũ eſt tantam diuinẽ ſpiritus aſſlationẽ i reprobatos homines eadẽ ſacra ſic unico ore ꝓphetantes: potiſſime mortis tempore ꝓcurriſſe.

¶ Omnes aũté patriarche ſicut cũ patre iacob in egypto intrauerunt: ſic ibidẽ uitam finierunt. Ex iſtis ut dictũ eſt. xii. trib⁹ filiorum iſrael dicte ſunt. Inter quas: q̃uis trib⁹ ruben ex eo q; fuerat primogenitus ceteras dignitate precellere debuiſſet: tamẽ tribus iuda eiꝰ locum obtinuit: & ideo merito regnum accepit: qa aperto rubro mare filiis iſrael tranſituris: cunctis intrare dubitantibus: prior tribus iuda mare tranſiuit: & ceteris tranſeundi audaciam ꝓbuit. Poſt hanc ſa tribus leui merito ꝓficitur: quia ipa ſola

ex omnibus diuina uocatione ad sacerdotiū sublimatur. Et quia ex oībus fratribus suis leuite seperati fuerāt: ut de sacrificiis & oblationibus ceterog uitam ducentes sortem hereditatis cum aliis nō acciperent: ita q̄ solum tribus. xi. remanebant. Iccirco trib⁹ ioseph in duas subdiuidit: que ex duob⁹ filiis effraim & manasse descenderunt: ut numer⁹ duodenarius impleret: & ut tribus ioseph cuius occasione ceteris fratrib⁹ tanta bona puenerant: duplici portione ditaretur: Iōq; tribus ioseph inter ceteras non nominatur: sed loco eius due trib⁹ uidelicet effraim & manasse surrogantur.

¶ De scō ioseph patriarcha XCVII

Ioseph patriarcha iacob filiꝰ ex rachele in sanctog patrū catalogo ecclesiastici. 44. & primo ma ch. 2. spēaliter nominat. Qui pa tri dilectissimus eo q̄ in senectu te genitus cū annog. 16. pasceret gregem: in uidiam fratrū suorū incurrit: tum ppter familiarem patris erga se dilectionē: tum propter somnioꝝ narrationem. Viderat enī somnia: q̄ fratrū manipuli suum in agro adorarent: & q̄ sol & luna & stelle. xi. ie similiter honorarent: quod pater exponens ioseph a fratrib⁹ pdixerat adorandū. ¶ Cū igit a patre in sichem: ubi fratres pascebant pecora: mitteret ipm tunica talari nudatum deposuerunt i cisternā siccam: & deinde ꝑsilio iu de extractū ismahelitis. 30. argēteis uendide runt. Tunicā aūt ipsius in sanguine hedi tin xerunt: simulantesq; illum a feris occisum eandem patri miserūt: qui ipm interfectum existimans incōsolabiliter oī tempore deflebat. Madianite uero q & ismahelite ioseph in egypto uēdierūt phuthiphari eunucho magistro militie pharaonis. Hic habuit uxorē & liberos: nondū eni eunuch' factus erat Nam & ioseph postmodū duxit uxorem eiꝰ filiam: qui eunuchus factꝰ ad sacerdotium fuit promotus. ¶ Traditq; hebrei: q̄ ipse phuthiphar uidens ioseph eleganté emit eū: ut sibi miscereť. Dīs aūt custodiens ioseph: a deo illum infrigidauit: ut deinceps tanq̄ eunuchus impoteus ad coitum fuerit: propter quod & eunuch' dicit. Videntes autem eū ierophanti arefactū de more suo ipsum pontificē heliopoleos: que postea fuit damiata creauerunt. Phuthiphar aūt q̄is cū ioseph peccare nō posset: ipm tamē diligens in tantū honorauit: q̄ oi domui sue illum ꝑfecit. Cum autē uxor eius iniecisset oculos in ioseph: quadā die dū esset in camera solus: illa ingressa apphendit palliū eius: & eū ad concubitum inuitauit. Sed ioseph iratus relicto pallio in manu eius effugit. Illa uero contēptam se uidens: in argumentū fidei retētum palliū ostēdit uiro redeunti: accusās ioseph q̄ ipsum uoluisset uiolare. Qui uerbis uxoris credulus: uinctū ioseph tradidit in carcerem regis. Vbi etiā post dies aliquot retruſi sunt a rege princeps pincernaꝝ & pistorus magister ex culpa ipsoꝝ. Qui cū ambo nocte una somnia uidissent: & ea ioseph interrogāti narrassent: principi pincernaꝝ qui dixerat se uidisse: q̄ ex uite trium ppaginū uuas exprimens in calicē pharaonis poculū regi dabat: exposuit ioseph: q̄ post dies tres suo fuerat officio reponēdꝰ. Principi uero pistorius dicēti: q̄ uiderat se tria canistra panibꝰ ferta gestare: auesq; ex eis comedere: expositum ipm post tres dies in patibulo suspendēdum: carnesq; eiꝰ ab auibus lacerandas: que omnia ut predixerat: rei probauit euentus.

¶ Post duos annos uidit pharao somnium: q̄ septē boues crasse de fluuio ascendebant: quas sequebantur septē alie macilente priorum pinguedinem deuorantes. Septē quoq; spice plene & uberes pullulabant: quas sequebant alie septē tenues & arentes priorū pulchritudinem absorbētes: Cūq; sapientes egypti somniū regi interpretari nescirēt: ad suggestionē pincerne ioseph recordati: pharao ioseph educto de carcere sōniū rettulit: quod ille sibi exposuit: Dicens septem anos fertilitatis nimie in orbe uenturos: quos sub sequēt alii septē sume sterilitatis. Cōsuluit q̄ regi: ut puideret uiꝝ: q̄ qnā parte frugū tpe fertilitatis i horreis congregaret: & tempori future postmodum famis reseruaret. Rex ergo miratus in ioseph somnii solutionem: & ꝑsilii discretionē cōmisit ei huiusmodi dispensationem: faciens eum totiꝰ egypti ducem & principem cū esset annoꝝ triginta. Primo igitur fertilitatis anno uenit ioseph: ut cōgregaret frumenta i fines heliopoleos ideſt damiate: & diuertit ad domū phuthipharis: qui ipsum emerat: & per dolum uxoris carceraueratꝰ qui princeps & sacerdos regionis heliopoleos factꝰ fuerat. Huius filia⁹ asenneth uirginem dedit pharao ioseph in uxorē: ex qua nati sunt sibi duo filii manasses & effraim priusq̄ ānī sterilitatis uenirēt.

¶ Transactis igit annis ubertatis & grano collecto: uenerūt anni inopie: & ceperūt tā egyptioꝝ q̄ aliarum ꝑuinciaꝝ populi concurrere ad ioseph ꝑ frumentis emendis: unde & exinde infinitam pecuniam cōgregauit & in arcis regis reposuit. ¶ Inter hec uenerunt in egyptum de terra chanaan. x. fratres ioseph: beniamin cum patre relicto: pro frumētis emendis: qui ad ioseph intrantes eum adorauerunt: quibus ille cognitis duri? locutus est: dicēs eos exploratores esse: eosq; diebus aliquibus in uinculis mancipauit. illi uero se excusantes omnē suam ꝓgeniem

narrauerũt: & inter alia frem aliũ beniamin domi relictum se habere dixerũt. Quod ioseph audiẽs symeonẽ detinuit: ceteros uero cum cibis dimisit: iurãs q̃ fratrẽ illorũ nunq̃ dimitteret: nisi beniamĩ sibi adduceret: ut sic illos uerũ dixisse cõprobaret. Qui redeuntes omnia patri narrauerunt: & eũ noua tristitia afflixerunt. Cõsumptis ergo tritici de mandato parentis iteq; pro aliis emendis in egyptũ descendũt: & q̃uis dudum iacob recusante beniamĩ secum adducunt: uenientesq; ad ioseph eum adorauerũt: & beniamĩ sibi presentauerũt: & munera secum delata obtulerunt. Quos ille ad cõuiuium iuitauit & symeonẽ eductum cũ fratribus discũbere fecit. Factoq; mane dispensatori suo mandauit: ut eis frumẽtum tribuat: scyphũq; suum in sacco iunioris absc̃dat. Quod cum factũ esset: & illi de ciuitate exissent: fecit eos iseq & teneri eo q̃ scyphum pricipis rapuissent. Quod dũ negarẽt: & apertis saccis omnib⁹ granum effusum esset: repertus ẽ scyphus in sacco beniamĩ: illicq; omnes uincti ad ioseph reducti sunt. Cũ autem eos ioseph de ꝓmisso furto durius increparet & soluꝫ beniamĩ uti culpabilem ceteris dimissis in seruum re tinere ueller: iudas propius accedens: eidem cum lachrymis exposuit: qualiter puerus a patre in fidem suam suscepat: & pro puero misericordiam postulabat: supplicans illũ ad patrem remittendũ: & se loco pueri i ser uitium detinendum. Ioseph ergo se amplius cohibere non ualens: alienis omnib⁹ eiectis se cum lachrymis fratribus inotuit: omnesq; sibi cũ amplexibus reconciliauit: datisq; muneribus ad patrem remisit: eũq; cum omni familia & facultatibus ad se deferendum mandauit. Qui festinanter ad patrem redierunt: & sibi per ordinẽ cuncta rettulerunt. Audiens autem iacob q̃ ioseph filius eius uiueret: & totius terre egypti dominator eẽt: quasi de graui sõno euigilans deum benedixit. Quẽ domin⁹ per uisionẽ ꝓtortauit. Qui mox surgens secundo anno famis cum uniuersa familia in egyptũ descendit. Fuerũtq; anime. 70. numero ipso & ioseph cum duobus eius filiis computatis. ¶ Pharao igitur benignissime iacob senẽ annoꝝ. 130. suscepit & ab eodem benedici uoluit: deditq; ei & filiis suis terram gessen uberrimã ad habitãdum. Sicq; occasiõe ioseph iacob & filii ei⁹ omnibus bonis egypti locupletati sunt. Sepeliuitq; ioseph patrẽ suum defunctum ut supra dictum est in sepulchro patrum suoꝝ in hebron. Erat autẽ ioseph annoꝝ. xxxix. quando iacob in egyptũ intrauit: ubi & ãnis 27. superuixit. Sicq; ioseph annos etatis sue lvi. agebat decedẽte genitore. Quo mortuo superuixit annis. ꝭꝭ. & uidit filios effraim in tertiam generatiõẽ: filii quoq; machir filii manasse nati sunt i genibus ioseph. Oblituq; omnium malorꝫ que fecerãt ei fratres sui mortuo patre eos benigne pertractauit: & prediis ac possessionib⁹ ditauit. Et ad extrema deuenies fratrib⁹ predixit: q̃ deus eos uisitaret: & ad terram pro qua patribus suis iurauit illos reduceret. Adiurãs eos: ut ossa sua tunc ex egypto trãsferrent: & in paterno tumulo sepelirent. Mortuusq; ẽ ioseph cum esset annoꝝ. iio. & conditus aromatibus reꝑuatus est in loculo in egypto. Hec de libro geñ. c. xxxvii. usq; in finẽ & ex aliis uoluminibus quibus supra.

¶ De scis effraim & manasse. LXXXXVIII.

Effraim & manasses patriarche filii ioseph fuerunt: qui tribus ei⁹ in duas subdiuiserunt. Quorum priogenit⁹ manasses anno. xxxii. etatis ioseph secũdogenitus uero effraim anno. xxxv. eiusdẽ natus ẽ. Effrai autem minor manasse maiori prelatus ẽ: qa semen eius magis excreuit: & populorum multitudine: & regni dignitate. Nam regno israel in duo diuiso: tribus effraim caput x. tribuum suit cuius regni samaria in ipsa tribu posita ciuitas regalis multo tempore claruit: unde & cum iacob morti apropinq̃ret: ioseph filius suus manasseм & effraim ad eum adduxit: ut antequã decederet filiis suis benedictionem daret. Applicansq; illos ad iacob: manasseм primogenitus posuit ad dexteram patris effraim uero minorem ad sinistram: cupiens ut pater maiori dexteram: minori uero sinistram super caput poneret. Iacob uero qui iam oculis caligauerat nec luminib⁹ corporis nepotes uidebat: spiritu tñ futura preuidens manus cãcellauit: & super caput effraim dexterã super caput uero manasse sinistram imposuit eisq; benedixit. Quod ioseph molestе ferens dexteram pris de capite effraim leuare & super caput manasse trãsferre nitebat. Cui iacob respondit se scire qd faceret: nam quãuis manasses natus futurus eẽt ipsum tñ effrai & seminis multiplicatione & honoris dignitate precelleret. Qui post aui & patris excessum in eorum semine mirabiliter excreuerũt: & cum ceteris patriarchis in egypto diẽ extremum cõcluserũt. Hec ex libro geñ. c. xlviii. & ex aliis uoluminib⁹ qbus supra dispersim collecta conscripta sunt.

¶ De sancto uedasto epo. LXXXXIX.

Edastus episcop⁹ attrebatẽn fuit. Qui a beato remigio remẽn archiepiscopo eidem urbi i episcopum ordinatus: cum uenisset ad portum ipsius ciuitatis: & duos pauperes unum cecum & alium claudũ ad

elemosynam sedentes inuenissent: facta oratione cecum illuminauit: & claudum erexit. Cum autem in quadam ecclesia derelicta uepribus operta lupus habitaret: eidem mandauit: ut inde discederet: nec illuc ulterius redire presumeret: quod & factum est. ¶ Denique cum uerbo & exemplo multos conuertisset: quadragesimo sui episcopatus ano uidit columnam igneam a celo in eius domum descendentem. Finemq; suum post modicu futurum esse cognouit. Et circa annum dni 600. in pace requieuit. 8. idus februarii. Cu autem corpus eius transferretur: audomar quidam pre senio cecus dolens: q corpus sancti uidere non poterat. Mox lumine recepto corpus aspexit: sed postmodum pesans hoc forte non esse anime sue perutile ad uotum lumen amisit.

¶ De sancto amando episcopo. C

AMandus episcopus nobilib pa rentibus ortus monasterium introiuit. Qui die quadam maximum serpentem inuenit: quem statim uirtute crucis ad foueam inde nunq exiturum ire coegit. Post hoc du romam uenisset: & in ecclesia sancti petri apostoli pernoctaret: custos ecclesie ipsum irreuerenter foras proiecit. Cui postmodu ante fores dormitanti beatus petrus apparuit: & ad gallias ipsum redire mandauit. Qui cum ibidem regem dogobertum de suis crimi bus diuinitus admonitus increparet: rex ipsum de regno suo eiecit. Cum autem rex filium non haberet: & amandus sibi oratione narum a domino impetrasset. Disposuit rex: ut eum ab amando baptizari faceret. Questo igitur sancto & ad regem adducto prostratus ad pedes eius rex uenia petiit: & ut filium suum quem precibus sancti dominum sibi concessisse nouerat baptizaret: instantius postulauit. Ille uero primam de uenia petitione exauditus: sed secularibus negociis implicari nolens secundam recusauit. Tandem uictus precibus annuit uoto regis. Et cum baptizaretur infans tacentibus cunctis respondit amen. ¶ Post hec ipsum rex in traiecten episcopum sublimari fecit. Vbi cum uerbum predicationis contemni uideret: in uasconiam iuit. Et dum ibi predicaret: & quidam ioculator ipsum irrideret: continuo a demone arripitur: & propriis dentibus se discerpens: q uiro dei iniuriam fecerit confitetur: & tandem miserabiliter moritur. Ibi etiam cecus quidam aqua lotionis manuum eius oculis persuasus illuminatur. ¶ Cum in quodam loco de uo luntate regis monasterium construere uellet: & episcopus proxime ciuitatis hoc egre ferret: misit ad eum famulos suos: ut aut sanctum inde expellerent: aut dolose occideret Qui uenientes ei in dolo suasuerunt: ut secu pergeret: & sibi locum aptum ad monasterium construendum ostenderent. Qui malitia eorum per spiritum agnita: ad cacumen montis cum eis accessit: ubi eum occidere disponebant: eo q & ipse martyrium affectaret. Subito q tanta pluuia & tempestate mos tegitur: ut se mutuo uidere no possent. Qui se mori putantes: prostrati uenia postulabant: & ut eos uiuos abire permitteret exorabant. Ipseq; orationem fudit: & mox serenitas illuxit: episcopiq; famulos amandus i pace dimisit. Post que multa alia miracula faciens i domino feliciter obdormiuit. 8. id februarii circa annum domini. 620. tempore heraclii imperatoris.

¶ De sancta dorothea uirgie & martyre. CI

DOrothea uirgo & martyr apd cesareá cappadocie passa é. Cuius cu due sorores christa & calixta que i tormetis territe fuerát apostatassent: tradita é dorothea uirgo a iudice duabus sororibus suis: ut ipsi animum ad deorum sacrificia inclinarent. Quas diuino nutu sancta uirgo uersa uice ad fidei ueritatem reuocauit: & ad martyrium animauit. ✝ Qua de re ambe ipse sancte in cuppam misse & in conspectu sororis in cense christo animas tradiderunt. ¶ Dorothea uero i catastam leuata & palmis diutissime cesa tandem data sententia ad decollandum ducta est. Que dum ad passionem tenderet: scholasticus quidam nomine theophilus uirginem irridendo rogauit: ut quia ad paradisum sponsi sui pgere se dixerat: de ipso paradiso rosas sibi aliquas destinaret. Quod & illa spopondit. Dum autem iugulo ferienda foret: astitit ei iuuenis cernentibus multis: qui eidem in sinu suo tria mala & tres rosas presentauit: quas sibi de paradiso sponsi sui attulisse asseruit. Quem sancta rogauit: ut eas theophilo deferat: quod & factum est. ✝ Propter quod cum theophilus rosas suisas tempore hyemis aspiceret: & miraculum considerasset: conuersus est: & post decollationem uirginis & ipse tent in equuleo leuatus ac diutius tortus: tandé gladio cedente martyrium consumauit. Passa est autem uirgo christi. 8. idus febr.

¶ De sca dorothea uirgine. CII

DOrothea altera uirgo apud alexandriam tempore maxentii & maximini imperatorum passa é. Que ut octauo libro ecclesiastice historie traditur: nobili progenie orta christo domino seruiebat: & uotum uirginitatis emiserat. Sed maximinus i partibus egypti existens pudicitie hostis &

fidei :christianos mares ad deorum cultu / tam:uirgines ad uoluptatem obscenam:to tis nisibus prouocabat. Dum igitur uirgo christi ab eodem pro adulterio impetitur: accepta dilatione timens q̃ uirginitate3 amit tere: nocturno silentio clam aufugit: & ere mum petens orationibus & ieiuniis multo tempore uacans in pace quieuit. Cuius ex emplum multe uirgines imitare sunt. hec ibi.

¶ De sancto moyse abbate. CIII.

MOyses abbas i deserto de scythi penitentiam egit. Qui fratri a se pereuti sermonem dixit: ut in sua cella sederet:& ipsa eum uniuer sa doceret. Cum quidam frater se nex infirmat° in egyptū uellet ire: ne fratres nimis grauaret prohibebat eum moyses ab bas ne iret:quoniam in fornicationem inci deret. Qui contristatus est nimium: tam sitit mitatem suam quam senectutem cõsideras. Et contra abbatis inhibitionẽ discessit. Cui cum uirgo quedam ex deuotione seruiret il le conualescens eam uiolauit. Que concepit & peperit. Senex q̃ infantem in ulnis suscipi ens:in die magno festiuitatis que erat in cy thi ecclesiam cum multitudine fratrum intra uit. Et puerum cum lachrymis omnibus ad sui confusionem & aliorum exemplum ostẽ debat:& ipsum filium inobedientie fore di cebat: ac ut nemo de senectute presumeret admonebat:nec non ut pro se orarent omni bus supplicabat. Cui moyses abbas pen tentiam imposuit:& ille ad cellam reuersus ad pristinũ statum rediit. ¶ Fratrem quẽdã qui peccauerat abbati moysi miserunt iudi candum. Qui accepto sacco pleno harena uenit ad eos. Et interrogatus ab eis quid hoc esset:respõdit q̃ erãt peccata sua post se cur rentia in similitudinem harene ponderosa: que ipse non poterat uidere:qui tamen uene rat aliena iudicare. Illi autem hoc audien tes fratri pepercerunt. Hec in uitis patrum. Quieuit autem abbas moyses in domino & agitur eius festum septimo idus februarii.

¶ De sancto moyse abbate alio episcopo saracenorum. CIIII

MOyses alius abbas ethiops nati one episcopus saracenorum fuit ut habetur in historia tripartita Hic postmodum ab egyptiis ca pt°:& seruus effectus,ppter mul tas culpas a domino suo expulsus:latrocini is & homicidiis deditus est. Tandem exem plo sanctorum anachoritarum ad penitẽ tiam prouocatus: & xpianus ac monachus effectus est. Fuit q̃ discipulus isidori abba tis. Cuius sanctitatis exemplo omnia diabo li figmenta deuicit:& demõ⁹ous admodu3 terribilis fuit. Deinde ad sacerdotii ordinem ascendit:& septuagintaquinq; annis i eremo deo seruire studuit. Cum autem primo cle ricus factus esset:& episcopus ei superpelli ceum imposuit:dixit ei episcopus: q̃ factus fuerat nimium candidatus. Ille uero quesi uit ab episcopo:an a foris:an ab intus: qua si diceret: q̃ dealbatio exterior sine interiori nihil prodest. Volens autem episcopus eius patientiam comprobare:dixit clericis suis: ut quando ad altare accederet: eum cum in iuria expellerent. Deinde ipsum insequentes quid loqueretur audirent. Proiiciẽtes ergo eum foras dicebant. Exi foras ethiops:nam ethiops niger erat:qui egressus inter se dice bat: q̃ illi optime fecerant ipsum expellen do:eo q̃ cum homo non esset inter homines stare presumpsisset. Hic autem sex annis in cella incluius sterit quibus nulla necessitate exiuit:panem solum comedens & aquam ad meniuram bibẽs: totaq; nocte stans apertis oculis orabat:ut tentationes quibus in somnis fatigabatur deuincerẽt. Transactis sex annis omnibusque tentationibus superatis ex charitate ductus nocturno tempore cel las monachorum circuibat: & aquam ali quando a decem aliquando a duodecim ali quando a,20. deferẽs stadiis:omniũ fratrũ la genas implebat:facto q̃ mane ne sciretur qs esset ad cellam redibat. Quem nocte quadã demon ut eum ab hoc opere euerteret:qua si ad mortem in dorso percussit:qui mane ia cens repertus: & quis esset agnitus ad eius tugurium per fratres reductus fuit. Quie uit in pace in deserto scythi septimo idus fe bruarii.80.discipulis derelictis.

¶ De sancto augulio episcopo. CV.

AVgulius episcop⁹ i britãnia mar tyrium passus est. Hic enim pon tifex auguste ciuitatis britanie etate ac uirtutibus prouectus: cursum temporis per martyrium complens eterna meruit suscipere pmia se ptimo idus februarii:ut ait ado.

¶ De sancta coiuta uirgine & martyre. CVI

COiuta uirgo & martyr apud ale xandriam sub decio cesare passa est agẽte diuino preside. Qui ut habetur sexto ecclesiaste histo rie libro: beatum metranum se nem uolentem impia uerba proferre: iussit omne corpus eius membratim fustibus col lidi:uultumq; ei° ac oculos acutis calamis terebrari. Deinde ipsum extra ciuitatem eie ctum lapidibus mactari:ut superius dictũ est secundo calen. februarii. ¶ Post hec iu bente iniquissimo preside. Coiutam uirgi

nem adorare idola recusantem: pagani pedi bus innectentes: & per plateas ciuitatis hinc inde trahentes horrendo supplicio corpore discerpserunt. Sicq; christo spiritum reddidit sexto idus februarii.

¶ De sancta apollonia uirgine & martyre. CVII

APollonia uirgo & martyr apud alexandriam sub decio cesare passa est agente diuino preside predicto. Quam pagani detentam ad idola perducentes iussu presidis adorare cogebant. Quod cum illa execraretur persecutores ipsius omnes primum dentes excusserunt. Deinde copioso igne accenso cum minarentur uiuam se eam incensuros: nisi cum eis impia uerba proferret: paululum quidem intra semetipsam deliberans: repente de manibus impiorum prorupit: & in ignem quem parauerant: prosiluit. Sicque igne combustam in odorem suauitatis suauissimum christo hostiam obtulerunt quinto idus februarii. Cuius corpus una cum reliquiis coiute uirginis & martyri martyrum a christianis alexandrie sepultum est.

¶ De sancto ausberto episcopo. CVIII.

IOseph sanctissimus domine nostre sponsus de ciuitate bethleē oriundus: de domo scilicet & familia dauid regia stirpe progenitus: per miraculum aride uirge floremis: & spūssancti in columbe specie in eius cacumē descendentis: cuj iam senex esset: & filios ex uxore premortua haberet: inter omnes suos contribules solus deo placens ad despōlandam uirginem electⁿ est: eiusq; ad custodiā deputatus: ut in historia natiuitatis uirginis dicetur. 6. idus septembris. Hic enim uirginem desponsatam i nazareth in domo paterna dimisit: & in bethleem ad preparādas nuptias accessit: ubi dum moram traheret: angelus ad uirginem mittitur: ipsaq; operante spiritu sancto impregnatur. Cum autem ioseph post septem menses rediens pregnantē repperisset: cum iust⁹ esset: uoluit occulte dimittere eam. Sed admonitus ab angelo ut diceturmatthei primo. Eam accepit: quia ipsā de sancto spiritu concepisse cognouit. Post modū cū describeret orbis illam secū berhleem pro facienda professiōe deduxit: ubi & filium dei natum de uirgine primus in ulnis suscepit: & ipsum uti bonus nutricius sūma diligentia educauit: & omnibus uerbi dei infantie gestis interfuit. Nam & eidem circūciso astitit: & magos ad eum adorādum uenientes ꝑspexit: & ipsum una cum matre ad templum presentauit: ipsumq; metu herodis ab angelo monitus in egyptum cū matre fugauit: & per septennium ibi manēs: mortuo herode eundem & genitricem ad patriam rettulit. In medio doctorum etiam ipsum duodenem una cum maria triduo ante amissum inuenit. Ideoq; uirginitatis sponse sue & omnium infantilium christi actuum ueridicus testis fuit. ¶ Hic ioseph ut in libro de infantia christi dicitur: uxorem alteram prius habuit: ex qua plures filios procreauit: q̄ etiā ex euangelio ioannis sexto capitulo fratres iesu dicuntur: quia ex iesu patre putatiuo p̄geniti: unde & quibusdam placet: q̄ iacob⁹ minor apostolus ideo frater domini dicatur quia ioseph filius fuerit ex alia coniuge: ut hieronymus libro de illustrib⁹ ponit: quāuis ab eodem talis opinio reprobetur. Eodem etiam infantie christi libello traditur: q̄ ioseph faber lignarius fuit: unde & ibidē fertur: q̄ cum ioseph grabatum faceret: & omnes tabulas fecuisset: una ipsarum ex errore mensure minor ceteris reperta est. Et cum ioseph ex hoc tristaretur: puer iesus tabulam breuem aliis apposuit: & ipsam uti esset cera mollis protrahens ad ceterarum longitudinem diuina uirtute protendit: propter hoc in euangelio ioannis iesus a iudeis fabri filius appellatur. Hec ex textu euange liorum: & libro de infantia predicto: & ex compilatione fratris bartholomei colligun tur. ¶ Quanto uero tempore ioseph superuixerit nuel ubi: aut quo modo humanitatis debitum soluerit: expressum non habemus Tamen q̄ usq; ad duodecim annos etatis xpi superstes extiterit ex textu luce secundo capitulo didicimus. In quodam tamen antiq̄ssimo calendario in cui⁹ exordio rubrica ponebatur: q̄d ex uetustis euisedii celarien exēplaribⁿ sumptum fuerat: scriptum repperit festum ioseph sponsi domine nostre. i4. cal. aprilis. Cui ex antiquitate & exemplaris origine satis fidem adhibui.

¶ De sancto theodoro epo. CCX

THeodorus heracliensis episcop⁹ tempore constantini magni imperatoris in thracia claruit. Qui in matthēum: ioannem: paulum: & psalterium elegantis aperticq; sermonis commentarios edidit: & sermonibus atq; moribus admodum effulsit. Diem quoq; extremū. i4. calen. aprilis concluſit. Hec hieronymus de illustrib⁹.

¶ De scō archypo discipulo. CCXI

ARchypus discipul⁹ apostoli paulli fuit. Cuius commilitonis sui idem apostol⁹ meminit scribens colosscnsibus ad col. quarto. Qui ab eodem apostolo ibidem predicationis gratia dimissus: post completum eius ministerium perrexit ad dominū. i5. calen. aprilis: ut hieronymus in martyrologio testatur.

¶ De sancto cudberto epo. CCXII

CVdbertus episcopus: ut dicit beda quarto libro historie anglorum uir sanctus & uenerabilis in insula modica que appellat pharnes: & ab eccl̄esia lyndisfa-

cienſium nouem milibus paſſuum diſtat in occeano uitam ſolitariam pluribus annis duxit. Fuit autem primo monachus monaſterii melros: quod in ripa nudi fluminis poſitus eſt: ſub abbate etha: cuius & poſt mortem ſucceſſor extitit. Inde ad curam lyndiſarcienſis monaſterii uocatus ibidem diuti' manſit. Deuenit poſt hec ad inſulam phartheſem omni cultu & habitatore deſertam cupiens ſolitariam ducere uitam. A qua & plures infeſtationes demonum expulit: & ſontem uiuum fratribus ſuis de terra produxit: qui ibi uſq; in preſens ſcaturit: ibiq; edificato nouo cenobio congregationi anachoritarum pluribus annis preſuit. Deinde poſt mortem theodori lyndiſarcienſis archi epiſcopi quãuis ſatis reſtitiſſet: archiepiſcopus ordinatur. In qua ſede uerbo ſemper & exemplo populum inſtanter docuit: & miraculorum ſignis uitam inclytam duxit.

¶ Poſt hec autem quia obitum ſuum de proximo futurum diuina reuelatione prenouerat: ad monaſterium ſuum rediit: uite reſiduum ibidem conſumare deſiderans. Vbi dum quidam ſanctus preſbyter ✠ herbertus eius intimus ipſum uiſitaſſet. Cudberq; ei ſuum tranſitum predixiſſet: rogauit eum inſtantius preſbyter: ut una ſecum ſibi occumbere liceret. Qui oratione facta ſibi a domino quod poposcerat: impetratuꝫ nunciauit. Reuerſus itaq; ad eccleſiam ſuam herbertus anno integro ante obitum ſancti uiri langore detentus die & hora qua ille obiit: & hic ex hoc ſeculo tranſmigrauit: ſcilicet decimotertio calendas aprilis. Cui' corpus ad eccleſiam lyndiſarcienſem delatum: & in ſolo ſepultꝰ eſt. Cum autem poſt annos undecim leuaretur: ut ſupra pauimentum honorabilius locaretur: integrum & omnino incorruptum repertum eſt: & ueſtes quibus indutus fuerat: illibate nulla ue tuſtate conſumpte. Cui ſucceſſit ſanctus ✠ eadebertus ſanctitate clarus: qui decedens in eodem tumulo cum ſancto cudberto poſitus eſt: ubi ambo requieſcunt miraculis prepollentes.

¶ De ſcõuulphranio epiſcopo. CCXII.

VIphran' ſenonen epiſcop' ſucceſſor laberti ex territorio uaſtinen inclytus fuit i aula regis dagoberti & filii eius ludouici patre milite nolberto progenitus. Qui primus a chriſto admonitus aſſumptis ſecum a ſancto auſberto tunc rothomagen epiſcopo quibuſdam ſociis de monaſterio ſontanelle genti frixonum chriſti euangeliũ predicauit. ¶ Cum autem per mare nauigans in naui celebraret: & patenam offerre uellet: de manu diaconi caſu patena prolabitur: & in mare demergitur. Sed orante ſancto patena in manu diaconi diuinitus reponitur. ¶ Dum autem ſaxonibus predicaret: die quadam iuuenem laqueo appenſum reperit: quem illi ſorte elegerant: & more ſue gentilitatis ſuſpenſum demoniis immolare uolebant. Quem illico ſanctus ſola oratiõe diruptο laqueo: & ipſo illeſo cadente a morte eripuit: & tali miraculo multos ad fidẽ cõuertit. ¶ Cuꝫ aũt filium ducis rathboldi baptizaſſet: & albis indiuiſſet: ille ſubito expirauit: qđ epiſcopus iccirco a deo obtinuit: ne iuuenis a patre gentili ad culturam idolorum reduceret. Completa uero predicatione ſua poſt annos. v. reuerſus ad eccleſiã ſuam epiſcopatui reſignauit. Et ordinato ſibi ſucceſſore gerico: in monaſterio fontanelle monachus factus: uitam in ſanctis operibus conſumauit anno domini. 740. xiii. cal. aprilis. Sepultuſq; eſt iuxta ſanctum uandegiſilum.

¶ De ſancto benedicto abbate & confeſſore CCXIIII.

BEnedictus abbas cuius uitã gregorius .2. dialo. ſcribit ex nurſia prouincia: claris parentibus ortus. Cum rome liberalib' ſtudiis traditus eſſet: in ipſa infantia nundum deſeruit & deſertum petere decreuit. Quem nutrix eius ipſum tenere diligẽs uſq; ad locum qui effide dicitur ſecuta eſt: ubi dum ad purgandum triticum capiſteri' um mutuo accepiſſet: illudq; cadens in terram fractum ſuiſſet. Benedictus nutrici ſue compaſſus capiſterii partes accepit: & oratione ſua ipſum reintegrauit. Poſt hec nutricem fugiens in locum qui ſublacus dicitur deuenit: ubi triennio hominibus cunctis excepto romano monacho incognitus manſit: qui ei neceſſaria miniſtrabat. Et cum ad ſpecum ipſius iter non eſſet: panem in funeligatum et deponebat. In quo & tintinabulum ligauerat: ut ad eius ſonitum benedictus panem ſibi delatum audiret. Sed diabolus ex inuidia proiecto lapide tintinabulum fregit: nihilominus tamen romanus ſancto miniſtrare aliter non deſiit. ¶ Poſt hec dominus cuidam preſbytero qui die paſche ſibi refectionem parauerat: apparuit: & ut cibos uiro dei tali in loco ferre deberet: admonuit. Qui cum multo labore ad eum ueniens: inuitauit patrem: ut cibos ſumeret: quia eo die paſcha domini eſſet: qui reſpondit: q uere paſcha eſſet: ex quo illum uidere

meruisset: longe quippe ab hominibus positus: q; die eadem paschalis foret solennitas ignorabat. Sicq; benedicētes dominum ambo refecti sunt. ¶ Quadam die auicula merula circa faciem eius uolitante: signoq; crucis effugata tanta libidinis tentatione accensus est: quantam nunquam expertus fuisset. Qui in spinis & uepribus adeo se uolutauit q; exinde totus cruentus & laceratus exiuit. Et sic per cutis uulnera mentis uulnus eduxit. Ab illo ergo die talis nunquam tentatio in eius corpore pullulauit. ¶ Fama igitur eius crescente uenerunt ad eum monachi cuiusdam monasterii abbate uacantis: & ipsum in patrem elegerunt. Qui satis recusabat: eo q; se eorum moribus minime conuenire dicebat: tandem instantibus acquieuit. Cum q; ille districtius eos regulam seruare compelleret: illiq; illicita sibi non licere conspicerent: penitentes q; eum elegerant: uenenū uino miscuerunt: & ei in poculum porrexerunt: sed signo crucis edito: sic uitreum uas quod uinum tenebat: confregit: acsi prosigno lapidem dedisset. Moxq; intelligens: q; illi fecerant: ab eis discessit: & ad locum dilectae solitudinis remeauit. Vbi multis ad eum discipulis conuenientibus duodeci monasteria constituit. ¶ In uno quorum monachus erat: qui ceteris in ecclesia orantibus mox foras exibat: & aliqua temporalia peragebat. Quod dum benedictus per abbatem illius loci didicit: illuc iuit: uiditque puerum nigrum monachum illum ceteris orantibus extra ecclesiam per uestimenta trahentem: Quod etiam maurum monachū uidere oratione impetrauit. Egrediens ergo sanctus monachum uirga percussit: & tunc immobilis in oratione perseuerauit: acsi magnus spiritus eius uerbere percussus fuisset. ¶ Ex ipsis monasteriis tria in cacumine montis erāt: que deorsum aquas cum nimio labore hauriebant. Vbi sanctus pater ascendens cum puero: nocte tres lapides pro signo posuit: reuersusque domum fratribus illis mandauit: ut in locis ubi lapides erant: foderent: & aquam inuenirent: Quod & factum est: in illis locis aqua usque in presens largissime inundante. ¶ Cum quidam frater circa monasterium uepres securi abscideret: ferrum de manubrio prosiliit: & in lacum proximum se demersit: uir autem domini manubrium in aquam posuit & ferrum ad suum locum enatauit. Placidus puer & monachus cum ad aquam hauriēdam descēdisset: ipsum mox unda rapuit: & in momento introrsus a terra subtraxit. Quod dum sanctus i cella perspiritum cognouisset: maurum uocauit: & qđ accideret enarrauit: atq; ut ad eripiendū puerum pergeret impauit. Tunc ille concitus cucurrit: & per terrā se ire existimans: ad puerum super aquas uenit: eumq; ad terra⁊ per capillos adduxit: & deinde q; super undas ambulasset aduertit. Ad uirum dei ergo ueniēs qđ accideret enarrauit. qđ abbas non suis meritis sed eius obedientie deputauit. Cumq; exinde inter eos pia contentio oriretur: dum alter alterius meritis miraculum ascribebat: Placidus puer ex aqua liberatus arbiter accessit: qui dum esset in periculo melotem abbatis super se existentem: seque protegentem uidisse narrauit. ¶ Presbyter florentius sancto inuidens: panem ueneno infectum quasi pro benedictiōe misit: quem ille grauanter accepit. Coruo quoq; qui de manib⁹ eius quotidie panem accipiebat mandauit: ut panem illum in loco deferret: ubi a nullo hominu⁊ sumi ualeret. Coruus ergo patris mandatu⁊ impleuit: & post triduum reuersus solitam ab eo escam accepit. Quod presbyter sentiēs septem puellas nudas in horto monasterii ludentes & cantes immisit: ut sic uel fratres eius ad libidinem inflammaret. Quod sanctus prospiciens emulationi cessit: & quibusdam fratrib⁹ secum assumptis habitationem mutauit. Statimq; solarium domus in qua erat florenti⁹ corruit & malignantem oppressit. ¶ Benedictus autem locum non hostem mutauit. Nā ad montem cassinum ueniens: templū apollinis ibi situm in sancti ioannis baptiste ecclesiam commutauit: & circū adiacentes homines ab idolatria conuertit. Quod diabolus molestе ferens: eidem teterrimus apparebat: & in eum ignem uisibiliter emittebat multaq; eidē conuitia inferebat. ¶ Quadaⁿ die lapidem in terra iacentem multitudo fratrum in edificium leuare non poterant: donec uir sanctus aduenit: & demoiem lapidē insidentem consp̄exit: sed signo crucis edito diabolus effugatur: & lapis faciliter a paucis fratribus subleuatur. ¶ Alia etiam uice demon coquinam monasterii ut cunctis uidebatur inflammauerat: fratresq; omnes ut ignem extinguerent aquam solicite deferebant: ubi autem abbas superuenit: & signū crucis edidit: omne illud incendiū ut phātasia euanuit: & nihil cōbussisse per effectum ostendit. ¶ Alias etiam maligⁿus spiritus parietem quem fratres edificabant euertit: & puerum monachum ruina exfixit: quem uir domini mortuum & laceratū in sago ad se adduci fecit: & ipsum oratione suscitauit: & operi predicto eadē hora restituit. ¶ Laicus quidam ex deuotione semel per annum ad eum ieiunus uenire consueuerat.

Et cum semel ad eum uadens: alter iq; uiato ri se iungens ab eo tertio pulsatus in quodam prato comedit: & sic ad benedictum uenit. Cui ille q; comederat mox patefecit: & de gulositate redarguit: laicusq; penitentiam egit. ¶ Totilla rex gothorum audiens: q; spiritum propheticum haberet: ut probare uolens: quendam spatharium suis regiis uestibus induit: & cum magno comitatu: uti regem ad benedictum misit. Quem ille uenientem conspiciens mox agnouit: & ut uestes regales sibi non ptinentes deponeret mandauit: & spathari⁹ confusus erubuit ¶ Clericū quendam a maligno spiritu uexatum liberauit. ei tñ precepit ne ad sacros ordines unq; ascenderet: qđ si secus faceret eū demon iterato opprimeret. ¶ Cum autem clericus dudum mandatis paruisset: post tē pus aliqđ se consecrari fecit: ipsumq; continuo demon usq; ad spirit⁹ effusionē inuasit. ¶ Vir quidam duos flascones uini sibi miserat: quorum alterum portitor in uia abscōderat. Qui cum gratiaꝝ actione unum accepit: sed latorem ne de altero quem absconderat biberet omnino prohibuit. Qui cōfusus ab eo recessit & in flascone occultato serpētem inuenit: & de cōmisso penitentiam fecit. ¶ Filius defensoris monachus eidem cenanti candelam tenebat: & spiritu superbie i cor de suo murmurabat indignum reputans: q; filius tāti uiri illi comedēti assisteret. Quod uir dei statim p spiritum agnouit: & ut cor suum contra tentationem signaret admonuit: atq; de manu eius lumē auferri precepit. Alia quoq; multa cordiū secreta cognouit: & multa que uentura erant spiritu prophetico predixit. ¶ Cum quosdam fratres ad locum construendum misisset: certo die se ad illos uenturum dixit: & qualiter operari debeat indicabit. Nocte uero diem statutam p cedente: abbati & preposito illius loci per somnium apparuit: & qualiter locus cōstruendus esset per singula indicauit. Cum autē uisioni non crederent sed ipsum expectarēt: tandem reuersi sunt dicentes q; non uenerat diutius expectatus. Qui se uenisse ut promiserat per uisum asseruit: & q; ut i somnis moniti fuerant omnia facerent ordinauit. Quidam eius monachus tentatus de monasterio abiit: sed draconem maximū se deuorare intentem inuenit: perritusq; ad clausturum rediit & in promissione perseuerauit. ¶ Cū fames ualida regionem illam premeret: & quinq; solūmodo panes in monasterio super essent: fratribus cōquerentibus diuidi iussit: ipse uero nocte in oratione permansit. Et ecce mane ducenti farine modii ante fores monasterii inuenti sunt: sed unde uel a quo missi fuerint ignoratur. ¶ Eodem quoq; tempore cum omnia que i domo erant pauperib⁹ dispēsasset: modicum olei qđ in uitreo uase remanserat: pauperi elemosynam petenti dari iussit. Quod dispensator obedire contempsit: timens ne fratribus oleū deesset. Quod pater audiens: oleum per fenestram abiici iussit ne quid ibidem per inobedientiam remaneret. Cum autē uas super saxa deiectū nec fractum esset: nec oleuꝫ effusum: oleum cum uase petenti tribuit: & cum orasset dolium olei qđ uacuum erat usq; ad summum repletum oleum per pauimentum effudit. ¶ Rusticus quidam corpus defuncti filii in ulnis ad monasterium detulit: & ut puerum suscitaret: uirum dei cum lachrymis exorauit. Quem oratione premissa: ipse suscitatū patri restituit. Multisq; aliis signorum uirtutibus effulsit. Scripsitq; monachorum regulam sanctitate precipuam sermone lucidissimum: quia uir dei non potuit aliter docere q̄ uixit. ¶ Eodem anno quo migraturus erat obitum suum etiam absentibus fratribus nunciauit. Ante sextum uero exitus sui diem: apiri sibi sepultura iussit. Moxq; corpus febribus. vii. die in ecclesiam portari se fecit: sumpto quoq; uiatico: inter discipulorum manus: ultimum spiritū inter uerba orationis effluit. Eadem hora maurus monachus longe positus: ipsum uersus celos tendentem conspexit per uiam uidelicet orientis perlucidam ab eius cenobio usque ad celos pertingentem. Cuius corpus in casinēn monasterio sepultum est. Quieuit in christo. xii. caleñ aprilis: circa annos domini. ꝭ18. tempore iustini senioris.

¶ De scō Benedicto papa prio. CCXV.

Benedictus papa hui⁹ nominis secundus natione romanus ex patre ionāe leoni secundo in pontificatu romano successit: & sedit menses. x. dies. xii. Hic benedict⁹ ex uite sanctitate cum nomine concordauit. Et cum tam modico tempore sederit: multas tamen in urbe ecclesias reparauit. Hic ab ineunte etate ecclesie militauit. Atq; sic se diuinis scripturis & cantilene a puero: & in presbyteri dignitate nomine pariter & operibus exhibuit: ut digne ad pontificatus honorem perueniret. Paupertatis namq; fuit amator. Humilis mansuetus: & in omnib⁹ compatientiā habens: manuq; largissima. Hic constituit ut ad tumulandū romanum pontificem: omnes eiusdem ecclesie clerici conuenirent: similiter & ipse in eorum faceret obsequiis. Sepultusq; est apud sanctum petrum. Et cessauit episcopat⁹ mensibus. 2. diebus. xv.

¶De scō benedicto monacho. CCXVI

Benedictus monachus in campanie partibus. 40. ab urbe miliario in quodam monasterio fuit: etate quidem iuuenis sed morib? grandeuus & in sancte conuersationis regula se fortiter stringens. Quem cū tempore totille regis gothi repperissent: hunc incendere cum sua cellula moliti sunt Ignem nāq; supposuerunt: & in circuitu oia asserunt: cellulam uero cōburere nequiuerunt. Quod illi uidentes magisq; seuientes: ipsumq; ex suo habitacusio educentes proximum accensum clibanum p coquendis panibus inspexerunt: eumq; in illo proiecerūt clibanumq; clausserunt. Sed die altero ita ille sus inuentus est: ut nec caro eius: nec extrema uestimenta ullo modo cremarentur. hec gregori⁹. 5. dialog. cap. 18.

¶De scō serapione abbate. CCXVII

Serapion abbas ut in octauo libro historie tripartite: & in uitis patrum habetur: fuit in regione arsenoite pater decem miliū monachorum: de labore manuum uictum querentium quotidianum. Tempore autem messis omnes ad metendum precio conducebantur: & quicquid acquirere potuissent indigentibus regionis & alexandrie carceratis ac peregrinis in eorum necessitatibus expendebant. ¶ Hic tempore iuuentutis existens monachus: post mensam cōmunem panem furabatur: quem sero latenter comedebat. Tandem ad cor rediens: abbati peccatum confessus est: moxq; ex ore eius quasi flamma ignis egressa fetorem sulphureum exhalauit. Hic sola unica sindone amictus: pane tantum pro cibo & aque potu cōtentus: nihil aliud quotidie sumebat: ¶ Cuius autem semel amictum suum pauperi tribuisset: & alteri nudo obuians tunicam dedisset: euangeliumq; tenens nudus sederet. Interrogatus quis eum expoliasset: respondit: q; euangelium quod tenebat. Alias insuper pauperem tertium uidens euangelium ipsum uendidit: & pauperi precium dedit: dicens q; euangelium omnia precipit uendi: & pauperibus dari. Seipsum ergo euangelium uēdi mandat. ¶ Alio tempore existens in quodam oppido paganorum: seipsum eis uendidit: quos postq; uerbo & exemplo conuertebat: reddito precio ab eis recessit. Hoc idem fecit in lacedemonia apud athenas: seipsum uendens uni primario ciuitatis: ut ipsum cōuerteret: quod & fecit. Dormiuit; in pace duodecimo calen. aprilis alexandrie tumulatus.

¶De sancto aphrodisio episcopo & confessore. CCXVIII

Aphrodisius genere egyptius prefectus totius egypti erat tempore quo puero iesu in egyptum fugato: & in templo deorum delato idola omnia corruerunt. Quod cum aphrodisius tunc prefectus audisset: ad phanum in quo simulacra eueria fuerant accessit: & uiso puero iesu eum adorauit: ipsumq; una cum parentibus a furore pontificum idolorum eos in deorum suorū ultionem occidere uolentium uiriliter defensauit. Et extunc in christum quasi p somnium credidit. Sed post ascensionem domini cum predicatio euangelii ad egyptum peruenisset: prefecturam deserens antiochiam uenit: & ibi baptizatus atque beati petri discipulus factus est. Cum quo postmodum romam iuit. A quo & directus est ad gallias predicandas. Qui etiam ibidem sancto paulo sergio episcopo narbonensi se associauit. A quo ordinatus bituricensis episcopus ad ipsam ciuitatem deuenit: ubi multo tempore officio predicationis insistens: & miraculoꝝ gloria refulgēs: oēm populum eiusdēq; urbis christi nomini subiugauit. Et uirtutibus ac etate maturus in domino quieuit. xi. calen. aprilis. Et sepultus est in ecclesia sua signis claresc̄ens.

¶De sancto uictoriano martyre. CCXIX

Victorianus adrumentine ciuitatis nobilis: ut dicit aphricanus: a quodam proconsule carthaginis quo nullus in persecutione ecclesie durior fuit: dum idolis immolare cogeretur: & omnino renueret. primo rebus spoliatus: deinde tantis tormētorum generibus cruciatus: quantus humanus sermo nō poterit explicare: feliciter tripudians martyrium in eadem urbe cōsumauit decimo calen. aprilis. hec aphrican⁹.

¶De sanctis frumentio & alio frumentio martyrib⁹. CCXX

Germani duo quorum uterque frumentius uocabatur aquis regiēn ciuitate oriundi apud tabadēn oppidum passi sunt. Qui sibi inuicem iurauerunt tortores rogare: ut semper pari supplicio torquerentur. Tenti igitur a paganis cum die integro penderent suspensi molis in pedibus alligatis: unus eorum se deponi petiit: & inducias sibi dari. Sed ab altero confortatus: & penitens tortores rogabat: ut lapides maiores adiicerent. Deinde ambo laminis ignitis estuati: & post hec ungulis exarati: multis quoque cruciatibus uexati: ab ipsis tortoribus tedio derelicti: & a facie eorum proiecti spiritum domino reddiderūt: decimo calen. aprilis.

¶ De sanctis duodecim infantulis martyribus. CCXXI.

DUodecim infantuli apud aphricā sub persecutione uandalica passi sunt. Qui ab arrianis de numero consessoꝝ xpi segregati: nō spiritu sed corpe: suggerēte quodam teucharo heretico: qa ipsos nouerat ad cāti lenā uocales ac strenuos: carthaginē deducti fuit: ubi primo qa pueruli bladitiis fuasi: dum arriane fidei cōsentire nollent: duriſſimis uerberib⁹ tādiu cesi sunt: quousqꝫ spiritum emiserunt. Ibidēqꝫ quasi in numero apostoloꝝ sepulti. Quoꝝ exēplo duo negociatores quoꝝ uterqꝫ frumētius dictus est &. v. eiusdē monasterii fres. ſ. liberatus abbas beniſacius diacon⁹. Rusticus subdiaconus: rogatus: & maxius monachi pro fide catholica martyrium ptulerūt. Qui passi sunt x. cal. aprilis.

¶ De scis liberato & sociis marib⁹. CCxxii.

LIberatus mr cum uxore & filiis duobus & crescentius presbyter nec non puer quidam annoꝝ. vii cuius nomē non exprimit rpe persecutionis arriane i aphrica passi sunt. Nam primo ifantulus iussu Gyrille arrianoꝝ episcopi a parentibus raptus matre post raptores cōclamante: ut se quoꝝ ducerent: dum uiua uoce se catholicū profitetur in gurgitem demersus est. Quod & de duobus filiis liberati medici factū est. Post hec liberatus & uxor detenti sepatim in duob⁹ carceribus missi sunt. Cuꝝ prius liberatum eductus i loco honorabili ꝑsedere fecissent: uxorem ſimiliter eduxerunt: ſuggerentes ei qꝫ uir suus ꝑsenserat arrianis. Que ubi ipsū conſpexit in loco ſublimiori ꝑsidentem: ueꝝ existimans qđ audiuit: ipm de apoſtaſia durissime ſcrepare cepit. Ille uero ſe catholicū profitens hereticoꝝ ſallacias detexit. Quapter ambo ꝑiuges gladiis trucidantur. Crescentius aūt presbyter tarzetane ciuitatis persecutionem fugiēs i ſpeleo quintini montis i cluſus inedia defecit. Horum paſſio agitur x. cal. aprilis. Hec aphricanus.

¶ De ſancto pygmenio preſbytero & martyre. CCXXIII.

PYgmenius preſbyter & martyr rome ſub iuliāo apoſtata paſſus est. Hic iulianū eūdē una cū ſcō donato poſtmodum aretino epo & martyre a puero enutriuit: & ſacris litteris eruditit. Julian⁹ aūt poſt hec factus monachus: xpi fidem apoſtatauit: & diuina permiſſiōe procurante diabolo ad iperii apicē aſcendit: unde xpianos ultra modum ꝑsecut⁹ est. Audiēs autē qꝫ pygmen⁹ corpa martyrum ſepeliret miſit eum in exilium i ꝑsidem: ubi quadriēnio demorat⁹ ceciderat incurrit. Poſt hec in ſōnis diuinitus admonitus uenit romam. Cum autē una cū puero ipſum deducente ſtipē petens cluuiū ſacre uie conſcenderet: offendit baculo redā ceſaris tranſeuntis. Qui pygmenium uidens & eius quodāmodo cecitati cōgaudens ait. gratias diis qꝫ te uideo. At ille gratias iquit deo meo qꝫ te non uideo. Quem mox imperator per poteſtates in tyberi ſuſtari fecit. Cuius corpus a xpianis collectum i cemiterio pontiani ſepultū est: non longe a corporibus abdon & ſenē. viiii. cal. aprilis.

¶ De ſcō murita martyre. CCXXIIII

MVrita diacon⁹ & martyr cū pluribus aliis apud aphricā paſſus est. Qui cū quendā elpidephorū baptizaſſet: illeqꝫ poſtmodū apoſtataſſet: & ad ꝑſidis dignitatē peueniſſet: ab eodem tētus ſuaſus est: ut arrianoꝝ fidei ꝑsentiret. Cū aūt murita nō ſolum ei ꝑsensum ꝑbere renuereꝫ: ſed etiā ipm de apoſtaſia increparet: & uestes candidas quas ei in baptiſmate dederat: reſeruatas ad ei⁹cō fuſionē oſtenderet. Elpidephor⁹ ira accēſus muritā cū pluribus clericis ceſos & nudos in exiliū relegauit: ubi ſame & inedia ac frigore ꝑsumpti martyriū ꝑpleuerunt. 9. calē. aprilis. Hec uictor aphricanus.

¶ De annūciatione beate marie ſemper uirginis. CCXXV.

ANnūciatio dominica dicit⁹: quia tali die ab angelo aduēt⁹ filii dei in carnē uirgini marie annuncia⁹ tus fuit: uidelicet. 8. calē. aprilis. Cum enim uirgo beata a tertio etatis ſue anno uſqꝫ ad. xiiii. in templo cum aliis uirginibus extitiſſet: & uotum uirginitatis niſi deus aliter diſponeret emiſiſſet: eam ioſeph deſponſauit domino reuelante: & ioſeph uirga frondente: ſicut in hiſtoria natiuitatis eius dicetur. vi. idus ſeptembr. Et in berhleem unde erat ioſeph: neceſſaria prouiſurus iuit: ipſam quoꝫ in nazareth in domo paterna dimiſit: ubi ad eam angelus uenit & eidem uerbi dei aduentum nunciauit. ¶ Circa hanc annunciationem ſex conſideranda occurrūt uidelicet: tēporis opportūitas: miſſi nobilitas: mittentis auctoritas: loci congruitas: nuncium ſuſcipientis ſancti titas: & annunciationis nouitas. ¶ Primum ergo conſiderandum occurrit temporis opportunitas: qđ fuit in menſe. vi. a conceptione ioannis baptiſte: que facta ē octauo cal. octobris: ut per hoc detur intelligi qꝫ ioannes fuit figura ueteris teſtamenti ut dicit augusti. Cui⁹ aduētū xpi aduēt⁹ ſeqē. vi. meſes: qa ſexta mūdi etate dns ſcarnat⁹ ē: &. vi. feria: & hoc. ¶ Prio pp uēri ꝑfectionē qa nu-

mer⁹ senarius ex ipsis ptibus suis cõponit ut scilicet .3.2.&.1. nullo supante uel deficiẽte: ut p hoc pfectio ipsi⁹ incarnatiõis denotet: in qua cõcurrunt tria .f. eterna diuinitas: aia de nouo creata: & caro ab adam traducta: & due nature .f. diuinitas & humanitas: & hec pstituunt una persona xpi. ¶ Secũdo ppter homis formationẽ. Nam sicut adam primus sexta feria de terra uirgine formatus est: sic & ada secundus q est xps de femia uirgine i carnatus: & eodem die anni ad lram: ut qdã tradunt: quod est .8. calẽ. aprilis primi & se cũdi ade diuersi tẽpore: uidelicet post ãnos 5199. formatio facta est. ¶ Tertio ppter natu re renouationẽ. Nam filius dei i equinoctio uernali: quo tẽpore oia renouant incarnari uoluit: p hoc ostendens: q̃ p ipsam incarnationem oia renouabant. apocal. 21. Ecce noua facio oia. ¶ Secundũ est missi nobilitas: q̃ fuit angelus gabriel. Cõgruum enim fuit q̃ angelus ad uirginé mitteret. ¶ Primo ex pte ordinis: ut ordo reparationis rũderet ordini preuaricationis: ut sicut malus angel⁹ mulierem ad peccati lapsum inclinauerat: sic bon⁹ angelus uirginẽ ad uerbi cõceptum induceret. Secũdo rõne ipsius uirginis. Na⁵ ut dicit hieronym⁹: Recte mittitur angelus ad uirginé: qa semp est angelis cognata uirginitas. In carne pter carnẽ uiuere: nõ terrena uita est sed celestis ẽ. ¶ Tertio rõne finis subsequẽtis. Nã incarnatio xpi ordinabatur ad finẽ ruine angelice p saluãdos hoies reparande. Ió angeli nõ debuerũt excludi. ¶ De quo aũt ordine hic angelus fuerit dubitat. Gregori⁹ tenet: q fuerit de ordine supremo dicẽs summũ angelũ uenire dignũ fuit: qui summũ omniũ nunciabat. ¶ Alii tenẽt q̃ de ordine archangelo: qa ipm eccleśia archãgelum noiat: dicentes q̃ hoc magis cedit ad honorem uirginis: qa iuxta de iupiribus mitteret: ab eo illuminari poti⁹ q̃ nunciari uideret. Quid aũt gabriel interpretet: dicet i fra pxima historia gabrielis. ¶ Appuit aute sibi corporaliter: ut uisio eẽt certior: qa corporaliter uisa certiora sunt. Cognitio pleni or: qa uisa etiã p intellectũ meli⁹ cognoscũt. Et scõ similiter qa nunciabat spũale uerbu⁹ incarnãdũ: iõ fuit ꝯgruũ: ut corpaliter appareret. Et appuit corpe hũano: qa dei filium nõ quodcũq; aial sed hoiem assũptum nũciabat. ¶ In sexu masculino: tũ qa dignior: tũ qa magis illuminatiu⁹: tũ qa i ipso sexu dei fili⁹ erat hoiem assũptur⁹. ¶ In etate iuuenili: qa iuuenis dicit nouitatẽ cũ pfectiõe. Nã in puero est nouitas ipsecta. In iene pscõ ãti quata. Et qa angel⁹ nũciabat illũ: q erat nouus humanitate: & pfect⁹ diuitate: iõ appuit in iuuenili etate. ¶ In ueste alba: que denotat innocẽtiã & angeli nũciãtis & uirginis recipiẽtis: & uerbi carnẽ inocentẽ assũmẽtis. ¶ In ortu solis: quia ueri solis ortũ uenerat nũciare. ¶ Tertiũ e mittẽtis auctoritas: q̃ ipse de⁹. Missus est eni angel⁹ a deo pfe: qui ibi posuit suã ois potentiã: ut pter naturã uirgo mirabiliter pareret. A deo filio: q ibi posuit suã sapiam: ut saluo pudicitie sigillo intẽtrẽ uirgis itrare & iñ exire sapiẽter sciret. A deo spũscõ: q posuit suã gratiã: ut mulier sine peccato pcipet. ¶ Quarti ẽ loci ꝯgruitas: qa missus ẽ i ciuitatẽ galilee cui nomen nazareth: qđ interptat flos: ut sic locus tẽpori ꝯgruat: Vñ dicit bernard⁹: q flos nat⁹ est de flore i flore & floris tpe. ¶ Quintũ ẽ uirginis nunciũ recipiẽtis scitas: qa missus ẽ ad uirginẽ ẽ. Vbi tria uidẽda occurrunt. Prio q̃re xps in matrẽ elegit uirginẽ femina: hoc eni fuit pueniens. Primo ex pte mittẽtis pris Nõ eni fuit pueniens: ut xps q sm naturã diuinã naturaliter ẽ fili⁹ dei: aliũ hẽret patrem q̃ deũ. Secũdo ex pte pcipiẽtis matris: Nam xpi generatio tẽporalis: ẽ imago generationis eterne: ut sicut de uno pre. idiuisibiliter nascit generatiõe eterna: sic de uria matre in corruptibiliter nascat generatiõe tpali: ut i utraq; generatiõe de uno solo principio pcedat. Tertio ex pte icarnati germinis: ut sicut uerbũ sine corruptiõe i mẽte pcipit: sic uerbũ dei incorrupte carni uniat. Quarto ex pte subsequẽtis muneris: ut sicut fili⁹ dei naturalis fine corruptiõe nascit de uirgine femia: sic filii dei adoptiui renascãt sine corruptiõe de uirgine ecclesia. ¶ Sexto q̃re elegit uirginé desolatã. Hui⁹ aũt sex rõnes a doctorib⁹ assignant. Pria rõ ẽ: ut p hoc sacrim istud diabolo celaret: q uidet mariã pgnatẽ: & eã desolatã sciẽs: putauit eã a ioseph pcepisse: & p hoc aduẽtum xpi nõ plene cognoscere potuit: qđ sciebat de uirgie nasciturg. & hec rõ ẽ origenis. Scda ut p hoc xps legẽ iplere uideret. Quõ eni legẽ non solueret: q̃ de iuria legis cepisset: cui pt⁹ innupte lege dãet. & hec ẽ rõ hieronymi. Tertia ut p hoc ifamia uirgis tollerẽt. Maluit eni dñs aliquos de suo ortu q̃ de matris pudore dubitare. Ió port⁹ uoluit credi fili⁹ ẽ ioseph q̃ matrẽ ipudicã. & hec est ãbrosii. Quarto ut p hoc ceteris mulieribꝰ exẽplũ daret. Nã si beata uirgo ifamata fuisset: ceteẽ uirgines si nistra opione uiuẽtes uelamen excusationis haberẽt: q̃ ifamata quoq; mater dñi uideretur: Et hec etiã est ãbrosii. Quinto ut p hoc uirgini testimõiũ pberetur. Fuit eni ioseph uirgitatis dñe testis ueridic⁹: q eã & uirginem pbauit & si adulterã cognouisset accusare potuit. Et hec ẽ augustini. Sexta ut per hoc nato puero a ioseph misteriũ preberetur. Cui ioseph nutritus fuit: & omis eius iantie educator: ut dictum est supra de scõ

ioseph. xiiii. cal. aprilis: & hec hieronymi. ¶ Tertio q̄re elegit uirginē nomie mariam Hoc eni nomē interpretat̄. Illuminatrix. Illuminata. Mare amaq;. Et dña: Atq; stella maris. Fuit eni illuminata in uerbi ꝯceptione. Illuminatrix in ei⁹ ꝑtuitione. Mare amaq; i eius passione. Dña in ipsius assūptiõe. Stella maris est in peccato⁹ conuersione. ¶ Sextū est legationis nouitas: que ꝓsistit i. vi. ¶ Primo in angelica salutatione. Ingressus enim angelus ad eā in cubiculū: & orātem inueni ens cū tīmia claritate & sūma reuerentia ꝓstrat⁹ ut suus ad dñam: q ante alias uenerat eidēq; apparuerat ut socius ad amicā: uultu i terra⁹ demisso iocūda uoce iqt. Aue gratia plena dñs tecū benedicta tu in mulierib⁹ ℟. Et ostendit ipsam a seruitute liberatā. Aue ideſt sine ue. Triplici enim ue mulieres laborant: q̄d notat in triplici littera huius nominis eua. Est eni ue pudoris quoad ꝓcipientes: & hoc denotat lra. E. que est nota irrisionis. Est ue doloris quoad parturientes: & hoc denotat littera. V. que ē nota lamētationis. Est ue laboris quoad nutrientes: & hoc denotat lra. A. que ē nota fatigatiõis. S3 cõtra nomē eua uertitur & fit Aue. i. sine Ve pudoris: doloris: & laboris: qa sine pudore ꝓcipit: sine dolore peperit: & sine labore filium educauit. ¶ Dotib⁹ adornatam: gratia plena. Hieronym⁹ singulis eni gra largitur ꝑtes: marie uero simul se totam infundit gre plenitudo. ¶ Matrimonio copulatā: domus tecū: plusq; mecū dicit. Chrysostom⁹ quia mecū ꝑ gram tecū ꝑ naturā: mecū i mente: tecū in carne. mecū qa ab eo sū creat⁹: tecū qui ex te est incarnat⁹. ¶ In reginā ordinatam: benedicta tu in mulierib⁹. Augustinus maledictio eue: i bñdictionē mutat marie ℟. ¶ Secūdo notat̄ hec nouitas i uirginis cogitatiõe. Hec eni cū uirgo audisset turbata est nō perturbata: ꝙ eni turbata est fuit pudicitie uirginalis: ꝙ non ꝑturbata fortitudinis: ut dicit bernardus. Et turbata est nō i angeli uisione: quem sepe uidere ꝓueuerat sed i noua salutatiõe. Ideo turbata ē i ſmone ei⁹: & cogitabat qualis eēt ista salutatio. ¶ Tertio i facti siue legatiõis narratiõe. Angelus eni more sapientū legato⁹ post salutationē uirgini factam ex parte dei narrat ei causam sui aduēt⁹ dicēs. Ne tieas maria ℟. Annūciās ei dei filium ex ei⁹ utero icarnādū: & ipm se cūdū hoīnē sup sedē dauid patris ei⁹ ꝑpetuo regnatur⁹. ¶ Quarto i dubii cuiusdā iterrogatiõe. Nā uirgo cum credula uerbis angelicis redderet q̄d in facto: nō dubitās aliq̄liter qn hoc fieret ꝙ mater filii dei esset: dubitās de modo ut doctores dicūt: angelū su ꝙ hoc iterrogauit dicēs quo modo fiet istud ℟. Et debet scribi diuise ut sint due dictiões scilicet: quo ꝙnomē & modo nomē: & non una dicto: quomodo que ē aduerbiū iterrogandi: quasi dicat uirgo: Tantū uirginitatē ꝑdilexi: ut salua diuina dispositiõe: pot⁹ eligerē uirginē ꝑmanere: q̄ corruptam dei matrē esse. ¶ Quito i ipsi⁹ dubii solutiõe: q̄d immediate angelus soluit dicēs. Spiritus sanct⁹ supueniet in te & uirtus altissimi obūbrabit tibi. Et notanter dicit nō uenire sed ꝯsuperuenire: ut supabūdantie gr̄a ostēdat. Et uirt⁹ altissimi eidē obūbratura ꝑnūciet. Hec aūt obumbratio ipsa est diuini uerbi icarnatio. Na3 umbra a lumie & corpe obiecto formatur. Sicut eni sol quodāmodo est pater umbre: & statua siue quodlibet corp⁹ eius mater: & statua ex solis lumie ꝓcipiens lumen: umbrā formāt in terra: que umbra patrem solē habet i celis: statuā uero matrē i terris. Sic xps patrē deū habet i celis matrē uirginē i terris: que dei lumē ꝓcipiēs xpi humanitate istar umbre ex sui natura formauit in terris. ¶ Vltra hec angelus ad letitie uirginis cumulū: & ei⁹ ꝑfecte fidei firmamētū: eli sabeth ei⁹ cognatā zacharie ꝓugem: nuncia uit sterilē ꝓcepisse: & iā mēsem sextū attigisse: ut ex hoc: deo possibile q̄d uellet esse assereret. ¶ Sexto i legationis finali ꝯclusione. Nam ubi uirgo audiuit ꝙ mater filii dei est futura: nec ꝑter hoc uirginitatē quā deuouerat amissura sūma repleta letitia: genu terre posito expāsis manib⁹ oculisq; ad celū erectis cum lachrymis dixit. Ecce ancilla domini fiat mihi ſm uerbum tuum. Statim q; filius dei in utero uirginali de ipsius semine ſpūlcō opante ꝓcep⁹ est: perfect⁹ de ꝑfect⁹ homo: ex anima rationali & humana carne subsistens. Cuius corporis formatio & organizatio non. 40. seu. 45. dierum numerū expectauit: sed mox ipso instanti ut uirgo uerbum protulit: diuina opante omnipotentia perfecta & integralis facta fuit. ¶ Tunc surgens maria abiit in montana ad elisabeth ut stendam: quā ut salutaret ioannes i eius utero exultauit. Illa per ſpiritū ſanctum in exultatione filii: uirginē christum in utero concepisse cognouit: & qd nouerat ꝑphetauit. Et maria canticum: magnificat: cum exultatione decantauit. Et inde apud cognatam tribus mensib⁹ mansit: donec ioanne nato ipsa mater xpi eidē primum officium obstetricis impendit.

¶ De scō gabriele archangelo. CCXXVI.

Abriel archangelus q̄us nulla ſpeciali solēnitate aliquo anni tē pore ab ecclesia recolatur: merito tamē. 8. cal. aprilis de ipso memoria celebris habenda cēset: qa ipo die mysteriū icarnatōis pricipiū nr̄e salutis: ut dictum ē beate uirgini nūciauit:

& ad ipsam legationē deferendam nuncius idoneus pre cūctis angelis a deo electꝰ fuit. Quāuis eni alias pluries a deo magna sacra menta nūcianda pluribus ſcis fuerit deſtinatus: in nullo tñ ſicut in myſterio incarnationis fuit tāto honore ſublimatus. De ipſo eni ſcriptura ſacra expreſſum habem⁹: q̄ multa p̄dixit danieli de tēpore futuro: & ſecreta nunciauit zacharie de ioanne naſciturō. Hic etiā ſm ioannē beleth ortum bt̄ē virginis ioachim & anne eius pentib⁹ nunciauit. Et generaliter licet ex noſe gabrielis nō exprimatur: creditur a pluribus: q̄ ad quē q̄ magna dei ſacramēta prenūcianda hic angelus deſtinetur. Vnde & ex hoc quidā putant eūdē fore qui ortū ſampſonis patri manue predixit: & ioſeph ut xp̄m pueru⁹ fugaret in egyptum in ſomnis mandauit: eidēq̄ in egypto herode defuncto ut i iudeā rediret impauit. Atq̄ magos ut per aliā uiam reuerterent⁹ ad patriam: ſimiliter ſoporatos admonuit. Hic inſuper idem fuiſſe arbitratur: qui xp̄o dño paſſionem expectanti: & ſanguineū ſudorem emittenti in oꝛone apparuit: eiuſq̄ humanitatem ſm motus ſenſibiles ꝓſortauit: quāuis aliis rectius uideat⁹ q̄ ille michael poti⁹ fuerit: quia angelus qui tunc xp̄o apparuiſſe legitur: nō uenit ad aliquid nunciandum ſed exhortandū: quod potius eſt officiū michaelis q̄ gabrielis. ¶ Dicunt quidā: q̄ non fuerit ille idem angelus: qui ortum ioannis & uirginis & ortum xp̄i prenunciauit: licet eni eedem noſe appellentur: iſtud tamē nomen eſt officii non perſone. Nam iſta nomīa michael: gabriel: raphael nomia ſunt officiorū ſicut comes imperator epūs & ſacerdos. Et ideo plures angeli idem exercentes officiū: poſſunt eodem noſe nuncupari. Non eni uidet cōueniens q̄ idem angelus fuerit nunci⁹ natiuitatis ſerui & dñi: pcurſoris & regis. Cū alter de inferioribus: alter de ſupioribus ordinibus extiterit. Sed hanc opinionē leo papa reprobat in ſermone aſſerens gloriā baptiſte inter alia in hoc cōſiſtere: q̄ eius natiuitas eodem angelo quo & xp̄i incarnatio p̄nunciata fuit. ¶ Gabriel uero interpretatur fortitudo dei. Et hoc ideo: quia illum nunciare uenit: qui dñs fortis & potens in prelio ad debellandas aereas poteſtates deſcendit. ¶ Officium aūt eius eſt ſecreta myſteria diuina nunciare. Vnde & de ſancta eliſabeth de ungaria inuenitur: q̄ gabriel angel⁹ eidē pluries apparuit: & multas ei diuinas uiſiones reuelauit: qui etiam ei dixit: q̄ ipſe erat angelus: qui uerbi dei ꝓceptum bt̄ē uirgini nunciauit: qui q̄ obitum ipſius uirginis eidē p̄dixit. ¶ Eſt etiā eius officiū ajas iuſtorum cū michaele aſſumere. Vnde in uitis patrum habet: q̄ qdā frater ueniens ad ciuitatem uidit pegrinū egrētū in platea iacentē: & in extremis laborantē: cui null⁹ aſſiſtebat: uidit⁹q̄ a dextris eius & a ſiniſtris michaelē & gabrielē archangelos: qui deſcendebant ꝓper aiam eius: rogantes eā ut egrederet⁹. Sed cū ex corporis affectiōe egredi recuſaret: dixit gabriel ad michaelē: ut eā aſſumeret: & ſic abiret. Qui rñdit: q̄ nō poterat: quia impoſitū a deo ſibi fuerat: ut aiam pegrini ſine dolore educeret. Et tūc frater ille uidit dauid cū cithara & oēs ciues celeſtis hieruſalē pſallētes iuſſu dei deſcendere: ad quoꝝ cantus & ſonitus melodiam anima peregrini ſponte a corpore exiit: quam michael cū gabriele ſuſcepit. Hec i uitis patꝝ.

¶ De paſſione domini noſtri ieſu chriſti.

CCXXVII

PAſſio dñi eodem die quo & eius incarnatio ad litterā poſt annos 34. & eadem ſexta feria facta eſt ſcilicet. 8. calē. aprilis: quo etiaꝫ die auguſtin⁹. 4. de trinitate homine primū de terra formatum: & ipſo die lapſum fuiſſe teſtatur: & quidam eundem poſt annos. 950 ipſo die dicunt eſſe defunctū: ut ſic ordo redemptionis concordet creationi. ¶ Et notandum: q̄ paſſio domini eſt memoriter retinenda: eo q̄ quantum ad ꝓceſſum fuit iniuſta: q̄tum ad modū fuit ignominioſa: quātum ad ſupplicium fuit penoſa: quantū ad effectum fuit fructuoſa. ¶ Primo quantum ad proceſſum fuit iniuſta: quia peccatū non fecit: nec iuentus eſt dolus in oꝛe ei⁹. Nam que uenit indigne: pena dolenda uenit. ¶ Fuit etiā contra humanam legem: q̄ eni in hominē nō cōſeſſum nec conuictum ſententia mortis ferat eſt cōtra oēm legem. Ecce ego ait pilat⁹ coram uobis interrogans nulla cauſam inueni in homine iſto ex his in quib⁹ eū accuſatis. De tribus eni eum accuſabant: q̄ ſcilicet tributū dari ceſari phibebat: q̄ ſe regem dicebat: & q̄ filium dei ſe faciebat. De primo a pilato interrogans non fuit: quia manifeſte de cōtrario ſibi conſtabat: q̄ ſcilicet dixerat Reddite que ſunt ceſaris ceſari &c. De ſecundo interrogatus ſatiſfecit: manifeſte ſe regē probans: & q̄ regnum eius nō erat de hoc mundo. De tertio interrogatus non reſpondit. Cum eni eum preſes interrogaſſet: unde es tu⁹ reſponſum ei nō dedit: eo q̄ diuinam generationem ſiue etiam humanam mirabilem audire indignus fuit. ¶ Fuit ſecundo contra conſuetudinem. Nam temporis curſu nullam dilationem accepit. Vnde a die qua in concilio decretum fuit ipſum occidēdum nullam requiem ei dederunt. Et poſtq̄ eum ceperunt ſine ulla intermiſſione uexauerunt: hinc inde traxerunt: flagellauerunt: iudicauerunt: crucifixerunt &c.

¶ Fuit tertio ꝓtra, legē naturalem. Natura enim ipſa repugnat ꝫ corpus homis mortui plagas innouare. Xp̃s uero tā defunctus in cruce lancea tranſuerberat ꝓtra naturalem legē. ioā. 19. unus militū lācea latus eī² aperuit ꝛc. ¶ Scdo q̄tū ad modū fuit ignominioſa. Et hoc ꝑpter. vi. cās. Primo ꝑpter ignominioſum preciū: qa pro .xxx. argenteis in ꝑparabilis preci ſanguis uenalis factus eſt: ut pro tā uili precio qs nō daret aſtū: aut deforme mācipiū: zach. xxxiii. appenderunt mercedē meā. xxx. argēteis ꝛc. ¶ Scdo ꝓpter ignominioſum officiū: qa crucis ſupplicium ſuū portare ꝑpellif: qđ nuſq̄ de la trone auditū eſt: figura iſaac q ad imolandū uadēs ligna ſibi detulit geñ. xxii. ¶ Tertio propter ignominioſum locū: qa in loco cal uarie ubi maleſactores & ſcelerati extra ciuitatē puniebant. ¶ Quarto ꝑpter ignominioſum ſuppliciū: qa morte turpiſſima ꝑdēnatus ē. Crux enim ſuppliciū erat latronuꝫ uel quorūcūq; ſceleratoꝝ. Sapiē. 2. morte turpiſſima ꝑdēnem² eū. ¶ Quito pp ignominioſum ludibrium: qa corā multitudine nudus cōſtituitur in cruce ſuſpēſus. ꝑalmiſta Tota die uerecūdia mea ꝓtra me ē. Et alibi diuiſerunt ſibi ueſtimēta mea ꝛc. ¶ Sexto ꝑpter ignominioſum ꝓfortiū: qa cū ſceleratis deputatus eſt. i. cū latronib² quoꝝ unus. ſ. diſmas qui erat a dextris ut dicit in euangelio nicodemi puerſus ad penitētiā ſaluat² ē. Alius qui erat a ſiniſtris. ſ. geſtas obſtinat² manens eſt dānat²: ut dicet infra de ſcō diſma. ¶ Tertio q̄tum ad ſuppliciū fuit penoſa acerba & doloroſa. Et hoc ꝑpter. vii. rationes. ¶ Primo ꝑpter carnis xp̃i patientis uiuacitatē. Plus enim dolet caro delicata q̄ groſſa. Et qa caro xp̃i fuit uiuaciſſima & delicatiſſima: qa optime ꝑplexionata: & ſine oī deordinatione formata. Ideo magis doloꝝ ſenſit. Et ꝑpter hoc ſudoꝝ ſanguineū emiſit: qa caro optime ꝑplexionis fuit. In huius figura dicit de dauid. 2. regū. xxiii. Ipſe eſt enim quaſi tenerrim² ligni uermicul². ¶ Secundo ꝑpter occidētiū qualitatē. Tolerabilius enī qs patitur uel ab inimicis uel ab extraneis q̄ a ſuis. Xp̃s auté paſſus eſt ab amicis & a proximis. i. de quoꝝ ſtirpe nat² eſt: & ab his quibus multa bona ꝓtulerat: unde ꝙuerif dicens in officio huius diei. Popule meus qđ feci tibi ꝛc. Vbi recolit oia beneficia ſibi illata: & omnia ſupplicia ſibi retributa. ¶ Tertio ꝑpter paſſiōis acerbitatem: quia ꝓfixus eſt in locis magis ſenſibilib² & neruoſis & corpe diſtentus ſupra crucē pendens manibus & pedib² ꝓclauatus: que maximū & doloroſum ſuppliciū ſtulerūt. ꝑalmiſta. Foderūt man² meas & pedeſ meos: & dinumerauerunt oia oſſa mea. ¶ Quarto ꝑpter paſſionis diuturnitatē. Nā ab hora qua ipſum cepūt uſq; ad horā qua ſpiritū emiſit ſemp in dolore & ꝓtinuo cruciatu fuit. Paſſuſq; eſt admin². xii. horis. ſ. vi. noctis & vi. diei: ꝑalmſ. Tota die ꝓtriſtat² igrediebar: quoniā non eſt ſanitas i carne mea. ¶ Quinto propter paſſionis generalitatē. Nam generaliter paſſus eſt. In fama quia eū blaſphemabant dicentes: uah qui deſtruis ꝛc. In rebus: quia nudus expoliatus eſt ut dictū eſt. In anima: unde paſſionē preſentiēs triſtabaſ & dicebat: triſtis eſt aia mea uſq; ad mortē. In corpore: a planta eni pedis uſq; ad uertice m non fuit i eo ſanitas. iſaie primo. In amicis: quia diſcipuli ipſum captū uidentes fugerunt: iudas eū prodidit: petr² negauit ꝛc. qđ fuit cā atrocis doloris i mente xp̃i. In matre: nā dicit damaſcen² q̄ tāt² fuit dolor xp̃i ex dolore qđ ſciebat matrē ſentire q̄tus ꝓ prius: qđ corporaliter ſentiebat. In multorum ingratitudine. Dolor eni maximus fuit xp̃i quia preſciebat mortē ſuam inaniter pati pro multis dānandis. Nā intolerabilis dolor eſt hoj: cū maximū laborem portat proſiliis cum uidet ſe ex eoꝝ prauis morib² inaniter laboraſſe. ¶ Itē paſſus eſt xp̃s in ſingulis corporis ſenſibus. Nam paſſus eſt in oculis: qa uelauerunt oculos eius: & quia i cruce lachrymatus ut dicit hebre. v. In auditu cum ei. ſ. opprobria & blaſphemie irrogate ſunt. Nam qui erat ſūma poteſtas: dicitur ſe ipſum nō poſſe ſaluū facere: qui erat ſūma ueritas dicit alios ſubuertendo decipere: q erat ſūma bonitas uti maleſactor dicitur ꝑlato traditus eſſe. In olfatu: quia maximum fetorem ſentire potuit in caluaria: ubi erant fetida corpa mortuoꝝ. Itē qa ex ſputoꝝ mīſtiplicatione fetor in eī² facie augebatur. In guſtu: qa dederunt ei uinū bibere cū felle mixtum. In tactu qa in omnib² corporis mēbris Ber. Caput angelicis tremebūdum ſpiritib²: denūtate ſpinaꝝ pūgitur: facies pulchra pre filiis hominū: ſputis iudeoꝝ detur paſ: oculi lucidiores ſole caligant i morte: aures que audiunt angelicos cantus: audiūt peccatoꝝ inſultus: os qđ docet ſcōs: felle & aceto potaſ: pedes quoꝝ ſcabellū adoratur cruci clauo affigunt: man² que formauerūt celos: ſunt i cruce extēſe & clauis affixe: corpus uerberatur: latuſq; lancea ꝑforaſ: quid plura? Non remanſit in eo niſi lingua: ut pro peccatoꝝbus oraret: & matrem diſcipulo ꝑmendaret. Et hec ſuo pacto officio potatur felle & aceto. ¶ Sexto propter paſſionis cauſalitatem: que ſola iniuidia iuſt ſine ulla culpa patientis. iNam quodāmodo qs ꝑsolatur dū iuſte patitur: ſed filius dei agnus innocens pro peccato non ſuo, morif iſaie. liii. uere langores nſos ipſe tulit ꝛc. ¶ Septimo

propter cuiuscũq; remedii inopiã & egestatem. Consolaf enĩ aliqualiter qs morte patiens ex remedio alicuius ꝓsolantis. Xps autẽ nullum habuit ꝓsolatorẽ. psal. Elongasti a me amicũ & ꝓximã ꝛc. unde & ipm patrẽ cõ quesf est humanitatẽ dereliqsse. ¶ Quarto quantũ ad effectũ fuit fructuosa. Cuius utilitas est triplex. s. peccatoꝝ remissio: gratie collatio: & glorie exhibitio. Et hec tria notanf in titulo crucis. Nam iesus peccatores saluans quoad primũ: nazaren' florem gr̃e ꝓferens quoad secundũ: rex iudeoꝝ regnũ se ꝓfitentibus exhibẽs quoad tertiũ. ¶ Vel dicendũ: q fructꝰ huius passiõis ẽ ꝗdruplex Primo nã; fuit acceptissimus ad placandũ deũ. Vñ anselmus in libro cur deꝰ hõ. Nihil asperius & difficili' põt hõ pati ad honorẽ dei sponte & nõ ex debito q̃ mortẽ. Et hoc est quod dr̃ de xpo ephe. 5. Tradidit semet ipm p nobis oblationẽ & hostiã deo ꝛc. ¶ Secundo fuit ꝑgruentissimus ad curandũ morbum. Et hoc ex pte tẽporis: qa eodem mẽse die & hora qua peccauit adã: & xps eiꝰ peccatuꝫ exoluit: ut dictũ est. Et ex pte loci: qa locus passionis ꝓsideraf: siue cõis qa i terra promissionis: siue spẽalis quia i mõte calua ria: siue singularis qa in cruce. In loco autẽ cõi prim' homo formatus fuerat: qa i agro damasceno. In loco spẽali sepultꝰ: uidelicet ibidem ubi passus est xps. In loco singulari decepf qa in ligno. Et ex pte modi: q modꝰ fuit & p similia & per cõtraria. Per similia ut dicit augꝰ: quia hõ hoies mortalis morta les: in morte mortuos liberauit. Per ꝓtraria quoniã ut dicit gregꝰ: Primꝰ hõ peccauit p superbiã: qa uoluit deo similari p ꝙie sublimitatẽ: p inobedientiã: qa transgredi uoluit mandatũ p subtilitatẽ: p gulã: qa gustauit pomi suauitatẽ. Ecõtra dei filiꝰ: ut dicit ad phi. 2. humiliauit semetipm cõtra primũ factꝰ obediens cõtra secundũ: usq; ad mortẽ cõtra tertiũ. ¶ Tertio fuit efficacissimus ad attrahendũ genus humanũ. bernardꝰ. Supoia reddit te amabilẽ bone iesu calix quẽ bibisti opꝰ redẽptionis nostre. ¶ Quarto fuit prudẽtissimꝰ ad expurgandũ hũani generis inimicũ. Iob. 35. Prudẽtia eiꝰ pcussit superbũ ꝛc. Nũqd cape poteris leuiathan hamoꝫ Absc̃dit enĩ xps hamuꝫ diuinitatis in esca humanitatis. Et diabolus uolens cape escã carnis: captus est ab hamo deitatis.

quem ille in harena demerſit. Factaq; ē uox ad eū de celo: q exinde queq; petita obtineret. Cū aut̄ die paſche paucos panes & olera ſicca ad refectionē haberet: dixit frib⁹ ſuis ut quiſq; qđ uellet a dño poſtularet. Premiſſaq; oratiōe ab omnibus oīno incognitis & iuiſis poma & fructus oīum generū alias in ptibus illis nunq̄ reperta miri ſaporis ap portant̄ paneſq; cādidiſſimi cū lacte & alio rum uictualiū copia miniſtrant̄. Latoribus uero ſubito nuſq̄ cōparētib⁹ cibaria illa fratribus uſq; ad pentecoſtē ſatis fuerunt. Cui dam quoq; fratri petenti ſibi a deo dari humilitatis & manſuetudinis gratiā: qđ petierat impetrauit. ¶ Orta maxia fame: multos locos illoq; habitatores cū puulis & coniugibus ad ſe recurrentes: tribus ſolis ſportulis panū que uix ad eſū frum uno die ſufficere nt̄ quuor menſes indefinenter ſubſtentauit. ¶ Cū quida ei⁹ carnalis frater a iuliano ſperatore captus eēt: acceſſit ad conſolandum eum: & a tribuno reptus cū eodē iclusus eſt: media autem nocte angelus ianuas aperuit: & luce deſup ſiuſa celeſti oēs detētos liberauit. Qui poſtmodū predicās multos xp̄ianos confortauit: & iuuenē nomie philemonem ſe deridentem ad xp̄m conuertit. Et poſt multas exhortationes pluribus factas ad eremum rediit: & in ſancta quieſcētiōe ui tam finiuit. Hec heraclides.

¶ De ſcō apollonio pfeſſore. LXIIII.

Apollonius pfeſſor cum nullā artem ſciret: cibaria & medicamia laborantibus ex ꝓpria pecunia cōpabat ſingulaq; mōaſteria uſq; ad horā nonā qſi quotidie circuibat: & languentibus miniſtrabat. Hec heraclides.

¶ De ſcō leone papa. x. & pfeſſore. LXV.

Leo papa hui⁹ nois decim⁹ natione allemānus de lothoringia de maſo ſo romano pontifici i epiſcopatu romano ſucceſſit: & ſedit annos. v. meſes. 2. dies. vi. Romani eni ex praua conſuetudine: poſtq̄ ab imperatore henrico. 2. petiſſent ſibi pontificē dari: cum nullū teutonicog: ut ad hoc reciperet: poſſent inducere eū tulleñ brunonē noſe uirū ſimplicē ad hoc iclinarunt. Qui ad urbem ueniēs: & ex hoc ſcientiā habens oīno reſignauit. Et denuo ab oibus electus q̄ſi ſatis renitēs tandem multa populi iſtā tia acceptauit: & uocatus eſt leo ipſius nois decimus. Hic ſciſſime uite uir extitit: & pauperibus largas elemoſynas ꝓbens cunctis munificus admodū fuit. ¶ Hic etiam ex deuotione beati marci euangeliſte corpus ei⁹ uenetias ueniens uiſitauit anno dñi. 1050.

¶ Hic primus inter romanos pontifices ad ſuggeſtionē quorūdam ſannitū ꝑtra normanos: qui apuliam & terras eccleſie iuaſerant arma cepit: & cū allamanis quos ſibi ſperator direxerat hoſtib⁹ occurrit. Quod q̄ſi ſcō zelo fecerit eidē tñ male ſucceſſit: eo q̄ multos de ſuis in bello perdidit: & ſine effectu ad urbē rediit. Quod ideo ipſi cōtigit qa id non eius erat officii: neq; hoc illi permiſſum fuerat a dño qui ad pacē uenerat ſuoſq; magis ut ab aliis pateren⁹ q̄ ut alios ꝓſequerēt̄ premonuerat. ¶ Sanctus uero pontifex grauī langore detentus die tertio ante eius obitū ad ſe oēs epos & clericos cōuocauit: eoſq; i ſcē fidei religione cōmonuit & qualiter die tertia migraturus erat put ꝓuiſionē a dño habuerat eiſdē prenunciauit. Altero uero die in lecto decūbens ad eccleſiam apoſtolor⁹ pricipis ſe deportari iuſſit: ubi & ſepulchrum ſuū marmoreum deferri uoluit. Et de lectulo ſurgēs duob⁹ epiſcopis eum ſubſtentātib⁹ ipſemet ad ſepulchrū acceſſit illudq; bñdixit & ad lectulū rediit. Tota quoq; ipſa die & nocte populū cōgregatum ſalutiferis ſermonibus admonere nō ceſſauit. Die uero tertia de mane cōuocatis epīs & clero: miſſaꝫ ſibi celebrari fecit. Deq; de cōfonem ſacram ſuſcepit. Et erectus i lectulo ſuo ꝑſpiciens ad crucē diutius ꝑ ſe & oi xp̄iano populo orationē fudit: moxq; ſu pinus rediēs quaſi ſuaui ſōno ſoporatus feliciter ſpūm emiſit. Tunc oēs campane p urbem per ſeipſas ſonare ceperūt. Eadem hora albertus & .v. alii de tuderto in iſpa ciuita te uiderunt ſtratā palliis inumeris ornatam & coruſcam lāpadibus: per quam leo papa ducebatur ad celū. Et inuenerūt eū eadem hora e corpe migrauiſſe. Et cōcurrente oī populo ipſo die ſepulture ſue: deus per eū multa miracula oſtendit. Nam demoniacus quidā qui. viiii. annis obſeſſus fuerat liberatus eſt. Alius qui erat cec⁹ & mut⁹ ac ſurdus uidendi & audiendi ac loquendi facultatem accepit: multi quoq; alii a diuerſis infirmitatibus curati ſunt. Sepultuſq; ē i eccleſia beati petri manifeſtis miraculis clarens. Quie uit autem in domino. xiii. calen. maii. anno dñi. 1054.

¶ De ſcō timone diacono & mar͛. LXVI.

Timon diaconus & martyr de. vii. primis ab apoſtolis electus eſt: ut hētur act. vi. Qui prim⁹ apud beroam doctor reſedit. Ac deinde uerbum domini diſſeminans uenit corinthum. Ibiq; a iudeis & grecis ut traditur flāmis iniectus: ſed nihil leſus eſt. Dehinc cruci affixus martyrium ſuum impleuit. xiii. cal. maii. Hec hieronymus i martylogio.

¶ De ſcō timone epō & martyre. LXVII.

TImon epꝰ & martyr apud arabi am passus est: qui ex diaconatus ordine ad pontificatū urbis uesegorine: que ciuitas est arabie: electꝰ est. Qui ꝓ pfessione nomis dñi flāmis cōbustus martyrio extitit coronatus: & in ipsa ciuitate reconditus.

¶ De sanctis iulpitio & seruiliano martyribus. LXVIII

VIpitius & seruilianꝰ rome passi sunt. Qui ꝑdicatiōe & miraculis flauie domitille ad fidem xpi cōuersi sunt: que etiā ꝓpōsas eorum theodorā & euphrosynam ad agnitionē xpiane ueritatis & perseuerātiā uirginitatis conuerterat. Hi ambo sub pſecutione traiani impatoris a pfecto urbis aniano detenti: cum sacrificare nollent capite plexi sunt. Sepulti a xpianis in ꝑdio eoꝝ uia latina secundo miliario ab urbe. i2. calen. maii.

¶ De sancto marcellino episcopo & confessore. LXIX

MArcellinꝰ primꝰ epꝰ ebredunen ciuitatis fuit: qui dino iussu cum sociis suis domino ✝ & uincentio ✝ ex aphrica uenientes maximam partē alpiū maritimaꝝ uerbis & signis admirādis: quibꝰ usq; hodie refulgēt: ad fidem xpi conuertit. Hic inter cetera uirtutū ei⁹ ꝓconia a deo obtinuit: ut baptisterium quod ipse in eadē ciuitate condiderat: singulis annis in sabbato scō aquis diuinit⁹ & subito repleatur: & per septē dies pasche aqua exuberāte plenuꝫ pmaneat: quod usq; in diem hodiernū ibidem apparet. In eadē q; ciuitate quieuit in pace: ubi & sepultus est xii. calen. maii. Socii uero eius pſessores xpi in domino dormierunt apud clunensium urbem conditi. hec ado.

¶ De scō uictore epō. LXX

VIctor carthaginēn epꝰ floruit tēpore anastasii impatoris: qui ꝑclarus uirtutib⁹ & doctrina. Ad uersum arrianos ꝓposuit librū unū. De penitētia librum unū: i quo uiuendi regulā penitentibus iuxta scripturaꝝ auctoritatē instituit. Ad basilū quēdam sup morte consolatoriū libꝝ unū ipe resurrectionis pfectū & instructiōe munitū Homelias etiā: que a fribus salutis ꝑprie solicitis in libris digeste seruanē: qui &. i2. calen. maii carnis debitū soluit.

¶ De sācto symeone episcopo & sociis martyribus. LXXI

SYmeon archiepꝰ seleucie & cthesiphōtis regalium urbiū cum sociis suis apud persidē martyriū passus est sub rege sapore tēpore cōstantini: ut dicit⁹ in historia triptita: quo tpe armeni & indi primo ad xpm uersi sūt. Hic tanē regni ꝑditor cōprehensus ferroq; uinct⁹ in ꝑsidā duct⁹ est. De quo crimie purgatus: sed de xpianitate suspect⁹ cū de dño iesu xpo libera uoce & ꝓstantissime testaret & nollet adorare deū solē carcerali ergastulo cū aliis cētū: e qbus alii epi alii ꝓsbyteri alii diuersoꝝordinū clerici erāt: diebus pluribꝰ macerat. Vbi a quoda usurazadis seniore eunucho regis nutritore olim amico suo ui sitat: quē symeon despexit: nec uidere uoluit: eo q; olim xpianus fuisset: metuq; mortis solē adorasset ✝ Vnde ille ꝑsus resipuit: & ad regem accedens se xpianū publice ꝑstens decollat. Die uero sequēti que erat pasceue: symeon educt⁹ de carcere: cum nollet regi ꝑstire: cū oībus suis iussus est pariter capite cedi. Inter quos martyres erāt ✝ abdecalias ✝ & ananias epi seniores gloriosi: cuꝝ qb⁹ passus ē ✝ & pusitius artifex regis eo q; unū de seniorib⁹ expauentē gladiū ꝓstalset. Cui ꝓrata cervicē lingua eius inde extracta est. ✝ Et cū eisdem etiā passa est quedam filia ꝑsati pusitii sacra uirgo: q; passi sūt xi. calen. maii. Hec in tripartita.

¶ De sanctis oratore presbytero & sociis martyribus. LXXII

RAtor ꝑsbr̄: fortunat⁹: felix: & silinus atq; uitalis mr̄es apud alexandriam passi sunt. Qui multo tpe onerosis uinculis afflicti & durissima inedia macerati i carcere qeuerūt xi. calen. maii. ut dicit ado.

¶ De scō sothero papa & martyre. LXXIII

SOther papa & mr̄ natiōe cāpan⁹ ex pr̄e ꝓcordio de ciuitate fundana anicero pape i pōtificatu rōano succesſit: & sedit ānos nouem mēses. 3. dies. 2i. Hic ꝓstituit: ut nulla monacha pallas sacratas tāgeret: nec i censū i eccleſia poneret: & ut uelū portaret. Cōstituit etiā: ut legitima nō hēat uxor: nisi ꝑ sacerdotē fuerit bñdicta & a penitib⁹ solen niter tradita: & a panymphis custodita: cauens multis periculis que circa matrimonia contingere solent. Huius temporibus catha phryge heretici sunt exorti a phrygia prouincia unde habuerunt originem denomina ti: qui ꝓpiritum sanctum nec apostolis nec aliis datum asserunt nisi ipsis. Quorum auctores fuerunt montanus presbyter: prisca: & maximilla. hic fecit ordinationes tres per mensem decembrium presbyteros octo diacones nouem episcopos per diuersa loca numero undecim. Qui sub seuero principe martyrio coronatus est. Sepultusq; est in cimiterio calixti uia apia decimo calen. maii. Et cessauit episcopatus dies. 22.

¶ De sancto caio papa & martyre. LXXIIII

CAius papa & martyr natione dal
matinus de genere diocletiani i
peratoris frater gabini presby
teri de quo supra actum est. xi.
cal. martii ex patre gallo eury
chio hac pape in episcopatu romano successit.
Sedit. annos. xi. meses. 4. dies. viiii. Hic cō
stituit ut oēs ad ordines in ecclesia sic ascen
derent: ut si quis dign⁹ fuisset: primo hostia
rius: lector: exorcista: acolythus: deide sub
diaconus: & diaconus ac presbyter. Deinde
uero eps ordinaretur. Hic pstituit paganos
& hereticos uel iudeos nō posse xpianos ac
cusare aut uocem eis i famationis iferre. Itē
statuit ut nemo epm aut clericos apud iudi
ces seculares accusare plumeret. Hic etiā ro
me regiones diuisit diaconib⁹: ut gesta mar
tyrum pquirerent & pscriberent ac etiā alia
negocia ecclesiastica pertractarent. Hic qꝫ se
cit ordinationes. 4. per mēsem decēbriū pre
sbyteros. xxv. diacones. viii. epos per diuer
sa loca numero. v. Qui fugiēs persecutionē
diocletiani i cryptis habitado martyrio co
ronat. Et sepultus ē i cemiterio calixti uia
apia. x. cal. maii. Et cessauit epatus dies. xi.
Hic contra hereticos epistolā edidit de uer
bi dei incarnatione fidē catholicā ptinentē.

¶ De scō caio pbytero & pfessore. LXXV.

CAius presbyter & cōfessor rome
claruit sub tpe zepherini pape.
Qui sapiētia preditus aduersus
proculū mōtani sectatorem inli
gnē habuit disputationē quā in
unum redegit uolumen. In qua inter cetera
scribit epistolaꝫ pauli que inscribitur ad he
breos eiusdē nō fuisse: quā etiā apud roma
nos quasi pro sua nō haberi usq; ad sua tem
pora beatus scribit hieronymus: q eundem
caium inter illustres suo libro pmemorat.

¶ De scō leone papa primo. LXXVI.

LEo papa huius nominis primus
natione tuscus ex pfe quriano fi
xro. iii. pape in episcopatu roma
no successit & sedit ānos. xxi. mē
ses. i. dies. xxvii. Hic post cladē
uādalog renouauit oia sacra misteria argē
tea. Cuius tēpore quarta synod⁹ chalcedōn
650. epoꝝ celebrata est istantia leonis pape
mandāte martiāo imperatore. In qua eutyces
constantinopolitanus abbas & dioscorus a
lexandrinus episcopus q dicebant unā ue
bi dei & hominis eē naturā damnati sunt. Et
rursum nestorius & eius error dānatus est:
& diffinitū est predicari in xpo duas naturaꝫ
dei & hominis & unā personā: Hic leo scissi
mus cū contra fabianū & eutyceē epistolā
ad dictum chalcidonense pciliuꝫ scripsisset
eandem anteq̄ mitteret epistolam super alta
re sci petri apostoli ponens: & per dies. xl.
seiuniis & orationib⁹ iisistens rogauit aposto
lum: ut siquid esset in eadē epistola emendā
dum ad fidei pp quā scripta erat: informatio
né ipse corrigere dignaret. Quod & factum
est. Nā in fine. xl. diez inuenit epistolā i om
nibus ad propositū emēdatam. Hoc ipsum
bō sibi reuelante apostolo. ¶ Huius pape
manū cū quedam femina cōicando cū aliis
die pasche osculara esset: tantā ex hoc tenta
tionē in carne pcepit: ut manū que occasio
fuerat scandali amputaret: uerū cum tumul
tus cōtra eū inualesceret: eo q̄ non celebra
ret: ipse i angustia pstitutus beate marie uir
gini se ꝑmisit. Cui uigiliis & orationibus in
tendenti beata uirgo manū portans uisibiliter
appuit: & sibi suam manū apposuit. De
quo nō solum scūs pontifex gratias egit: ꝫ
etiam miraculū frequenter publice predica
uit. ¶ Cum autē totilla rex uandalog italiā
uastaret: & per triēnium aquileiam obsidēs
cepisset: & ferro ac igne ipam cum multis a
liis ciuitatib⁹ pstrisset: timēs leo scūs ne ro
mam ueniens idem faceret eidem occurrit:
ubi circa padū morabatur: & nō solū rome
sed etiā totius italie salutem reportauit. Et
mirantibus barbaris cur sic honorifice totil
la papam ꝓra consuetudinē recepisset: & in
omnibus exaudisset: respondit quēdam uul
tu terribilē pape astitisse: & morte sibi ꝓ
nantem nisi ei in oibus obedisset: unde stati
de italia exiens pānoniā rediit. Sanctus aūt
pontifex cū eēt apud senon galliaꝫ ciuitatē
in dño qeuit. x. cal. maii. Et corp⁹ eius ro
mā trāslatū sepultū est in ecclesia sci petri a
postoli. ¶ Hic scripsit epistolā martiano au
gusto eiusq; ꝓugi pulcherrime oēm fidē ex
ponēs. Et misit epistolas ad fabianū epm cō
stantinopolitanū. viii. Inter quas scripsit u
nam preclarā aduersus eutyceē de incarna
tione dñi: in qua ei⁹ blaiphemiā redarguit.
Scripsit & aliā epistolā ad chalcidonēn con
cilium de qua superius actū est.

¶ De scō agapito papa & pfessore. LXXVII

AGapitus papa huiꝰ nominis pri
mus natiōe romanꝰ ex patre gor
diano presbyter cardinalis eccle
sie icōp ioānis & pauli ioānī pa
pe ii. o i epatu romāo successit: &
sedit annus. 1. meses. xi. dies. xviii. Hic cōsti
tuit ꝓcessiōes fieri dieb⁹ dñicis. Anno uero
iustiniāi ipatoris. vi. theodoricus rex italie
& ostrogothoꝝ regina ꝫ amalasuntā matrē
athanarici regis in exilium duci & i balneo
strāgulari fecit: propter qd timēs trā ipato
ris: agapitum papā constantinopoli direxit
quatenꝰ sibi ipunitatē a principe ipetraret.
Cui adhuc in uia existenti in partibus gre
ciarum oblatus ē mutus & claudus curan
dus: qui nūq̄ neq; loqui neq; ambulare po

ruerat : pro quo sanctus pontifex ofoné fudit:& missaꝝ solénia celebrauit : qua missa peracta claudo manū porrigens mox illum erexit:& dū ios eius credentis corpus dñi cum posuisset:eidem lingue usum continuo cōcessit:ut dicit gregorius.3.dialog.cap.3.

¶ Veniens igitur ad impatorē cū gloria susceptus est.Cū quo collocutione habita de fidei integritate:repperit eū eutycetis errore maculatum:a quo primit' graues minas accepit : unde & eide3 scūs antistes tale uerbum prulit:q̄ desiderauerat uidere iustinianum:& inuenerat diocletianū.Disputatione tandē habita impatorem ad ueritatis catholice pfessionem reuocauit:multos quoq; eadem heresi infectos conuertit. Antoninum quoq; eiusdem urbis regie epm ipsi' heresis defensorem publice cōuictū a cōione priuauit:quē ad eius instantiā impator in exiliu3 misit:mensāq; uig catholicū eidem ecclesie pfecit. Omnibus quoq; que popolserat plenius obtēsis:beatus pōtifex lāgore pstus ibidem occubuit.io.calē.maii.Cui' corpus loculo plūbeo reconditū romā; transuectu3 sepultum est in basilica beati petri.

¶ De scis sedecim milib' mrtib'. LXXVIII

SEdecim milia martyres: ut dicit hieronym' passi sunt apud persidam sub sapore rege pfaq;. Qui eiusdē iussu in oibus ciuitatibus regni sui eadē die qua passio dñi eodē ānno occurrebat.s.die paſceue a paganis tenti quotquot xpiani inuenti sunt per diuersa supplicia usq; ad preſatū numer' trucidati fuerunt.Numer' quoq; occisoꝝ i scriptis regi oblatus ad pdictā summā deueniſe cōptus est. In qb' multi ex regalib' interfecti fuerūt:inter quos fuit ✣azar' eunuch' regi gratiſſim':& quedā regina soror ſymeonis epi noſe tarbua ✣ cū quadā pediſequa sua ſtipitib' affixe ſerra secate sunt . Eodem etiā die passus é nichor epūs ✣ cū marea diacono ✣&clericis circa.250.&.50.mōachis ac sacris uirginib' plurimis: nec nō mileſi' ✣olim miles perſaq; inclytus: q relicta milicia in ciuitate p'ſica epūs fuerat ordinatus. Acepsima quoq; epūs ✣ & iacobus pbē su' ✣& alii religiosi uiri q̄plures. Qui oēs eodem die p diuersa loca'.ut dictū est ex diuersis ſuppliciis interierunt : uidelicet decimo calen.maii.

¶ De ſanctis parmena preſbytero & ſociis martyribus. LXXIX

PArmenas & elimas & chryſotelus pbēri:& lucas ac mutius diaconi sub decio cesare apud cordulam pfaq; ciuitatem passi sunt Qui omnes una cum pollochronio epo tēti sunt in ciuitate pfaq; babylonia ab eodē decio & pluribus diebꝰ in carcere detenti. De cius quidē pollochroniū decollari iussit:ut in eiꝰ passiōe superi' actū est.15.calē.martii Parmene uero lingua precidi fecit:qui nihilominus expedite ut pri' loquebatur. Post hec pagrans decius ad cordulā ciuitatē parmená & socios preſbyteros ac diacones uinctos catenis secum adduxit: quos ibidem ſibi preſentates & diis imolare libamia recuſantes i equuleo leuari fecit. Et cum diu tortideo gratias agerent: mirabatur cesar parmenam abſciſa lingua loquentem artiq; magice deputabat:& fecit eos lampadibus exuri:laminaſq; ardentes eorum lateribus apponi:atq; unguibus lacerari. Que omnia ſancti martyres uoce celica confortati conſtantiſſime ſuperarunt. Tunc eos equuleo depoſitos fecit decius omnes pariter decollari . Quorum corpora ſancti abdon &ſenen ſub regule rapuerunt:& in predio ſuo iuxta ciuitatem cordulam ſepelierunt. Qui paſſi ſūt decimo calē.maii.

¶ De ſancto epipodio martyre. LXXX

EPipodius martyr apud lugdunum gallie paſſus est:qui perſecutione antonini ueri impatoris poſt glorioſos quadragintaocto martyrum agones: de quibus infra dicetur octauo calendas maii cum alexādro chariſſimo collega ſuo detentus & i carcerem cum eodem miſſus eſt. Ipſo uero alexandro interea in cuſtodia uinculato epipodius eductus cum chriſtum dominum confiteretur:primo pugnorum ictibus ore cesus:deinde in equuleo tort' nouiſſime martyrium capitis abſciſione compleuit decimo calen.maii.

¶ De ſancto georgio martyre. LXXXI

GEorgius martyr ciuitate cappadocia oriundus ab infantia xpianus tribunus militum fuit tēporibus diocletiani & maximiani i prouincia libye iuxta ciuitatem lyſiam ſtagnum ad inſtar maris: in quo draco ingens latitabat:q populū armatū cōtra ſe uenientē in fugā uertebat:& ad muros urbis uenientes flatu multos pimebat. Quapropter ppuliſus popul' duas oues quotidie ei dabant:& ſic eius furorem ſedabant. Cum igit' oues deſiceret:ouē cū hoie adiūcto tribuebāt:& ſortib' miſſis cūctoꝝ ciuiū filios & filias ei dabāt:ſorteq; neminē excipiebat. Cōſūptis igit pene oibus ciuiū natis filia regis unica ſorte deprehenſa eſt : & draconi adiudicata . Rex aūt auri & argēti copiā ppō offerebat ut filiā eius dimitteret:populus uero furēs regi rūdebat.q oēs filii eoꝝ extincti fuerant & q̄ ipe rex hoc edictū poſuerat unde filia3

eius ab hac lege immunē nullatenus esse uo lebant. Alioquin regem cum palatio & omni familia incensuros comminabantur. Cum autem multis precibus rex ab eis spatium viii. dierum obtinuisset: ut iterum filiam suā lugere posset: ꝑpulsus tandē filiā regalib⁹ i dutā eis tradidit quā ꝑ's extra muros dra coni expositā: omni populo sup muros ad spectaculū cōcurrente. Quā cum scūs geor gius illac transitū hēns flentē uidisset: & qd haberet interrogasset. Illa fletus sibi cām ex plicauit: & ut uelociter abiret: ne una secum piret admōuit. quā scūs miles hortari cepit eā; in xp̄i nomine se iuuaturū obtulit. Illa uero econtra: ut abiret suadebat eo ꝙ ipsū secum piclitari nolebat. Dum hec loqueren tur ecce draco caput de lacu leuauit. Geor gius uero confestim equū ascendit & cruce munit⁹ audacter draconē ꝑcutit: & lanceam uibrans seq; deo ꝑmedans ipm grauiter uul neravit: & ad terram deiecit. Deinde edūcto ense caput ei⁹ uno ictu amputauit: quē q̄t tuor paria boū uix traxerūt ad ignē: popu lus uero uiso tanto miraculo ad predicatio nem beati georgii xp̄o credidit: & baptizati sunt decem milia uiroꝝ exceptis puulis & mulierib⁹. Rex uero ecclesiam i honore dei genitricis mire magnitudinis construxit: de cuius altare fons emanat uiuus cuius potus omnes languidos sanat. Insup infinitā pecu niam sc̄ō obtulit quam ille accipere nolens pauperib⁹ dari fecit: & rege ac populo dili genter admonitis inde recessit. ¶ Cum aut̄ beatus georgius in ciuitate militena tribu natus officio fungeret: & dacianus quidam preses xp̄ianos ultra modū persequeretur. Georgius oia sua pauperib⁹ distribuit: mili tarem habitū depositi: xp̄ianum assumpsit: & ad presidē accedens oēs deos gentium de monia exclamauit. Cum autem preses illū i xp̄i fide cōstantissimū repperisset: eūq; ad se inclinare non posset: iussit eum primo fusti bus cedi. Deide in equuleo leuari: & mēbra tim corpus ei⁹ ungulis laniari appositis in super ad latera eius facib⁹ patentibus uisce rum rimis sale plagas ei⁹ fricari fecit: & sic in carcerem trudi: ubi xp̄o dño sibi appente ꝑorratur eiusq; uulnera solidantur. Quod cū dacianus die sequenti uidisset: magum ad uocauit q magiā georgii suis artibus supe raret. Ille uero bis uenenū pessimum uino misc̄uit: qd scūs signo crucis edito sine ulla lesione tam primo q̄ scdo degustauit. Quod ✠ magus ille cernēs ueniā petiit: & in xp̄m credens a preside capitalem sententiam acce pit. ¶ Post hec georgium fecit in rota liga ri gladiis acutis undiq; circūsepta: sed stati oratione fusa rota frangitur & scūs illesus penitus inuenitur. Quod cū quidam magi ster militum nomine ✠ magnētius aspexiſ set: cum omni officio suo credidit: quos oēs similiter dacianus decollari mādauit. Geor gium uero iterum in custodia recluſit. Ad quem ueniēs uidua quedam filium suum ce cum mutum surdum & claudum eidem ob tulit: quem scūs i xp̄i nomine ab omni pas sione curauit & ipsum cū matre & aliis mul tis ad xp̄m conuertit. Quod cum dacianus audisset ipsum eductum cōrā se p̄sentari fecit & hortabatur ut sacrificaret. Cui geor gius respondit: ꝙ si omnis populus cōueni ret ipse ad templum apollinis accederet: ut eius oipotentiam coram multitudine cōpro baret. Iussu ergo p̄sidis puenit omnis po pulus ciuitatis. Sanctus uero martyr tem plum ingressus apollini mandauit: ut qualis de⁹ esset mānifesti⁹ explicaret. Qui se & om nes deos gentium demones esse asseruit: ad hoc intendentes ut animas hominū decipiāt & ad inferna demergant. Statimq; ignis de celo cecidit: & omnia idola cum sacerdoti bus ꝑcremauit. Tunc iratus preses iussit sar taginem pice & sulphure liquefactis plenā adduci: & georgium intus factari. Angelus uero dñi de celo descendit: & igne extincto sartaginem tepefecit: & sanctus illesus per mansit. Quod uidens ✠ alexandria uxor p̄ sidis christo credidit & uirum de impietate redarguere cepit. Quam ille per capillos fecit suspendi & durissime cedi. Et dum ce deretur emisit spiritum. Sequenti uero die preses iussit georgium misso freno i ore ei⁹ per totam ciuitatem trahi: & post hec extra ciuitatem adduci & ibidem decollari. Qui oratiōe sua uoce sibi de celo lapsa a domino imperauit: ut quicunq; eius implorarēt au xilium p̄titionis sue consequerētur effectū Sicq; capitis abscisiōe martyrium consuma uit: circa ānos domini. 291. nono calē. mai. Dacianus uero de loco in quo sententiam p tulerat domū rediens igne celesti cum mini stris consumptus est. ¶ Huius martyris le genda in niceno cōcilio inter apocrypha cō numeratur: eo ꝙ in eius martyrio multa di uersitas inueniturtā ex parte loci quam ex parte modi & tā ex parte temporis quam ex parte iudicis. Nam in calendario bede dicit ꝙ passus est in persida ciuitate diospoli que prius lyda dicebatur. Et est iuxta ioppem. Alibi ꝙ passus sit sub diocletiano & maxi miano imperatoribus. Alibi ꝙ sub dioclе tiano imperatore persarum presentibus sui imperii regibus. 70. Alibi ꝙ sub daciano p̄ side in ciuitate militena imperatoribus dio cletiano & maximiano. Ex diuersis igitur legendis ea que magis autentica uidentur: circa ei⁹ martyrium & miracula ostēsa hic collecta sūt: multis dissonis & incredibilib⁹

omissis & diuersitatibus pro posse ad cõcor
dantiam reductis.

¶ De sancto malachia propheta. LXXXII

Malachias ꝓpheta post regressum populi iudeog de captiuitate babylonica natus est in iudea in solphim: que quia optime uite fuit & aspectu decorus: populus appellauit eũ malachi. i. angelus. Que quidez ex hebreis autumant fuisse esdram scribã: q ex cognomine dictus fuerit malachias. i. angelus dei. Sed hec opinio a iosepho reprobatur: eo q̃ ut dictũ est: malachias post populi reuersionem in iudea natus est. Tradut etiã: q̃ quecũq; prophetice dicebat: eadẽ die angel⁹ dei apparens populo reiterabat. Dirigitur aũt eius ꝓphetia ꝑcipue ad sacerdotes: qui increpans a dño per os ꝓphete: eo q̃ sacerdotalis muneris gratiã cõtemnẽtes circa sacrificioq; exhibitionem in offerẽdis hostiis uitiosis & maculatis legẽ dei preuaricabant. Reliqua aũt que eius lectione comprehensa sunt: preuaricatione populi israel in obseruãdis mãdatis dei: increpationeq; quoq; populi qui dos alienos coluerũt: significãt: nomen quoq; dñi altissimi magnũ predicatione apostolica futuꝝ: i gentibus ab ortu solis usq; ad occasum manifeste ꝓnunciat. Propheta ut aũt tẽporibus esdre sacerdotis & neemie sub artaxerxe persaꝝ rege: postq̃ tẽplum dñi in hierusalẽ fuerat edificatum. Et mortuus est: dũ adhuc iuuenis esset esdra iã sacerdote humanis exempto neemia adhuc superstite. Sepultusq; est in agro ꝓprio i solphim que ciuitas est iudee dicta postmodũ ramatha siue arimathia. Dormiuitq; in dño 9. calẽ. maii. Hec ioseph⁹ & hieronymus & ex historia scholastica comestoris. Hic enim⁹ propheta ultimus in numero. xii. reperitur: qui ecclesiasticus. 49. in sanctorum patrũ catalogo describuntur.

¶ De sanctis felice presbytero & sociis martyribus. LXXXIII

Felix presbyter fortunatus & archileus diaconi & martyres a sãcto hyreneo epo lugdunẽn ad urbẽ ualẽtiam que est ciuitas hispanie ad predicandũ missi: maximã partem eiusdem urbis cõuerterunt ad xpm. Inde a duce cornelio in carcerẽ missi: deide in ꝓfessione nois xpi neruis durissime ac diuti⁹ uerberati: ac postmodũ uinctis post terga manibus rhenib⁹ cruribusq; ꝓtractis circa rotaꝝ uertigine astricti: ut in ipsis rotis quasi contexti uiderentur. Successiue quoq; equulei extensione suspensi: fumoq; subterposito die & nocte integra uexati. Ad extremum gladio consumati sunt nono calendas maii.

¶ De sancto alexandro martyre & sociis eius. LXXXIIII

Alexander martyr cũ sociis apud lugdunũ gallie passus est sub antonino uero imꝑatore. Qui cum sco martyr epipodio ꝓpheũs & in carcere cõpedit⁹: ut dictũ ẽ supra. so. calẽ. maii die tertio a passione ipsi⁹ epipodii educt⁹ de carcere: primo crudelita te uerberantiũ adeo laniatus est: ut cute soluta costaꝝ patefactisq; uisceribus interiora corporis ꝑderent: deinde crucis affix⁹ pati bulo beatũ spiritũ exanimatus emisit. Passi sũt aũt eo. ⸗ & alii. 48. sepulti ex utroq; altaris latere in crypta que in colle suppositio ciuitati pulchro & antiquo ope ꝓstituta est Qui passi sunt. viii. calen. mai.

¶ De sancto melito epo. LXXXV

Elit⁹ astan⁹ sardinen ecclie epꝰ ionis euãgeliste discipul⁹: q ei⁹ gesta ꝓscripsit: tpe marciãtonii ipatoris floruit: q multa utilia opuscula ecclesie dedit. Nã ꝑato principi ꝓ xpiana religione libꝝ apologeticuꝫ scripsit. Extare dicuntur & alia: uidelicet de pascha libri duo. De optima cõuersatione liber unus. De prophetis liber un⁹. De ecclesia liber unus. De sensibus liber unus. De anima & corpore liber unus. De lauacro siue baptismo liber unus. De ueritate liber un⁹ De generatione christi liber unus. De ꝓphetia eiusdem liber un⁹. De hospitalitate liber unus. Item liber qui clauis intitulat. De diabolo liber unus. De apocalypsi liber unus. Eglogaꝝ libri sex. Huius elegans & declamatorium ingenium tertullianus cauillat i libris septem: quos pro montano aduersus ecclesiam edidit: dicens illum a plerisq; pro phanum reputari. Quieuit in christo sanct⁹ melitus octauo calen. maii. Hec hieronym⁹ libro de illustribus.

¶ De sancto marco euangelista. LXXXVI

Marcus euangelista discipulus & interpres petri apostoli & eiusdem in baptismate filius leuitic⁹ genere & sacerdos legalis: discipulus apostolorum post passionem domini effectus: cum beato petro romam profect⁹ est eidem fideliter adherens: Vbi cum petrus christi euangelium predicaret: rogatus a fratribus qui erant rome: beatus marcus breue euangelium ad perpetuam memoriam: prout ex ore petri audierat fideli stilo latino ꝙ sermone conscripsit. Quod uidens petr⁹ approbauit: & ecclesie legendum sua auctoritate tradidit. Videns autem petrus marcum in fide constantem ipsum protoepiscopũ aquileiam destinauit. Quo cũ uenisset marc⁹ i suburbio ciuitatis

rep̄it iuuenē leprosum atthausphū filiū ul
phi. Qui i xpi noie a lepra mūdauit: & ip̄m
cū patre & omni ei⁹ familia ad fidē xpi con
uersos sacri baptismatis unda perfudit. Ibi
quoq; sua predicatiōe ifinitū populum xp̄o
dño acquisiuit. Ibi etiā euangeliū suum qđ
alias rome latinis litteris cōscripserat: itē
greco eloqo exarauit. Quod usque hodie in
aquileieñ eccl̄ia cū fede eburnea in qua se
dens illud scripserat demōstrat. ¶ Cum er
go beatus marc⁹ ad magr̄m reuiseñdū post
aliquot ānos uellet accedere. Hermagoram
ciuē aqleieñ eius discipulū a populo i pon
tificē electū: romā secū adduxit: ipsumq; lo
co marci i ep̄m p̄secratū: beatus petr⁹ ad gu
bernandā aqleieñ eccl̄iā destinauit: mar
cum uero dīna admonitiōe ad predicandum
alexandriā misit. ¶ Tante aūt humilitatis e
uāgelista dñi fuisse dicit: ut sibi pollicē āpu
taret ne ad sacerdotiū quasi manē ꝓmoue
ri posset: ueꝝ dispositio dei & auctoritas pe
tri ꝓualuit: ut nec sic amitteret i ope qđ me
ruisset in genere: mox aūt ut scūs alexādriā
ueniēs de naui egressus ēt calciamētū ei⁹ di
ruptū est. Quod cuidā calcifici nomie ania
no iuxta portā ciuitatis habitāti tradidit re
sarciēdū. At ille calceū emendās in laborā
do subula sinistram manum grauiter uulne
rauit: & pre dolore: un⁹ de⁹ uoce magna ex
clamauit. Cū aūt beat⁹ euangelista uni⁹ dei
nomē audisset gauisus est eo q̄ ꝑsperū fecis
set dñs iter: suū expuēs: q; i terrā fecit lutum
ex ꝑuto: & i xp̄i noie unxit manū uiri & sta
tim sanata ē. Quē anian⁹ i domū suā introdu
xit. Interrogās qs: uel unde esset illud nomē
qđ tantā efficaciā haberet. Cui beat⁹ marc⁹
xp̄m dīm predicauit & ip̄m cū omni domo
sua baptizauit. ¶ Deinde ingressus ciuitatē
euangeliū predicabat & omnes infirmitates
curabat ac demones effugabat: etiā mortu
os suscitabat. Sicq; doctrinis & uirtutibus
infinitū xp̄o populum acquirebat. Et ut scri
bunt de eo philo iudeog; doctor & papias
eps hieropolitan⁹ ad tantam p̄fectionē uite
xp̄ianos quos ꝑterat adduxit: ut uitam a
postolica primitiue eccl̄ie sectātes omnes
cōmuniter uiuerēt & nemo qcq̄ ꝓpriū pos
sideret: monasticū quoq; ordinē primus egy
ptijs tradidit: & sacre professionis regulam
multis instituit: unde & postmodū i egypto
mōachoq; cenobia & cellule ifinite excreue
rūt. Sicq; scūs euāgelista omēs pene egypti
urbes lustrauit: & i pp̄is gentilib⁹ uerbū
dñi semiauit. ¶ Veꝝ cum multi de ciuitate
alexandrie gentiles deoq; suoq; emulatiōe ei
insidias posuissent: beatus marcus loco sui
anianum olim calcificē episcopū ordinauit:
tres quoq; presbyteros scilicet melitū⁵ sani
num & cerdoniū &. vii. diacones & alios. 12
clericos eidem ad eccl̄ie ministeriū adiun
xit: & inde occulte discedēs pentapolim per
rexit: ubi & biēnio christū euangelizans p̄
mansit. Et multitudine ibidem gentiliū con
uertit: eccl̄ias plurimas fabricauit: & ordi
natis epis & p̄sbyteris p̄ ciuitates illas post
duos annos alexandriā rediit. Et cum multi
plicatos fideles ꝑperisset deo gr̄as egit. Pō
tifices autem idoloꝝ eum comprehēdere co
nabant. ¶ Cum aūt⁹ in solēnitate paschali
que āno illo .24. die aprilis ocurrit missam
fidelibus celebraret: & eadē die festum sera
pis dei egyptioꝝ pagani colerent: cōueniēs
multitudo gentilium ad eccl̄iam que erat
iuxta portū ubi euāgelista dñi sacra myste
ria pagebat: miserunt funē in collo ei⁹ & ip̄s
per rupes & saxa trahebant ad locū⁵ qui di
citur buculi dicētes: q; trahebant bubalum
ad loca buculi. Carnes autem eius in terra⁵
fluebant & saxa iſciebant sanguine: uesp̄re
autem facto miserunt eum in carcerem: ubi
custodib⁹ appositis & nocte dormiēt̄ib⁹ pri
mo angelica uisione ꝑfortatus ē. Deinde cir
ca nocte mediam ip̄o dño xp̄o sibi cum igē
ti lumine apparente: & pacem sibi annūcian
te: ad celestia regna inuitatur: mane aūt fa
cto funē iteꝝ in collo eius mittunt: & iterū
huc illucq; certatim ꝑtrahunt. Qui gratias
agēs deo & spiritū suum dño ꝓmendās bea
tam xp̄o animā reddidit. Cū autem gentiles
corpus eius uellēt cōburere subito aer tur
batur: grādo exeritur: tonitrua ītonant: ful
guraq; coruscant. Ita ut cūcti timentes cor
pus dimitterent. Quod xp̄iani rapuerunt &
in loco ubi eccl̄iam ꝑstruxerat: i loco bu
culi tumularunt: ubi quieuit usq; ad tēpus:
quo inde ip̄m ueneti uenetias trāstulerunt:
ut supra dictū est: in eius translatiōe pridie
cal. februarii. Passus est aūt beatus euange
lista. vii. cal. maii. Circa annos dñi. lxiii. ui
delicet octauo neronis anno. In loco aūt p̄
quē tractus fuit: siqs in die passionis ei⁹ her
bam ibi nascentē lacerauerit sanguinem ui
uum emittit.

¶ De scō adelberto epō & mr̄e. LXXXVII.

ADelbert⁹ eps & mar̄ de partib⁹
sclauonie nobilib⁹ parētib⁹ na
tus ab archiepiscopo partheno
polis noie adelberto ab infantia
educatus & doct⁹ eiusq; noie no
cat⁹ ē. Qui a iuuenilib⁹ ānis elemosynis & o
rationib⁹ ac ieiuniis ītēt⁹ liberalib⁹ & catholice
fidei disciplinis ibut⁹ magr̄ fuit scholaꝝ ipa
toris othōis. Defuncto aūt scō epo adelberto:
iuuenis sub epo pragen̄ miles efficit tpalis
q militiā & ipatoris curiā strenue guberna
bat. Cū aūt episcopus prage ciuitatis obis
set: & populus cuꝫ clero de eligendo pasto
re tractaret die quodam dominico demon

per os cuiusdam obsessi ad ecclesiam delati clamare cepit: se nullum timere nisi adelbertum militē: qui cathedram epalem erat ascensur⁹: & ipse ab eodē pfestim eiiciendus Statiq; uocato adelberto oppidus liberat: & ipse in epm ab oibus eligit: quod dū otho i perator tūc existens uerone audisset: gratissimum habuit: & ipm cōtinuo pcrari mādauit. Qui sact⁹ eps diuinis opib⁹ uacabat: & pdicationi iugiter insistebat. ¶ Sed cū populum uitiis obstinatum corrigere nō posset: relicto epatu romā accessit & dispensatione romani pōtificis obtēta pegrinari ad temp⁹ decreuit: oibusq; pauperib⁹ errogatis puenit ad montē cassinū: ubi cōilio fretus abbatis tulli q secundū regulā basilii cū monachis ibidem deo seruiebat: acceptis ab eo epistolis romā rediit: & dispensatiōe papali ad abatē leonē accessit: a quo & monach⁹ factus fuit: ubi dudū existens quandā illustrem dominam romanor⁹ que nimio langore derēta p annū pane nō gustauerat: oī one sola sanauit. Verū cū ab archiepō maguntino ei⁹ metropolitano iteg; ad suū epatum peteret: iussu summi pontificis licet satis renites ad epatū reuersus est: ea tñ pdictione: ut si populum oino incorrigibile inueniret: ad monasteriū sibi redire liceret. ¶ Cū aut̄ existens prage die quadā nobilē domina i adulterio deprehensam ad se ut patrē misericordie pfugiētē in monasterio uirginū incluisset: eaq; inde uiolēter rapta pentes ultores sceleris decollassent: turbatus adelbertus epatui resignauit: & roma regressus monasteriū suū repetiit: ubi postq; modico tpe pmoratus fuisset saluti aiaq; intendens assūptis secū gaudētio eius germano & monacho ac quodā benedicto pbsbro ad predicādū pollonia adiit: sed a duce balistano repulsus cunctas regiones illius pagrauit. Et cū iuxta uillā p planicie quandā pgeret: sociis alibi dimissis ab itide libus tētus lācea transfix⁹ diriscq; uulnerib⁹ pfossus atq; demū capite cesus martyriū cōsumauit seria sexta. 7. calē. maii. Cui⁹ corp⁹ pragam translatū ibidēq; pditū requiescit. ¶

De scō cleto papa & martyre. LXXXVIII

CLetus papa & martyr natione romanus de regione uicopatricio patre emiliano: lino pontifici in epatu romano successit: & sedit annos septē mensem unū dies. xi. Hic ex pcepto beati petri apostoli. xxv. presbyteros ordinauit in urbe roma mensis decēbr. Hic pōtifex prim⁹ i lris suis posuit salutē & apostolicā bñdictionē. Qui ēt oib⁹ populis scribens approbat & cōmendat pegrinationes ad scōs & maxime ad limina scī petri: asserens q; ualidior est ad salutē sācti petri uisitatio q̄ ieiunii duor⁹ annor⁹. Et ilos etiā anathemate subdit: q uisitationē apostolor⁹ impediunt uel dissuadent. Dicunt quidā: q; linus & clet⁹ petri successores nō sederunt ut pontifices sed ut petri coadiutores. quib⁹ beatus petr⁹ in uita sua credidit dispensationē ecclesiasticaq; rerū. Ipse uero tantum pdicationi & oroni uacabat: ppter quod tanta auctoritate dotari meruerunt ut in catalogo pontificū ponerent. Clemētem uero ipse beatus petr⁹ successorem sibi constituit: licet aūt hec ueritati nitantur: tamen ut ait hieronymus beat⁹ clemens spūsancto plenus timēs ne apostolica ordinatio posteris tēporibus transiret in uitiū: ut quidā hereditariū munus putātes minus de dei cogitarent electione: linū & cletū ante se coegit pontificare. Et sic clemens primus fuit p petri electionem: tertius uero per gradū. Beatus aūt cletus tpe titi & uespasiani impatorū martyrio coronat⁹ est. Sepultusq; est iuxta corpus beati petri in uaticano. 6. calē. maii Et cessauit epatus dies. 35. ¶

De scō marcellino papa & mrē. LXXXIX

MArcellinus papa & martyr natione roman⁹ ex pre decto de regione capritauri caio pontifici in epatu romano successit: sedit q; annos octo mēles. 2. dies. 25. Quo tēpore fuit grauissima psecutio xpianor⁹ sub diocletiano & maximiano ipatoribus: ita ut infra unū mensem. xvii. milia hominū pmiscui sex⁹ p diuersas puincias martyrio coronarent xpiani. Qūa de re & ipse marcellinus ad sacrificiū ducē⁹ est: ut thuri ficaret. Et mortē expauens compulsus a dioclet iano duo grana incensi posuit idolis. Postea uero penitentia duct⁹ in campania corā 20. epis ore pprio penituit & cinere capite aspersus ac ci.icio indutus se peccasse pfitēs epis iudicandū suppposuit dicens se paratus ad oia que sibi imponerent. Illi uero eidem responderunt: q; summus pontifex a nullo iudicandus esset. Nam si ipse negauit & petrus etiā magister suus negauerat: quē tñ nullus apostolor⁹ iudicare psumpserat: sed egressus foras amare defleuerat. Ipse ergo suam causam colligeret: & ore pprio seipm iudicaret. Tunc marcellinus ob scelus idolatrie iudicauit se deponēdū: anathematizauit etiā quicūq; corp⁹ suum sepulture traderet. Sicq; pergens ad diocletianum se christianū cōfitens cū claudio ✝ & cyrino ✝ & antonio ✝ diaconibus capitalem excepit sentētia: sicq; martyrio coronat⁹ est. 6. calē. maii. Hic etiā fecit ordiatiōes duas p mēse decēbr. pbyteros. 4. diaconos. 2. epos p diuersa loca mūero. 5. ¶ P⁹q̄ ät decollat⁹ fuisset: & corp⁹ ei⁹ xxx. dieb⁹ ad exēplum xpianor⁹ i platea iacuisset: nocte apparuit p uisum beat⁹ petr⁹

apostolus marcello ꝓsbytero: eidē marcelli no in ecclia succeſſuro interrogās q̄re corpus ſuū inhumatū nō ſepeliret. Et ſe petrū apostolū eē dixit. Qui cū rūderet: q̄ corp⁹ ſuū ita dudū ſepultū fuerat. Apostolus ei de dit itelligere q̄ dicebat de corpe marcellini Cū aut̄ marcellus dixiſſet q̄ ipſm ꝓpter ſententiā excōicationis ſepelire nō auderet: audiuit ab apostolo q̄ omnis q̄ ſe humiliauit exaltabitur: & q̄ multū ſe marcellin⁹ humiliauerat: q̄ ſe indignum ſepultura iudicauerat. Admonēs ut ipſum iuxta ſe tanq̄ martyrē & ueg⁹ pontificē tumularet: ut quos iuſtificabat gr̄a nō diuideret ſepultura. Marcellus ergo cū lucina & preſbyteris ac diaconi bus noctu corp⁹ accepit & iuxta corp⁹ beati petri i uaticano ſepeliuit. Ab eodē die ceſſauit epat⁹ annos. vii. menſes ſex. dies. 25. ꝓpter inimie per ſecutionis ſmanitatē.

¶ De ſcō ricario ꝓſſore. LXXXX.

Ricari⁹ ꝓſſor natus uilla cētula puincie pōtine monit⁹ a quodā caldōico ſacerdote q̄ē d hiberia ueniēte hoſpitio ſuſcepat: de ruſtico religioſus effect⁹ utebat pane hordeaceo cinere ꝑmixto. Aquā uero cū lachrymis tēpabat: & ex illa balnea faciens leproſos ſouebat: & poſtmodū ipe eadē balnea itroibat. Qui ēt i britānia ꝓdicauit. Rex uero francor⁹ dagobert⁹ ei⁹ fāmā audiēs ipm ex deuotiōe uiſitās eiu⁹dē ſe orationib⁹ cōmēdauit: ab eo quoq⁹ inuitat⁹ ad meſam magis ipe ſalutarib⁹ mōitis mēte q̄ tēporali bus cibis corpe refect⁹ ē. ¶ Deiñ uir ſcūs fāmā mūdi fugiēs a giſilimaro quodam ſuiro nobile in ſilua criſtaſſenſe cum ſigobardo diſcipulo ſuo locū ſolitariū deo ꝓuidi obtinuit. Ibiq; breui ſtructo tugurio uitā anachoritica mſto rpe exegit: multoſq; ad ſe uenientes languidos diuerſis ab infirmitatib⁹ ſanos effecit. Et redimit⁹ uirtutib⁹ i pace quiēuit. vi. cal. maii. Sepultuſq; eſt a diſcipulo i loco ubi ipſe ſibi ꝓcepat. A quo i extaſim rapto uiſus ē i aula ſplēdidiſſima mira fragrātia referta ꝓſſtere ſplēdore ad mirabili⁹ coruſcare. Cui⁹ corp⁹ ocialdus oli eius abbas cum ſuis monachis ad ſuū mōaſteriū cētula trāſtulerūt: ubi mſtor⁹ ſignor⁹ gr̄ia claret.

¶ De ſancto anaſtaſio papa primo & confeſſore. LXXXXI.

Anaſtaſi⁹ papa hui⁹ nois primus natiōe romanus ex pre maximo ſyricio pape i pontificatu romano ſucceſſit & ſedit ānos. i3. mēſes. x. dies. xxv. Hic cōſtituit ut debiles aut mēbris carētes nō poſſent clerici cōſignari. Cōſtituit etiā ut q̄n euāgeliū legeret preſbyteri & clerici nō ſederent: ſed ſtarent. Et ſtatuit ut nullus trāſmarinus ad clericatus honorē ſuſciperet: niſi ꝓprii epi chirographū cū ſigillo exhiberet. Et hoc ꝓcipue ꝓſtituit ꝓpter hereticos manicheos q̄ in ultra marinis ꝓtib⁹ abūdabāt. Hic in magna ſenectute ānoq; uidelicet ultra. 70. ſūm⁹ pontifex electus ē pp ſuā nimiā ſcitatē. Quā beat⁹ cognoſcēs hieronymus ei ꝓporane⁹ ſcripſit de illo: q̄ ei⁹ uita diuturna mūdus i merit⁹ eēt frui. Floruit aūt tpe archadii imperatoris. Et ceuit i dño. v. cal. maii. Sepultuſq; ē in cemiterio beati petri apoſtoli.

¶ De ſcō antimo epo & ſociis mrib⁹. XCII

Antimus epūs cū aliis multis apud nicomediā ſub ꝓſecutiōe diocletiani martyriū paſſus ē. Qui ut tradit hiſtorie eccleſi. libro. vii cū eſſet pōtifex ipſi? ciuitatis ob ꝓfeſſionē xpi martyrii gloriā capitis obtruncatione ſuſcepit. Quē tanq̄ bonū paſtorem: ſecuta ē uniuerſa pene gregis ſui multitudo per eandē martyrii uiā. Quoq; alios ꝓtatus tyrānus apud eandē tunc reſidens ciuitatem gladio obtrūcari: alios ignibus ꝓtāgrari: alios nauiculis ipoſitos i pelago mergi fecit ipis fideliū turbis ultro ſe tanto feruore neci offerentibus: ut etiā ſe interrogari nō permitterent: ſed xpianos ſe cōfitētes ſpōte ſupplicijs ingererent. Quoq; paſſio recolitur. v. cal. maii.

¶ De ſcō liberale ꝓſſore. LXXXXIII.

Liberalis de ciuitate altini natus a ſcō epo heliodoro eiuſdem urbis i eadē ciuita te nutrit⁹ & doctus fuit. Qui lectiōi ſacre & oratiōi atq; carnis maceratiōi uacans dño q̄uebat paupum quoq; uſib⁹ iten tus erat: egrotantibuſq; cura ſolicitus ipendebat. Corpus quoq; ieiunijs atteres ad tam ꝓfectionē deuenit: ut ſingulis diēb⁹ do minicis ſacrā cōmunionē pcipiēs: deinceps ſine ullo cibo uel potu tota hebdomada per manebat. Cum aut̄ paganor⁹ ꝓſecutiōe ferueute heliodorus epūs de altino receſſiſſet: & ad iſulas ſe maritimas ꝓtuliſſet: liberalis in eccleſia principali que erat dei genitricis oratione fudit ad dñm: ut eius in pace iuſceperet ſpiritū. Eadēq; nocte angelus dñi ſibi dormiēti apparuit: & oratione eius exaudi tam a dño nūciauit. Qui ſurgēs a ſomno ui ſitauit ſingulas eccleſias ciuitatis: puenit⁹q; ad iſulā que dicit flactiocaſtro: ut ad ian cū heliodorū accederet. Sed cū ad ipſum ꝓpter aquas interpoſitas trāſire nō poſſet: in eccleſia proxia ſci laurētii modico tempore ꝑmoratus ē: ubi poſt paucos dies iter facere dotū manus migrauit ad xpm. v. calē. mai. Corpus quoq; ei⁹ ibidē ſepultū proceſſu tēporis deſtructa altinen ciuitate ad oppidū tarui ſinum trāſlatum eſt.

¶De scō pulione martyre. XCIIII

PVlio martyr i ciuitate ciuilitana prior lectoꝝ fuit:de qua quidez urbe ualentinian⁹ impator oriūdus extitit:in qua & ipse martyr sub psecutione diocletiani & maximiani impatoꝝ martyriū pertulit agente pside proꝫ. Hic eni preses postq̄ in ciuitate firmeñ sanctū hyreneū eiusdez urbis epm ✝cū scō mōtano preſbytero ſmeruleū i flumine demergi fecerat. ✝ Sanctum quoq; de mertriū ipsius eccleſie diaconē decollauerat puenit ad urbē ciuilitanā: in qua pridem ✝ scūs eusebi⁹ ipsi⁹ ciuitatis pōtifex passus fuerat:fecitq; teneri pulionē lectorem:quē christū ꝓstantissime ꝓfitentē ac sacrificare nolentem:dicentemq; se uelle patꝛ suorum qui pxpo passi fuerāt imitari uestigia. Flāmis iuſsit exuri:qui passus est.5.cale.maii.

¶De scō uitale martyre. XCV

VItalis martyr miles xpi natione mediolanen⁹ apud rauēnā tpe neronis passꝰ é. Hic uxorē ualeriā habuit: ex q̄ gemellos geruasiū & ꝓtasium pcreauit. Qui cū pauline iudice rauennā ingressus cū quēdā christianum arte medicū noīe ursicinū natione ligurem decollari uideret:illeq; martyriuꝫ expauisset:scūs uitalis eum exhortari cepit: ne ipse q alios curare ꝓueuerat:seipm eterne mortis iaculo uulneraret. Quod ursicin⁹ audiēs ꝑfortatus martyriū libēter excepit: quē uitalis honorifice sepeliuit: & ad paulinū ꝓsulare suū ultra uenire ꝓtꝑsit. Ille uero nimiū indignat⁹ tū qa ad se uenire ꝓtemptsit:tū qa ursicinū sacrificare nolentē retraxit:& sic se xpianū ostendit: iussit eū teneri: & ꝓfitentē xpm i equleo leuari:deinde ipm ad palmā duci:& ii sacrificare nollet:foueā ibi ꝓfundissimā donec puenireē ad aquā fieri:& ibidē ipm depositū terra ac lapidib⁹ obrui. Locꝰ aūt ubi decollabant xpiani palma dicebat:eo q̄ arbor antique palme illic eēt. Beatus ergo martyr eodem adductus cū sacrificare nollet:ſcā fouea ut dictū est: terra ac lapidib⁹ est obrutus. Sacerdos aūt idolorum q hoc ꝓsiliū dederat:arreptus a demonio p septē dies clamabat:q̄ uitalis martyr eum ſcendebat. Die aūt septimo in flumie se ꝓcipitans miserabiliter expirauit. Passus est aūt sanctꝰ martyr.4.cale. maii.circa ānum domini.57.

¶De scā ualeria martyre. XCVI

VAleria martyr scī uitalis uxor: & mater scōꝝ geruasii & protasii cum existēs mediolani uirg suū rauēne passum audisset:illuc cū famulis accessit:& corꝰ scī uitalis auferre uoluit. Yeꝛ in somnis admonita a bto martyre ne corꝑ a malo hoie bene ꝓpositum uiolaret:ipm dimisit:& mediolanū in curru rediēs:rusticos deo suo siluano ſacrificantes incurrit. Qui eā de uehiculo deponētes hortabant secū epulari:sed illa se christianam eē:nec sibi licere de imolatis idolis manducare rndit. Quod illi audientes tāta eam cede mactauerunt:ut uix eam ſeminecē sui famuli ad mediolanen urbem perduce rent. Que infra triduū migrauit ad dominū Recte autem eius passio uiri sui legende cōtinuatur:quia dies certus eius martyrii non exprimitur.

¶De scā theodora uirgine & martyre & uno milite martyre. XCVII

THeodora uirgo & martyr:cuius passionē ambrosi⁹ scdo libro de uirginib⁹ facūdo sermōe & luculento stilo diffusius ꝓtractat:cū uno milite cui⁹ nomen subticet: apud antiochiā passa est. Que cū elegantis esset decoris ex uirginitatis ꝓfessiōe aspect⁹ publicos fugiebat. Tandem puella a gentilibus detēta producitur:duplex professa certamen & uirginitatis & religionis:dataq; ei optione a iudice: aut sacrificare uirginem: aut lupanari prostitui iubet:ut alteꝝ sponte desereret:cum ei alterū abstulissent. Ipsa autem tolerabilius extimans mentem uirginem q̄ carnem habere:& q̄ uirginitatē mentis nemo ab inuita potest eripere:fleuit:&tacuit:ne eam uel loquētem adulter audiret. Ducitur ergo uirgo xpi ad lupanar:sed prostitui potest:adulterari non pōt. Certatibus q̄ singulis quis predā primus inuadat : illa introclausa dām exorabat : ut q̄ susanna de supplicio eruerat:eā de periculo liberaret. Vix cōpleuerat orationē: & ecce uir militis specie terribilis apparuit . Qui cunctis sibi ex timore cedentibus ingressus cellulam uirginem cōfortauit:dicens q̄ eam uenerat saluare non perdere:suas ei uestes offerens :& habitum uirginis poscens:ut sic mutatis uestibus illa incorrupta militis specie egressa ferueē:ipse uero remanens uirginis habitu si necesse est martyrium quod optat patiat. Quē uirgo ꝑsecutorē existimans ceruicem et gladio ꝓparabat. Tandē xpianissimū cognoscens:& uestes suas exuēs cū milite habitum cōmutauit:& habitu uirili exiēs cunctis ignota militem uirginali tunica amictū dimisit . Post hec alius cubiculum ingressus quasi cum puellam tractare incipet:uirq; reperiens stupore miratus:sexū femineū in uirilem mutatum arbitratur . Sed dubitans ne magicis artibus & ipse sexu forsitan mutaretur:concitus exiens uisa narrauit populus obstupuit:& militem pro puella deprehensum pro eadem ad mortē damnauit.

Dūq; ille gladium libēs excipet: ferē puella ad locū certaminis uirili habitu cucurrisse: factū ppalasse ambo de nece certasse ille dicebat se iussum occidi nō illā. Nam eadē sententia que eū damnauerat illā absoluerat. Illa ecōtra clamabat q; nō illū uadē mortis elegerat: sed fidē pudoris optauerat. Nec in teruenerat ut sibi necē eriperet: sed ut uirgini tatē defensaret: plixeq; oratiōis lepore martyriū expetebat. Dudū igitur ambo ꝓtenderunt & ambo tandē uictores extiterūt. Nec diuisa est corona sed addita. Miles eni pro uirgitatis defensiōe palmā obtinuit: uirgo uirginitatis ꝓfessione coronā percepit. Sicq; ambo capitali sententia triumpharūt. 4. cal. maii.

¶ De sancto petro martyre ordinis predicatorum. LXXXXVIII

pene obliuioni datus fuerat: regina igitur templum funditus fecit destrui & locum arari. ¶ Post hec iudas cum sociis uiriliter fodere cepit: & uiginti passus fodiens tres cruces inuenit: quas regine detulit. Sed cum christi crucem a duabus latronum nescirent discernere: & circa horam nonam quidam mortuus in pheretro portaretur iudas pheretrum tenuit: & prima ac secunda cruce appositis mortuus minime se mouit. Apponit tertiam & protinus defunctus rediit ad uitam. Quedā etiam mulier ciuitatis primaria semiuiua iacebat: ut dicit in ecclesiastica historia. Ad quā hierosolymitā? epī prima & secundā crucem adhibuit & nihil profecit: tertia uero apposita consestim mulier sana surrexit. Hanc ergo crucem dñi fore intellexerunt: quantū postmodum lecto eius titulo quem pilatus supperposuerat: q ex antiquitate fere deletus erat plenius cognouerunt. Diabolus autem terribiles emittens uoces cunctis audientib⁹ de iuda pque rebatur: eidem quoq; tormenta & persecutiones plurimas minabatur. ¶ Post hec iudas baptizatus quiriacus uocatur: & hierosolymorum epūs defuncto iussu helene in episcopum ordinatur. Nam multo tempore regina ibidem fuit & cuncta sacra loca perlustrauit. Cum autē clauos dñi habere desideraret: rogauit episcopum qriacum ut ad locum pergeret & clauos perquireret. Qui cum uenisset & orationem fudisset continuo clauī uelut aurum in terra fulgentes apparuerunt. Quos eps regie detulit: illaq; eos reuerenter adorauit. Crucem uero dominicam per medium secari fecit: & partem filio deportauit: partem uero thecis argenteis in clusam hierosolyme reliquit. Clauos uero dominicos secum adduxit. Quorum unum in galea alterum in freno imperatoris compositus sic armatus armis dominicis securus ad bellum procederet. Tertiū uero reseruauit uel ut quidam asserunt in mare adriaticum qđ tunc erat uorago nauigantium iactauit. Precipiens festum inuentionis sancte crucis singulis annis solēniter celebrari p uniuersum orbem: uidelicet. v. noñ maii.

¶ De sanctis alexandro papa euētio & theodolo martyribus. CXVIII.

ALexander papa & martyr huius nominis primus cum duobus pbyteris euentio & theodolo passus est rome sub persecutiōe traiani agente aurelião comite utri usq; militie. Hic natione romanus ex patre alexandro de regione capritauri: Euaristo pape in episcopatu romano successit: iuuenis quidem etate: uidelicet annorū forte. 22. sed senior moribus: sedit q; annos. x. menses viii. dies. xii. Hic sanctitate & scientia incōparabilis fidei q preclarissimus maximā partem senatorum urbis quērit ad dominum: prefectum quoq; hermetē cum uxore & sorore theodora & filiis baptizauit cum. 1250 seruis suis cum uxoribus quoq; eorum & filiis quos omnes die sabbati pasche factos in genuos sacri fontis unda pfudit. Cum autē traianus imperator tunc absens hec audiēs aurelianum comitē misisset ad urbem de seleucia hisauric ad psequendos xpianos. Aurelianus hermetem prefectum apud quirinum tribunum carcerauit. Alexandrum uero in alia custodia in uinculis posuit. Qui tamē ut supra dictum est in passione quirini martyris. 3. cal. aprilis per puerū qui faculam ferebat ardentem e carcere noctu pfenestram eductus ad domum quirini tribu ni ubi hermes in custodia tenebatur ipsum quirinum conuertit: & iterum eadem nocte per eundem puerum ad carcerem suum reductus filiam ipsius quirini balbinam sibi delatam a strumate sanauit: & q rinum cum filia & omnibus in custodia ipsa detentis baptizauit. ¶ Postq̄ autem hermes & quirin⁹ ac theodora soror hermetis nec non ceteri christiani in custodia reperti ab aureliano comite passi sunt: ut in eorum singulis passionibus agitur: traiano iā defuncto hadriano uero in imperium sublimato: exhibitus est alexander cum sanctis theodolo & euētio presbyteris iam biennio in carcere detētis. Erat autem theodolus iam senex annoꝝ uidelicet: lxxxi. qui annorum. xx. presbyter fuerat ordinatus. Cumq; alexander confiteretur christum iussit eum iudex in equuleo leuari & ungulis ac lapidibus attrectari. Et cum hec patientissime toleraſſet: fecit eū deponi & presbyteros applicari. Cum autem & ipsi christum confiterentur: iussit furuum incendi: & alexandrum atq; euentium simul uinctos intus iactari theodolo quasi seniore spectante. Cum eis autem & ipse sponte in flammas prosiluit. Et cum illesi educti fuissent: fecit aurelian⁹ sanctum alexandrū pūctis creberrimis p tota pūgi membra donec deficeret. Duos uero sactos presbyteros gladio consumari. Quorū corpora seuera quedam religiosa uia numentana in suo predio sepeliuit. v. noñ maii. ¶ Hic in canone memoriam passionis domini miscuit: a loco q pridie quā pateretur usq; in mei memoriam facietis. Hic precepit ut aqua uino misceretur in sacrificio ad designandā christi & ecclesie unionē: & ut oblatio fieret ex azimo non ex fermento propter christi corporis puritatem: & fieret in modica q̄titate dicens q̄ hec oblatio q̄to rarior tanto p⁹ cior. Constituit etiam aquam exorzizatā cū sale die

bus dominicis benedici & ex ea populum aſpergi ad effugandas contrarias ualitudines & aereas poteſtates. Qui poſtea martyrio coronatus eſt: & ceſſauit epiſcopat⁹ dies uigintiquinq⁹.

¶ De ſco iuuenale epo. CXIX

IVuenalis epiſcopus narniẽſ dũ eſſet preſbyter & medicus ex aphrica romam ueniens a matrona chriſtiana ſuſceptus eſt. Audiens autem ab ea q⁹ narniẽſis populus chriſtianitatem nunq⁹ recipere uoluiſſet: romanum pontificem adiit: & ab ipſo p̃dicandi ad ipſam urbem licentiam poſtulauit. Quem papa eidem ciuitati epiſcopũ delegauit: ubi predicans uerbum & miraculis coruſcans multum populum conuertebat. ¶ Cum quidã de templo idolorum egreſſus: de imolatis idolo bolum in os epiſcopi mitteret: illeq; recipere recuſans: os dentibus obſeraret: pduxit ille cultellum: ut manubrio os eius uiolenter aperiret. Sed manu ei⁹ elapſa gladiũ in guttur ꝓpriũ itro mittens continuo iugulatus expirauit. Quo miraculo uiſo ſeptem milia gentilium conuerſuntur: inter quos baptizatur uenantia quedam nobilis matrona cum duobus filiis que deiceps ſcõ & ſuis facultatib⁹ miſtrauit ¶ Dũ ligures & carpi multas ciuitates italie depopulaſſẽt: narniũ obſedẽrt: ſed oꝛone ſancti epiſcopi nimia tempeſtate & contrauis ſubito ingruentibus: pluſq; tria milia ex eis extincti ſunt. Reliqui uero territi ab oſidione diſceſſerunt. ¶ Cum die quadam de calice paruo cryſtallino quem habebat populũ cõmunicaret: nihil ſuperinfuſo de uino ſed libamine diuinitus excreſcente omnibus ſatiſſecit. Quieuit in domino uir ſanctus anno ſeptimo epiſcopatus ſui cõpleto quinto non maii: ſepultus ad portam ſuperiorem uia flaminia miliario ab urbe roma quinquage ſimoquinto. Cuius meritis naute fere trecenti i naufragio poſiti ſanctum iuuenalem uocantes: ipſoq; ſuper undas eis apparente tẽpeſtate ſedata ad portum incolumes peruenerunt.

¶ De ſãctis quiriaco epiſcop⁹ anna & amonio martyribus. CXX

QViriacus epiſcop⁹ ille iudas ſuit: qui cum helena crucem dominicam inuenit: ut ſupra actum ẽ de inuentione ſancte crucis quinto nonas maii: Qui baptizatus & quiriacus uocatus epiſcopus hieroſolymorum ordinatus eſt. ¶ Cum autem iulianus imperator apoſtata nominis chriſtiani ad perſas pergeret: ueniens hieruſalem quiriacum epiſcopum teneri fecit: & ad deorum ſacrificia inuitauit. Quod cum renueret: de xteram eius abſcidi fecit: eo q⁹ manu illa multis epiſtolas ſcripſerat: quos a deorum ſacrificiis reuocabat. Ille uero ſcandalum ſui corporis preciſum gaudebat: eo q⁹ exiſtens iudeus multos ne chriſtum colerent ſcribens epiſtolas confortabat. Tunc iulianus plumbum liquefactum in os eius infundi iuſſit: Deinde ſuper lectum ferreum uentre deorſum extendi: & carbones ſubterponi: ac ſalem & adipem aſpergi: deorſum quo q⁹ eius deſuper uirgis cedi. Et cum in omnibus imobilis pmanſiſſet: iuſſit eum i carcerẽ trudi. Ad quẽ ueniens anna-⸗mater eius filium in domino hortabatur. Quod iulianus audiens: fecit eam teneri: & per capillos appenſam ungulari: ac lampades ardentes ei⁹ lateribus apponi: que cum ureretur emiſit ſpiritum. ¶ Poſt hec imperator quiriacum eductum ilarem uultum habentem: iuſſit in ſoueam profundam ſerpentibus plenam iactari eodem a uenefico immiſſis. Sed tamen ſerpentes omnes ſubito extincti ſunt. Quo uiſo miraculo-⸗amonius incantator cõuerſus eſt: & in chriſti confeſſione iuſſu imperatoris decollatus. Deinde mandauit iulianus quiriacum in caldariam oleo feruentiſſimo plenam immergi. Quam ille ſe ſignãs ſponte ingreditur: orans deum: ut iterum martyrio baptizaretur. Iratuſq; iulianus in ipſo cacabo eum gladio pectore tranſiodi mandauit. Sicq; martyrium ſuum conſumauit quarto nonas maii die ſabbati. Sepultuſq; eſt hieroſolymis cũ ãna matre eius & amonio martyre.

¶ De ſco floriano martyre. CXXI

FLorian⁹ martyr paſſus eſt apud lauriacum oppidum temporib⁹ diocletiani & maximiani imperatoꝛuꝫ ſub preſide aquilino. Qui cum eſſet princeps officii militaris in cetia urbe audiens qualiter quadragi ta martyres chriſtiani poſt diuerſa ſupplicia ab aquilino preſide in carcere detenti eſſent deſiderio martyrii uale faciens militib⁹ ſuis uerſus lauriacenſem ciuitatem ire cepit Obuiuſq; militibus qui a preſide miſſi fuerant ad perquirendos chriſtianos: ſeipſum ſponte illis obtulit uti chriſtianum. Quem illi tenentes duxerunt ad preſidem: qui florianum chriſti nomen confitentem: primo atq; iterum a militibus propriis cedi iuſſit: deinde ſcapulas eius acutis configi. Et cum eum ad omnia ſupplicia paratum uidiſſet: iuſſit illum ad fluuium aniſi adduci: & ligato ad collum eius ſaxo ipſum de ponte precipitari. Cũ aũt eodem adduct⁹ orãdi ſpatiũ a militibus impetraſſet: quidam miles ceteris crudelior ſuperueniens ceteroſq; de mora necis eius redarguens: illum in flumen

precipitauit. Statimq; oculi illius erepue runt. ¶ Postq uero sanctus martyr animā christo reddidit corpus eius super undas enatans in eminēti saxo ab aquis eiectū ē. Et superueniens aquila alis expansis in modū crucis corpus a feris protegebat. Tūc reuelante se scō martyre cuidā deuote matrone xpiane ostensiq; et indiciis loci ubi eum inueniret & ubi eum sepeliret: mulier iunctis bobus cū plaustro ad locū deuenit: & corpus inuentū uehiculo iposuit: sentib⁹ quoq; spinosis timore paganoq; opuit. Et interrogantibus qbusdā spinas collectas ad claudē dum hortum ducere simulauit. Deduxitq; corpus ad locū sibi a beato martyre demonstratū: ubi ipsum secreto tumulauit. Sed dū boues plaustrū trahentes ī uia siti deficerēt nec aquam reperire possent: orante muliere & martyris auxiliū postulāte subito fons de terra erupit & satiatis ajalibus usq; ī presēs in ipo loco fluere nō desistit. Passus est aūt sanctus martyr. 4. nonis maii.

¶ De scā herina uirgie & mare. CXXII.

Herina uirgo & martyr filia fuit licinii iperatoris in ciuitate magedon & licinie regine: que uirgo prius penelope uocabat. Pater uero eius turrim nobilissimā ꝑstruxit: & muro circūcinxit ac uiridarium plantauit: ipmq; locum cūctis delitiis repleuit: statuasq; 98. deog; apposuit: ubi filiā suā ānorum. vi. ꝑpter eius elegantiā usq; ad tēpus nuptiaruꝫ icluſit: datis ei ancillis. xiii. ad ministeriū & apeliano magro ad litteras edocendū. Cū autem esset ānoꝝ. xii. die qua dam colūba per fenestrā turris orientalem ſuper mēſam paratā tulit oliuaꝫ: & per aliā fenestrā occidentalē coruus in eadem mensa deposuit uiperam. Quod cū magistro rettulisset: exposuit coruum regem impiorum uiperam tribulationem sibi īferendam: colūbam regem celorum: oliuaꝫ uero pacem celicam sibi dandam. Pater uero eius uolens illam nuptui tradere ipsius animum requisiuit. Puella uero dierum. vii. acceptis indumentis deos patris ſuperinde cōsuluit. Sed ab eis nullo responso habito deum christianorum de quo audierat inuocauit. Cui statim angelus domini apparens eaꝫ in fide docuit mutatoq; nomine herinam uocauit. Sequenti uero die theotimus quidam presbyter ab angelo in turrem intromissus eam baptizauit: mox; illa patris idola de turri ꝑiecit. pater uero post dies. vii. reuersus cum idola confracta uidisset ipsamq; christianam dicisset eam ad ciuitatem duci fecit: que iuxta urbis portam diabolum sibi apparentem & eidem cōminantem crucis signo fugauit. ¶ Cum autem christum confiteretur iussu patris uincta ungulis indomitorum equoꝝ terenda subiicitur: sed ipsa angelo assistente nil lesa: ꝑ morsu uniꝰ ex eqs occidit. Quē uirgo a mortuis suscitauit: & cōuersum una cum matre sua in turri reclusit donec penitētiam agerent. Ipsa uero in ciuitate remansit: ubi christum annuncians multos conuertit. Quod audiens sedechias deciꝰ frater licinii rex potentissimus uenit ad ipsam ciuitatem: & herinam comprehensam ī foueam serpentibus plenaꝫ imitti fecit: ut ibi fame & reptilium morsibus deficeret. Que ab angelo cōfortata & serpentibus intersectis ibidem die bus. xiii. sine cibo permansit. Deinde decius pedes eius secari fecit. Sed continuo ab angelo ei restituti sunt. Post hec de consilio hipparchi comitis sub rota molendini ligatur & aqua laxatur: sed mox aque diuiduntur uincula eius rumpuntur: rotaq; permansit immobilis: & uirgo surrexit incolumis: uñ &. viii. milia paganoꝝ cōuersi sunt: & lapidantes decium ex urbe deiecerunt: qui post dies modicos propter ictus lapidum expirauit. Filius autem nomine sapor mortem patris uindicare cupiens cum exercitu ciuitatem obsedit: sed dum uirgo sterilisset in porta hostes omnes excecantur: & iterum eius oratione illuminantur. Sapor uero urbem ingressus confixis clauis in calcaneis uirginis eidem imposuit massam quam portare fecit ad septem miliaria. Cūq; illeſa redisset. triginta milia hominū conuersi sunt. Sapor uero a diabolo oppressus expirauit. ¶ Post hec uenies theotimus presbyter parētes uirginis & populum baptizauit: & eos in fide diligenter instruxit. Post ānos uero tres uenies uirgo ad ciuitatem calanicum tenta ē a numeriano rege pro christi nominis confessiōe. Aquo i tres boues eneos ignitos successiue incluſa cum permāsisset illeſa: & tertius bos acsi uiuus calorē sentiens: mugiens discurreret decem milia gentilium conuertuntur. Huic mortuo rege predicto a preto re quodam in ignem missa cum exisset tam membris quam uestibus inusta pretorē conuertit. ¶ Hinc ad urbem constantianā deueniens ramūq; olive deferens diebus octo permāsit ibidem: & multos ad fidem adduxit. ¶ Inde ad niceam accedens sapore3 quē dam regē cū multis de populo christo acquisiuit: ubi diebus. lxxviii. permāsit. Post hec ad urbem propriam rediens patrem defunctum repperit: & diebus aliquibus ibi degens matrem in domino confortauit. Nouissime uero diuja uirtute assūpta ephesum deducit: ubi mīris oñs miraculis & ꝑmis dño lucratis post dies. 15. assūpto apelião discolo suo cū aliis. 6. uiris urbe exiuit: ubi nouum sepulchrum repperit. In quo se in

cludi fecit: & ut post dies quatuor ad se redirent mandauit. Qui ad terminū reuersi: amotoq; lapide sepulchrum uacuum inuenerunt. Cuius festum agitur. 4. nōn maii: quo uidelicet die sepulchrum intrauit.

¶ De sancta antonia uirgine & martyre. CXXIII

ANtonia uirgo apud nicomediam passa est: que nimiū torta & uariis afflicta cruciatibus: post ab uno brachio trib⁹ diebus suspensa: deinde i carcere biennio detrusa a prisciliano preside nouissime flammis exusta est 4. nōn maii. Hec hiero⁹ in martyrologio.

¶ De sanctis siluano episcopo & sociis martyribus. CXXIIII

SIluanus episcopus cum sociis suis in palestina ciuitate gaza martyrium passus est. Hic enim cuius esset episcop⁹ tyri phenicis & annis fere quadraginta sacerdotio functus fuisset sub persecutione maximiani imperatoris uir mansuetudine animi & ipsa iam senectute uenerabilis: cum plurimis clericis suis & tribus iuuenibus xpianis bestiis subiecti hostia christi effecti sunt: sicq; martyrio coronati. 4. nōn maii.

¶ De sanctis qdraginta martyrib⁹. CXXV

QVadraginta martyres sub plecutione diocletiani apud castrum lauriacum passi sunt agente preside aquilino: de quibus supra i passiōe sancti floriani martyris actum est. Qui ab eodem preside post uaria & exquisita eis illata supplicia: uinculis duris artati in carcere missi sunt. Quoq; passionibus florian⁹ martyr predict⁹ ad martyrii tolerantiam animatus est. Qui omnes dudū recluſi & inedia afflicti: tādem i carcere spiritum tradiderunt. 4. nōn maii.

¶ De sanctis aliis quadraginta martyribus. CXXVI

QVadraginta alii sancti martyres in metallo phanensi passi sūt: de quibus scribit eusebius. 8. libro eccleſiastice historie cap. 14. qtē pore pſecutiōis diocletiāe oēs ſimul p xpi nois confeſſiōe capite ceſi sunt. 4. nōn maii.

¶ De scis qdragita rusticis mrib⁹. CXXVII

QVadraginta rustici mres tpibus gregorii pape primi martyrium passi sunt: q a lōgobardis capti carnes imolatitias comedere cō pellabāt. Cūq; dudū reſiſterent post multas cōmiationes eisdē a lōgobardis illatas: fideliter perſtiterūt: ac i sua pſtantia ſimul omnes gladiis ceſi sunt. Hec grego⁹ 2. dialog. c. 27.

¶ De ascensione dñi nr̄i ieſu xpi. CXXVIII

ASceſio dñi die qdragesimo a reſurrectiōe ipſi⁹ facta est. Nam in ipſa die dñs diſcipulis bis apparuit: ſemel. xi. diſcipulis comedētibus i cenaculo. Omnes quidem tam apostoli q̄ alii diſcipuli: nec non mulieres habitabant in illa parte hieruſalē: que dicebatur mello in arce dauid: ſcilicet i monte ſyon. Et erat ibi cenaculū illud grande ſtratum: in quo dñs precepit ſibi pascha parari: & in illo cenaculo tūc undeci apostoli habitabant. Ceteri autem diſcipuli & mulieres in eadem arce per diuerſa hoſpitia: ubi dum diſcipuli recumberent domin⁹ eiſdē apparuit: & illorum incredulitatem exprobrauit: & cum comediſſet cum eis: & precepiſſet ut in montem oliueti uerſus bethaniā irent: ibidem eis iterum apparuit: ac ſpiritū ſanctum eis ſe miſſurum promiſit. Indiſcrete quoq; de tempore futuro querentibus re ſpondit: q̄ eis datum nō erat noſſe tempora uel momenta. ¶ Tunc eleuatis manibus eis benedixit: & inde coram eis in celum aſcendit. In quo loco cum poſtmodum edificata ſuiſſet eccleſia: locus ille in quo ſteterūt xpi veſtigia nunq̄ ſterni potuit pauimento ſed reſiliebant marmora i ora calcantium. Calcato quoq; puluere a dño adhuc veſtigia impreſſa cernuntur: & eandem adhuc ſpeciem terra cuſtodit. Cum autem chriſt⁹ propria uirtute eleuatus aliquantulum aſcendiſſet: uidelicet uſq; ad nubes: tunc nubes clara inuoluit eum: & obtexit ab oculis diſcipulorum cum qua ſimul celos aſcēdit. Et intuentibus illis in aerea: poſtq̄ ipſm amplius uidere nō poterant: duo eiſdem angeli in albis aſtiterūt dicētes: q̄ ieſus q̄ ab eis aſſūpt⁹ in celū fuerat: i eadē carne & eodē mō & i ipſo loco iudicaturus⁹ orbem uenturus⁹ erat. Tunc illi hieroſolymā ad locum habitatiōis ſue reuerſi ſunt: pmiſſū ſpiritū paclitū expectantes. Cui⁹ aſcenſiōis feſtum ad iſam ptigit. 5. nōn maii. ¶ Et qa de more eſt: ut cū aliqs magnus dñs ad aliquas pres uadit: qttuor i quiri ſolēt. ſ. de loco und abiit: de tpe q̄n receſſit: de mō quē tenuit: & de ſine ad quē pergraui. Iccirco circa hanc aſcenſionē pdicta quattuor inquirenda ſūt: uidelicet loci celſitudo: tēporis plenitudo: modi rectitudo: & finis magnitudo. ¶ Circa primū uidelicet circa loci celſitudinē ſciendū eſt: q̄ xps aſcēdit ſup oēs celos: ut dicit eph. 4. Qui deſcēdit ipſe ē: & q aſcēdit ſup oēs celos. Eſt autē celū materiale: rōnale: intellectuale: & ſupſubſtātiale. ¶ Celū materiale triplex eſt. ſ. Aereū uñ & aues celi dicūt p aera uolitātes math. 6. Reſpicite uolatil. ce. Ethereū q̄ di uiſū ē i. 7. orbes planetar⁹ & firmamētū ſtellar⁹ fixar⁹. eccle. 43. Spēs celi gloria ſtellar⁹

Et empyreus qđ est de pura luce in quo est paradisus & sedes dei: psalmi. Dns in celo pauit sedē suam. ¶ Celū rationale ē homo iustus ratione ihabitationis diuine: qa sicut celum est sedes dei: sic aīa iusti sedes est sapiētie. ¶ Celū intellectuale ē angelus: angeli enim dicunt celi per similitudinē: qa sunt altissimi ratione dignitatis & excellētie: pulcherrimi ratione nature & glorie: & fortissimi rōe uirtutis & potentie iob. Celi. i. angeli nō sūt mundi. i consp̄ectu ei⁹. ¶ Celū sup substantiale est ipa diuina excellētia de quo celo xps uenit: & postea usq; ad illud ascendit: psal. A summo celo egressio eius &c. Ascendit ergo xps sup oēs celos materiales: psalmista. Eleuata ē magnificētia tua sup celos. ¶ Super oēs celos rationales psalmista. Ponis nubē ascensū. q. ambu. super pēnas uētorum. i. scōg. ¶ Super celos intellectuales psalmista. Ascēdit super cherubi. ¶ Et ascēdit usq; ad celū supsubstantiale uidelicet usq; ad dei equalitate marc. ulti. Assumptus ē i celū & se. a dex. dei. ¶ Circa ām uidelicet circa tpis pleuitudinem uidendum ē quare nō stari ut rexit ascendit: ꝛ tot dieb⁹ expectauit. Hoc aūt fecit triplici ratione. ¶ Prio propter resurrectiōis certificationē: que difficilius pbāt q̄ mors. Nam a prima die usq; ad tertiā uere poterat probari mors & passio: sed ad ueram resurrectionē pbandā plures dies requirebant. leo papa. Quadragenarius ideo cōpletus ē numer⁹ sacratissima ordinatione dispositus ut dum in hoc spatio mora pītie corpalis extenditur: fides resurrectionis documētis necessariis muniretur. ¶ Secundo propter apostolos cōsolationē. Quia enī psolatiōes diuine tribulationibus superabūdāt: & tēpus passionis fuit tribulationis apostolos: tps aūt resurrectiōis fuit consolatiōis eos: ideo plures debuerunt esse isti q̄ illi. Et hec ē rō damascēi. ¶ Tertio pp mysticā significationē: ut per hoc def̄ intelligī cōsolationes diuine tribulationib⁹ cōpantur sicut dies ad horā: qđ patet p hoc q̄ dns. 40. horas mortuus fuit: qđ erat tps tribulationis: per. 40. uero dies resurgens apparuit: qđ erat tps psolatiōis: unde glo. 40. inquit horis mortuus fuerat: pter hoc. 40. diebus uiuere confirmabat. ¶ Circa tertiū uidelicet circa modi rectitudinē qualiter. s. ascendit sciendū est q̄ ascendit. ¶ Primo potenter: quia uirib⁹ ppriis isa. 67. Quis est iste qui uenit de edon & instra gradiēs i multitudinē uirtutis sue. Io. 5. Nemo ascendit in celum. s. uirtute propria nisi q̄ descendit de celo &c. licet enī in quodā quasi globo nubis ascēderit. Hoc tñ nō fecit qa nubis officio indigeret: ꝛ ut per hoc oñderet q̄ ois creatura pata est obsequi creatori suo. Ipe enī potentia sue diuinitatis ascendit. Et in hoc notatur differētia ām qđ dicit i historia scholastica inter xp̄m enoch & heliam. Nā enoch trāslatus est. Helias igneo curru subuectus sed iesus ppria uirtute ascendit. Primus ām gregoriū p coitū generat⁹ & generās. Secūdus generat⁹ sed nō generās. Tertius nec generatus nec generās. ¶ Secūdo ascendit potenter: quia uidentib⁹ discipulis act. i. uidētibus illis eleuat⁹ est. Ideo enī illis uidentibus ascendere uoluit ut dicit glo. ut ipsius ascensionis testes existerēt & naturaꝫ huma nam i celum ferri gauderēt: & ip̄m semp de sideraret. ¶ Tertio leuiter quia iubilantibus angelis psalmista. Ascendit deus in iubilatione. Dicitur q̄ hymnū illū ascensionis: Iesu nra redemptio. ascēdente xp̄o angeli i personam humane nature ꝓposuerunt & ea dem forma & eodē tono quo ip̄s canit ecclesia ip̄m decantauerūt: quē apostoli audientes p spiritūsanctū mox didicerunt & ecclesie canendum tradiderunt. ¶ Quarto felicīter: quia comitantibus scīs. Nam predā quā iferno subtraxit ad celos secū deducit psalmista. Dns in sinai scō ascendēs in altū cap. duxit captiuitatē. ¶ Quinto uelociter qa ue locius q̄ uolātib⁹ alis. psalmista Volauit sup pēnas uentoꝝ: nō enī uenti tanta uelocitate ſpelluntur psalmista. Exultauit ut gigas ad cur. uiā &c. Valde enī uelociter ascendit qñ tantum ſpatiū i momēto pcurrit. ambrosius. Saltu quodam xp̄s uenit in hūc mūdum & saltu uelocissimo ascendit in celum. ¶ Circa quartū autem uidelicet circa finis magnitudinē sciendū est q̄ ascensionis xp̄i x. fuerunt fructus siue utilitates. Pria est iūnuatio amoris diuini ioan. 16. nisi ego abiero pa. non uenī. ad uos &c. ubi dicit augustinus. Si carnaliter hesitaueritis capaces ſpiritusancti non eritis. ¶ Secūda maior cognitio dei ioā. xiiii. si diligeritis me gaude. utiq; quia uado ad patrē: ubi aug⁹. ideo subtraho formā istam ſerui in qua pater maior me est: ut deū ſpecialiter uidere possītis. Tertia est meritum fidei: leo papa in ſmōe. Magnarum enī hic uigor ē mentium incunctanter credere que corporeo nō uidentur intuitu: & ibi ſigere desiderium quo nequeas inferre conſpectum. ¶ Quarta est nostra securitas. Ideo enim ascendit ut noster ad patrem aduocatus sit. pria Ioan. 2. Aduocatū habemus apud patrem iesum xp̄m iustū &c. Bernardus. Securum accessum hēs ad deum o hō: ubi mater est ante filium & filius ante patrem: mater ostendit filio pectus & ubera: filius ostendit patri latus & uulnera: nulla ergo poterit esse repulsa ubi tot concurrunt charitatis insignia. ¶ Quita est maxima dignitas: magna enim dignitas est quando

nostra natura usq; ad dexterā dei pris exaltata est. Hanc dignitatē in hominibus angeli considerantes: qui in lege ueteri se adorari pmittūt: deinceps adorare se phibēt apoca. 19. Cecidi ante pedes angeli sut adorarē eū: & dixit mihi: uide ne fecer is ẽ. Leo papa. Natura hodie nostre humilitatis ultra cunctarum altitudinē potestatū ad dei patris est puecta pssum. ¶ Sexta est spei nre soliditas hebr. 4. Hātes pōtificē magnū q penetrauit celos: ihesū filiū dī teneam⁹ spei nre pfessionē Hiero⁹: Xpi ascensio nra est puectio: & quo pcessit gloria capitis eo spes tēdit & corpis ¶ Septima est uie oīōio Mich. 2. Ascendit iter pandens ante cos. Aug⁹ Via tibi fact⁹ est ipse saluator: surge & ambula: habes quo: noli pgredi. ¶ Octaua est ianue celestis aptio. Sicut eni prim⁹ adā aputt ianuas inferni: sic & secūdus padisi: unde cantat ecclesia Tu deuicto mortis acu. apui. creden. regna celoꝝ. ¶ Nona est loci pparatio. Ioā. 14. Vade pare uobis locū. Aug⁹ Dñe para: quod paras: & te nobis paras: qñ ante locū paras & tibi in nobis & i te nobis. ¶ Decima & ultima ē spūssci missio. Ioā. 16. Expedit uobis ut ego uadā. Si eni nō abiero: paraclit⁹ non uenīet ad uos. Si aūt abiero: mittā eū ad uos Hoc aūt iō xps diſposuit: ut spiritū sanctū a pre & filio mitti ostenderet: ne si anteq̄ xps ascenderet mitteret: a solo fortasse pre mitti putaret: & p pſequēs a solo pre pcedere ui deret: ſm qđ grec⁹ error suadet: ptra quē ē expssa auctoritas ueritatis. Ioā. 15. Cum uenerit paraclit⁹ quem ego mittā uobis a patre ẽ. ubi dicit beda: q ipsa missio ipsa est & processio.

¶ De scō gotardo epō & pfessore. CXXIX



Otardus epūs tēpore sci henrici impatoris claruit: qui in alcensi monasterio enutritus: sub henrico duce bauarie ibidē abbas effect⁹: monasterio laudabiliter p fuit. Deinde mandato regis p uiligisium archiepm̄ herct⁹. ad monasterii uelden regimen pmotus est: gareñ & cremeñ monasteriis eidem in cura cōmissis: in alohen rediēs a scō impatore hērico ad himeñ epatum uocatus dudū renuit. Cū aūt dña nra ei apparuisset: & eū in ecclesia ductū ut a crucifixo ueniā peteret induxisset: ille pstratus humi ante crucifixū misericordiā postulauit. Statimq; btā uirgo uerticulū illū pcinere cepit Infunde unctionē tuam ẽ. Quod ille intelligens: & dine uoluntati resistere metuēs: epiſcopari pſensit. Et in epatu suo gregem dñi cum solicite pcurauit. ¶ Cum a quadā nobi le dña noie sophia de possessiōe ecclesie insestaret: die quadā ad eam accessit: & ipsa5 coram summo iudice sup cā ecclesie in pximo uēturo festo purificatiōis citauit. Seq; cum quodā ei⁹ clerico puero eadem hora migraturum post dies medicos esse pdixit. Moxq; una cum pdicto puero langore detin⁹ri cepit. Et dū in festo ascensionis quod anno illo die transitus eius occurrit hora matutinali in ecclesia cantaret antiphona illa Ascendo ad patrem meū ẽ. Ille una cū dicto puero una & eadem hora spiritū emisit. Post cui⁹ obitum instante purificationis festo: tūc sub sequente predicta sophia defuncta est. Quieuit in xpo sanctus gotardus. iii. noñ maii. Hec frater bartholemeus.

¶ De scō andoeuo epo. CXXX



Ndoeuus epus oppido suesionis noie sanctiato claris parentib⁹ ortus frater sanctoꝝ adonis & rhadonis sub rege francoꝝ lothario inde sub dagoberto in regali patrio regni negocia strenue ministrabat. Sed cum ado monach⁹ fact⁹ fuisset: rhado thesaurorum regalium curā habebat. Quo tēpore sanct⁹ eligius nouioneñ etiā in regis patrio clarus erat. Andoeuus uero xpo militare cupiens: a rege phibebatur: sanctitate tamē ppollens sub ueste preciosa cilicio ute bat. In pprii possessiōe patrimonii monasterium pstruxit: & dotauit: eiq; sanctū agilum columbani discipulum pfecit. ¶ Deinde cōsentiente rege clericus fact⁹ defuncto romano rothomageñ epo: andoeuus eligitur: sed anteq̄ pfecrari uellet: ad hispanias pdicādas accessit: ubi & miracula ostendit. Nā quēdā die dominico in mola laborantem: cui manū arida fact⁹ mole adheserat: subito penitentem sanauit. Consecratusq; est eodem die cū sancto eligio nouioneñ epo. In huius sci cubiculo lux imensa sepius celitus insusa conspicitur: & uoces angelice secum colloquentes audiuntur. ¶ Dum semul parecia suam circuīens iuxta locum qui dicit⁹ ad crucem sancti andoeui i curru sedens trā̄sret: & mili currum trahentes nullo stimulo uel uerbere se inde moueri possent: eps i aere signū crucis sulgentem pspexit: ubi & crucē ligneam in testimoniū affixit: & sanctoꝝ reliquias apposuit. Ibiq; nocte sequenti colūna ignea in aere apparuit. Vbi & postmodū monasterio fabricato: sanct⁹ leufridus cū monachis plurimis domino seruiuerūt. ¶ Vanuingus qnendam diuitem in extremis laborantē: pmissione ab eo suscepta q; in beneficii uice5 cenobium constrxerit: pristine sanitati restituit: illeq; promissa cōplere curauit. ¶ Cuidam quoq; muto per. xi. ānos loquelā amisſam restituit. Et in uerduneñ urbe oppressū a diabolo liberauit. Rexit ecclesiā suā annis 44. & nonagenari⁹ ad dominū emigrauit. 5. noñ maii: ibiq; sepultus est.

¶ De scō hilario episcopo. CXXXI.

Hilarius arelatēn epūs uir ī sanctis scripturis doctus & doctor iclytus fuit. Qui pauptatis amator erga iopū puisione pietate mentis & corporis labore solicitus: grandi & solerti cura pauperes aluit & i docendo gratissimus extitit: multos sermones splendidos ad populū fudit: & plurima eruditionū opuscula ppilauit: uolumē grande de fide. xii. libris explicitū ēmone splēdido exarauit. Beati quoq; honorati pdecessoris sui uitam cū multorum utilitate ppofuit. Fi nē uite dedit ualentiani & martiani tēporibꝫ 3. noñ maii. Hec gennadius libro de uiris il lustribus.

¶ De scō eutimo martyre. CXXXII.

Eutim⁹ diac onus & mr̄ apud alexandrie ciuitatē pro xpi fide ab infidelibus xpianitate emulantibus detentus: & dudū ī carcerali ergastulo uinculis artatus: & in edia maceratus in cōfessiōe emisit spiritum 5. noñ maii. ut dicit ado.

¶ De scis hyreneo & sociis mr̄. CXXXIII.

Hyreneus & peregrin⁹ mr̄es & hyrenis uirgo apud thessalonicam ciuitatē dū ueritatem sacre fidei prestari ausī fuissent: paganorū rabie detenti atq; insimul ignib⁹ combusti palmas martyrii perceperunt. 5. noñ maii. hec ado.

¶ De scō ioāne añ portā latinā. CXXXIIII.

Ioānes euāgelista ideo ante portam latinā dicitur: quia in urbe roma ī ipso loco ī feruenti⁹ olei dolio missus dīna gratia ide exiuit illesus. Nā ut in eius legenda aliqualiter tactum ē. vi. cal. ianuarii. Cū domitian⁹ ipator sedam post neronem in xpianos pfecutionē excitasset: & beat⁹ euangelista apud ephesum predicaret a proconsule tentus iuxta edictum impiale admonebatur xpm negare & a predicatione cessare. Quod cum apostolus recusaret dicens q; obedire deo magis q̄ homīb⁹ oporet: proconsul eum in custodiā misit & de eo per litteras ī peratori suggessit. Cui domitian⁹ rescripsit ut ioānē catenis uinctum ab epheso secum romā adduceret. Cū ergo a pconsule ad urbem adductus esset: mādauit ipator pconsuli: ut ioānē apud portā que latina dr̄ ī dolio feruentis olei mitteret: pri⁹ tñ ipsum more romāo flagellis cederet & crines capitis ei⁹ funditus tonderet ut sic despectus & illusus omnibus apperet. Tunc procōsul iuxta mādatum cesaris ioannem ante portam latinam adductū prius flagellari: deinde crinib⁹ tondi fecit: ac demum in dolium feruentis olei mergi. Qui cōiectus in illud unctus nō adustus de uase exiit: & tam a pena illesus fuit q̄ a corruptione carnis immunis permānsit. Procōsul aūt tanto miraculo stupefact⁹ eū liberū dimisisset nisi impatorē offendere timuisset. Sed in insulā pathmos ipm in exilium duci fecit: & sic furorē domitiani tēperauit. In loco aūt illo ubi in oleum missus extxpiani pcessu temporis ecclesiam ei⁹ nomini fabricarunt: & festū eius ipsa die celebrare ceperunt: uidelicet pridie noñ maii.

¶ Hic beatus apostolus & euangelista in p̄dicta insula relegatus: apocalypsim quā ei dñs reuelauit greco sermone manu sua conscripsit: quā interpretati sunt iustin⁹ mar⁹ & hyreneus. Scripsit & epistolam canonicam cuius initius est. Quod fuit ab initio ⁊c. que a cunctis ecclesiis & uiris eruditissimis approbat. Relique aūt due que ioānis titulatur. Alteri⁹ ioānī pbyzero ascribunt. Cuius & sepulchrū apud ephesum demonstratur. Nouissimus aūt oium & finē scripturarum suarū scripsit euangelium ab asie epis rogatus aduersus cerinthū alios q; hereticos: & p cipue ebionitas: tunc dogma psurgens. q; asserunt xpm ante mariā non fuisse: unde etiā ppulsus est diuinā uerbi uatiuitatē edicere. Hec hieronym⁹ de uiris illustribus. ¶ Refert quoq; hellinandus q; euangelium pscripturus triduanū ieiuniū omni ecclesie indixit: ut digna deo cōscribere posset. In loco autem ubi euangelium scripserat: licet nullo sit opimēto munitus: nihil hactēn⁹ ibris aut pluuie decidit: ut per hoc appareat quā tiam ipī loco eleméta usq; in presens reuerē tiam ꝑuant.

¶ De scō ioāne damascēo pby. CXXXV.

Ioānes presbyter cognomie damascenus apud constātinopolī floruit tpe theodosii. 3. ipatoris. Hic filius mesue saraceni apud damascum exort⁹ unde & damascenus dictus est ab annis puerilibus cultu iudeus in iudaismo natus & educatus libera libus sciētiis & philosophicis ibut⁹: litteris q; grecis hebraicis pariter & latinis eruditꝰ libros utiles ī medicinalibus utpote pitissimus medicus pfecit. De iudaismo tandē adhuc iuuenis ad xpm uersus constantinopolim ueniens sub anastasio ꝓo impatore mōachalē habitū sumpsit. Et uirgo pmanens in amoré beate uirginis totum se cōtulit: plura; dictamina in eius laudibus cōponebat: & cōposita scribebat: multisq; nobiliū filiis multa legebat. Cum aūt die quadā post lectionē cum scholarib⁹ iret spatiando: pyrate saracenoꝝ eū subito rapuerunt & ad egyptum ducentes cuidam saraceno diuiti uenditerunt. Qui aduertens ei⁹ pitiam filiū suū

eidem instruendū tradidit: & ipm honorifice tractauit. Qui puer acerrimi ingenii ifra paucos annos plenius eruditus: illeq; magistri modū dictandi & scribendi adeo didicit ut nec stilum nec scripturā alterutrius quis discernere posset. Mortuo uero anastasio imperatore: theodosius fact⁹ impator: qui i iuuētute ei fuerat amicissim⁹: ioānē precib⁹ ac ꝑcio multo a saraceno redemit: qué pstan tinopolim deducti suum cancellariū fecit: eiusq; ꝓsilio & industrie curiam totā regendam cōmisit. Filius aūt saraceni qué docuerat iam magn⁹ effect⁹ & glorie ꝓceptoris inuidēs: cogitans quō honorem magistri ꝓcq posset: pstantinopolim ueniens sub noīe ioānis litteras ꝓsinxit: quas saraceno⁹ soldano dirigebat: in qbus ei significabat: q memor beneficiorū in partib⁹ egypti a saracenis receptor⁹ libēter uellet soldanū grecie dñari: & q impator exercitum grecor⁹ ad ptes remotas cōducere debebat. Et q si cum gente sua ad urbē regiam festinaret: subito & sine obstaculo impiū grecie obtineret. Has autē lras iuuenis ille in ꝓistorio causar⁹ industria piecit: & abiit. Reperte igit lre & impератori theodosio exhibite: pcul dubio ioannis epistole sunt iudicate attēto mō dictaminis & scripture. Captus ioānes impatori ꝑsentat: & an litteras illas scripserit: ipm augustꝰ scisciтаt. Ioānes rndet: q ꝓstilum & litterarum formā suum esse negare nequit: sed teste deo illas epistolas nunq; scripsit. Cūq; ꝓpter ꝓsusam respōsionē adhuc maior suspitio esset cōtra eū: & quidā ipm ut ꝓditorē dicerēt occidendū. Impator fecit ei dexteram amputari: & pditorem suū & impii publice pclamari: & ꝑtum eius ꝓsusionē manū i ecclesia sue abbatie suspendi: ipmq; ad monasteriū suū iussit reduci. Qui sepius cū lachrymis uirginis solatiū implorabat: & iniuriā patientissime tolerabat. ¶ Cū aūt quadā die ueneris nocte diei sabbati aduenientis dudū in orone uigilasset: & truncū brachium uirginī ostendisset: & post fletū leuiter dormitasset: uirgo gloriosa ei apparuit: eūq; ꝑortar cepit. Ille uero ecōtra se nimiū asserebat dolere: qa ꝓsusionē suam & monachos cōtinue ꝑpellebat aspicere: & quia de ea repta dictamina nō poterat: ut solebat cō scribere: nec corpus dñicum de ipsa celerās amplius cōtrectare. Tunc btā uirgo manu⁹ appensam: ut sibi ꝑ somniū uidebat: accepit & oi dolore remoto brachio restituit. Euigilās ioānes manū sibi restitutā inuenit: & que erat iam arida carne recentē ꝓspexit. Ipsaq; die sacris idutus missam bte uirginis cūctis stupentib⁹ solēniter celebrauit. Impator miraculum uidens ioāni ueniam petiit: ipmq; officio suo restituēs honorifice eū ꝓtractauit

Queritq; ab eo: si aliquē suum modū dictādi & scribēdi docuerat: illeq; cuncta ꝑ ordinem ei narrat. Quesitus calūniator capit: & peccatum ꝓstens suspendio iudicat: sed ioānni ꝑ eo interueniente mors in exiliū cōmutatur. Post aliquot annos scūs uir officio renunciauit: & in monasterio suo degens i scā religione uitam finiuit ano. 75. etatis sue prīdie nonā mai⁹: sepultus pstantinopoli miraculis clar⁹. ¶ Hic scūs doctor libꝝ cōposuit orthodoxe fidei certam tradictionē continentem in qttuor libris digestū: qué burgredi⁹ pisanus causidic⁹ eugenio pape tertio ā greco transtulit in latinū. Libꝝ etiā compilauit de uita & moribus saluatoris: oia xpi & genitricis gesta ab incarnatione usq; ad ascensionem seriose & particulariter continentē. Libꝝ de laude uirginis rhythmico stilo latine cōpositum. Scripsit etiā uitam balaā & iosaphath eremitar⁹. Alios q; plures elegantes sermones & tractatus putiles cōpilauit. hymnos & sequentias & alias laudes i honorem genitricis & geniti metro dictauit: que qa greco ꝑmōe ꝓgesta fuerāt metro trāsferi nō potuerūt. Et alia plura utilia digessit.

¶ De scō lucio cyrenen epo CXXXVI

Vci⁹ epⁱs cyrenen de quo fact⁹ lucas actu. 13. mētione facit: a scis apostolis prim⁹ apud cyrenē pōtifex ordinatus est: quo officio pdicationis fidelissime pacto sci tate & doctrina ꝑspicuꝰ quieuit in pace prīdie nonā mai⁹: ut dicit hieronymus in martyrologio suo.

¶ De scō enodio epo & martyre. CXXXVII

Nodi⁹ epⁱs apud antiochiā martyriū passus ē: de quo scūs ignati⁹ scribit: q primus ibidē ab apostolis epⁱs est ꝑstitut⁹. Qui apud eandem urbē sub ꝓsecutione neronis impatoris glorioso martyrio coronatus uitam finiuit: ibiq; sepultus est pridie calendas mai.

¶ De scā flauia domitilla uirgine & martyre. CXXXVIII

Lauia domitilla uirgo apud tarracinam campanie ciuitatē sub domitiano passa est. Que cū eēt flauii clementis ꝓlis ex sorore neptis: Aureliano filio ꝓsulis nepoti domitiani impatoris in ꝓiugium tradita est: datis sibi duobus enuchis cubicullariis: uidel⁹ nereo & archileo. Cūq; puella auro & ꝓciosis uestib⁹ tegeret: nere⁹ & archile⁹ q occulte xpiani erant: eidē fidem ꝑdicauerūt: & uirginitatē multipliciter cōmendauerūt: in tantum ut ipsa in xpm crederet: & uirginitatis uotum emitteret: Quam scūs clemens papa baptizauit: & sacro uelamine consecrauit.

Quod audiens aurelianus sponsus eius a domitiano ipetrauit: & uirginē cū nereo & archileo i pontianā insulam relegauit: putans se per hoc propositū uirginis imutare. Post q̄ aūt sancti martyres nere⁹ & archile⁹ martyriū passi sunt: ut dicetur ifra in eorum passione. .xiii. septēbris: & ubi sci maro eutyces & uictorinus: qui etiā domitillā i fide cō fortauerāt: agonē suum ppleuerūt: ut dictū est supra de eis. xvii. cal. maii. Aurelian⁹ uirginem de exilio reduxit: & duas uirgines eu phrosynam & theodorā collactaneas ei⁹ ut ei suaderent misit: quas tñ domitilla ad fidē conuertit. Tunc aurelian⁹ cum sponsis dictarum puellarū & tribus ioculatoribꝰ & aliis sociis ad eam accessit: ut ipsam saltem uiolēter opprimeret. Sed cuꝫ uirgo xpi prefatos duos iuuenes quertisset. Aurelian⁹ eam i thalamū introduxit: & ibidē mimos canere & ceteros saltare secum fecit ut ad libidinē magis accensus: ipsam postmodū uiolaret. Sed cū mimi deficerent in canendo & ceteri i saltando: ipse tñ per biduū saltare non cessauit donec in saltando expirauit. Luxurius uero frater eius ab iperatore obtenta licentia omnes q̄ per uirginē crediderant intersecit: & cubiculo ubi domitilla cum ✝ euphrosyna & ✝ theodora morabat ignem supposuit. Que simꝫ orātes spiritū emiserūt non maii. Quarū corpora sanctus cesari⁹ mane illesa reperiens sepeliuit.

¶ De coniunctione corpoꝝ sanctorum stephani & laurentii. CXXXIX.

Coniunctio corporū sanctorum martyꝝ stephani & laurentii scā est rome sub theodosio iuniore. Nam cuꝫ eudoxia filia theodosii ipatoris & uxor ualētiani apud urbem cum uiro degens a demonio uexaretur: & ualentianus illud patri cōstantinopoli exīti significasset: iubet filiam cōstantinopolim adduci: ut a reliquiis protomartyris stephani tangeretur. Corpus enī sci stephani dudum constantinopoli ex hierosolymis translatū fuerat: ut dicetur ifra in inuentiōe eius. 3. non augusti. Demon aūt in eudoxia clamabat q̄ inde nunq̄ exiret nisi stephanus romā ueniret: qa sic erat uolūtas apostolorum. Quod iperator audiēs a clero & populo pstantinopolitano obtinuit: ut corp⁹ stephani romanis daretur: & corpus laurentii grecis traderetur. Hoc aūt ipator pelagio pape scripsit: q̄ de consensu romanoꝝ petitioni imperatoris psensit: missi igit constantinopoli cardinales corp⁹ sci stephani romā deferunt: & greci pro accipiēdo corpe sancti laurentii cū eis romā pueniunt. Capue aūt corpus sancti stephani recipit: & a cuibus illis dextrū brachium sūmis precibꝰ obtinetur: & metrōpolitana ecclesia eius no mini fabricatur. Cū autem romam uenissent & corpus ad ecclesiā sci petri ad uincula deferre disposuissent: uectores subsistunt nec ultra procedere possunt. Demon autē i regina clamabat eos frustra fatigari: eo q̄ non ibi sed in ecclesia fratris sui laurētii & iuxta eum elegerat collocari. Illuc ergo corp⁹ defertur: ad cuius tactum puella mox a demonio liberatur. Cūq̄ sepulchrum adeo artus esset: q̄ utraq̄ corpa capere non potuisset: laurentius aduentui frīs quasi congratulās in alteram partē sepulchri uersus super lat⁹ fecessit: & medietatem stephano uacuā dereliquit. Sicq̄ stephanū similiter super latus uersa facie ad consocium collocarunt. Greci uero dum man⁹ apponūt ut laurētium auferant ad terrā uelut exanimes corruerunt: sed orantibus pro eis papa cum clero & populo uix ad se ad uesperam redierūt. Omnes tamē infra decē dies mortui sunt. Latini uero qui eis consenserant i phrenesim uersi sanari non poterāt: quo adusq̄ amborum corpora ut dictum est insimul tumulata sunt. Hec autem coniunctio facta est nōn maii: ut dicit frater bartholemeus.

De appariti͞one sci michaelis archāg̃li. CXL.

Pparitio sci michaelis archangeli dupliciter nominatur uidelicꝫ apparitio & uictoria. Apparitiones autem ei⁹ due sunt principales propter quas festū hoc institutum est. ¶ Prima qua in monte gargano apparuit: q̄ mons est in apulia. 40. milibus distans a siponto ciuitate. Anno aūt domini 390. in predicta ciuitate erat quidam uir nomine garganus: a quo ille mons nomē accepit: qui animaliū multitudine pollebat. Cū autem circa predicti montis latera pascerētur: contigit taur⁹ ceteros boues relinquere & uertice montis conscendere. Qđ dominꝰ cum ei⁹ familia per deuia queq̄ requirens: ipsum tandē in uertice montis iuxta hostiū spelunce inuenit & mox in ipsum arcum tendens sagittā tossicatā direxit. Sed statī illa uelut a uento retorta ipsum qui eam iecerat repercussit. Turbati super hoc ciues eṗm superinde consulēdū decernūt. Qui eis triduanum indixit ieiunium: & a deo monuit esse querendū. Quo pacto sanctus archangelus michael per uisionē eṗo apparuit: eisq̄ reuelauit: qualiter loci illius custos & inspector erat: & quia eius uolūtate uir ille mortuus fuerat: eisq̄ locum incolere tali iudicio conprobauerat. Statimq̄ eps & ciues cū processione locum adeunt: & ingredi nō presumētes orationibus ante fores insistunt. ¶ Secūda apparitio est que rome tpe gregorii pape legitur contigisse. Nam ut supra actum ē

in legenda gregorii. 4. idus martii. Cū idem pontifex ꝓpter peſtem inguinariam letanias maiores inſtituiſſet: & deuote pro ſalute populi exoraſſet: uidit ſuper caſtrū quod olim memoria hadriani dicebatur angelum dñi: qui gladium cruentum tenebat: & in uaginā reponebat: unde gregorius intelligens ꝓces a deo exauditas: eccleſiā in honore angelo⁹ ibidem cōſtruxit: caſtrum quoq; illud exin de ſci angeli dictū eſt. He autē due apparitiones ad litterā. 8. idus maii occurrerunt: ꝓpter quas hoc feſtū inſtitutum eſt. ¶ Eſt & alia apparitio que celebratur. 17. calen. nouembris: de qua ibidem cū quibuſdam miraculis ex ipſa ſubſequentibus ageſ. ¶ Dicitur etiam hoc feſtū uictoria ꝓpter multiplicem uictoriam michaelis. Nam re uera iſte glorioſus archangelus ad omnē ſtrenuū actum triumphi ſeu uictorie in chriſtiano populo delegatur. Vnde ſicut eo tēpore quo populus iudeorū erat peculiaris populus dei: michael erat in omibus princeps & adiutor ſynagoge ipſoꝝ: ut habeē danie. 10. Sic poſtq̄ populus xp̄ianus per fidem chriſti factꝰ eſt populus dei: Michael factus eſt princeps & adiutor eccleſie xp̄ianoꝝ. Vnde cantat eccleſia: Princeps glorioſiſſime michael ꝛc. Et iō interpretatur quis ut deꝰ? quia ſicut nullus facere poteſt quod facere preualet deus: ſic quoties aliquid mire uirtutis ageſ: michael mitti perhibeē: ut ait gregorius. Licet autē in aliis uictoriis mirabilior apparuerit: tñ uictoria principalis ꝓpter quam hoc feſtuꝫ denominatur: fuit illa quam ſipontinis hoc modo cōceſſit. ¶ Poſt aliquod nempe tempus ab inuento loco: ut ſupra dictū eſt. Neapolitani gentiles cū ſipontinis & beneuentanis qui. 50. milibus a ſiponto diſtant: ambobus fidelibus ordinato exercitu bellari ceperunt. Qui de epiſcopi ꝑſilio triduo inducias petierunt: ut ieiunio triduano uacarēt: & patroni michalis auxilium implorarent. Tertia aūt nocte michael eꝑo apparuit: preces exauditas aſſerit: uictoriam affutura ꝓmittit: & quarta diei hora hoſtibus occurrē dum premonuit. Quib⁹ occurrentib⁹ mons garganus immenſo tremore cōcutitur: fulgura crebra uolāt: & caligo tenebroſa montem obtexit: ita ut ſexcēti de aduerſariis tam ex ferro hoſtium q̄ ex ſagittis igneis interirent. Reliqui in fugam cōuerſi: uirtute cōperta archangeli: continuo colla chriſtiane fidei ſubmiſerunt. Hec autē uictoria eodem die euoluto anno ab apparitione predicta: uidelicet. viii. idus maii dicitur contigiſſe. ¶ Sunt & alie plures uictorie tam michaelis q̄ angelorum: que quia diem certum nō habent ſub hoc feſto comprehenduntur. ¶ Prima uictoria eſt illa: quam michael archangelus cum ſuis angelis obtinuit: quādo draconem. i. luciferū cū ſuis ſequacibus de celo eiecit. De quo exponitur illud apocal. xii. Factum eſt prelium magnum in celo michael & angeli eiꝰ preliabantur cum draco ne ꝛc. Cum enim lucifer deī equalitatem appetiſſet: archangelus hic celeſtis exercitꝰ ſignifer a deo miſſus ipſum cum ſuis ſequacibus de celo expulit: & in hunc aerem caliginoſum uſq; ad diem iudicii remiſit. ¶ Secunda eſt illa qua cum diabolo diſputās de moyſi corpore ipm triumphauit. De qua habetur iude primo. Cum enim diabolus corpus moyſi ꝑdere uellet: ut ipm ꝓ deo iudeorum populus adoraret. Michael non iudicium blaſphemie improperās: ſed imperio domini ei mandans: demonem expulit: & corpus moyſi diuina prouidentia occultauit. ¶ Tertia eſt quam de antichriſto habiturus eſt: quando ipſum occidet. Tunc enim michael princeps magnus: ut dicitur danie. xii. conſurget: & pro electis contra antichriſtum fortiter aſſiſtet. Deinde antixp̄s ut dicit glo. ſuper illud apoc. xiii. Vidi unum de capitibus eius occiſum ꝛc. mortuum ſe finget: & per triduum latens poſtea apparebit: dicens ſe ſuſcitatuꝫ: arteq; magica ſeretibus eum demonibus in aera aſcēdet: & omnes populi ipſum mirantes adorabunt. Tandem ut dicit gloſa ſuper illud ſecūda timo. 2. quem dominus ieſus interficiet ꝛc. In monte oliueti aſcendet: & dum ſtabit in papilione & ꝑ ſolio ſuo in loco cōtra quem dominus aſcendit: michael adueniens ipſum interficiet. ¶ Quarta eſt quam ageli quotidie de demonibus obtinent: dum pro nobis pugnantes ab eorum tentatione nos liberant. Hoc autē tripliciter faciunt. ¶ Primo poteſtatem demonis refrenando. Figura apocal. xx. de angelo qui demonem ligauit: & in abyſſum miſit. & thobie. 8. de diabolo in deſerto ſuperiori ligato. Huius enim religatio ipſa eſt poteſtatis eius refrenatio. ¶ Secundo concupiſcentiam refrigerando. Figura gen. 32. Angelus tetigit neruum femoris iacob: & ſtatim arcuit. ¶ Tertio memoriā paſſionis mentibus imprimendo. Figura apocal. 7. de angelo aſcendente ab ortu ſolis habente ſignū dei uiui. i. memoriam crucis. & infra Nolite nocere terre & mari ꝛc. quoadusq; ſignemus ſeruos dei noſtri in frontibus ideſt mentib⁹ eorum.

¶ De ſancto raphaele archangelo. CXLI

Raphael archangelus: quia nulla ſpeciali ſolennitate ullo tempore recolitur: ideo huic feſto apparitionis michaelis merito conſungitur: Vt de ipſo aliqualis mentio habeatur. Interpretaē autē raphael

medicina dei. Hoc aũt ideo nõmẽ angelus il le sortitur: quia quotiẽs ad aliquẽ morbum incurabilẽ sanandum angelus aliquis a deo destinari proponitur: tunc raphael angelus mitti creditur: unde iudex angelo duplex officium attribuit: uidelicet officiũ uie & officiu3 medicine. Est eni hic angel⁹ & dux itinerantibus & medicus morbo laborantibus: unde & in hoc; probationẽ: non solum tobiam iuniorẽ in uia ꝺduxit & sanu3 custodi uit ac ꝑiugatum in diuitiis opulentu3 ad domum paternã reduxit: sed etiã tobiã senio rem excecatum illuminauit. De quibus per singula agetur cũ ad historiam tobie puenietur. ¶ Quod aũt hic angelus dux & custos in uia itinerantibus existat: patet in quo dam miraculo: qđ legitur in libro de gestis francoꝝ. Dum eni quidam aurelianensis ad sanctum iacobũ pegrinaretur: ãgelo raphaeli quẽ in deuotione habebat: & quem ducẽ & custodem uiatoꝝ audierat se ſpaliter cõmendauit. Cũ aũt in uia erraſſet: & appropinquãs silue predones ſuperuenientes conſpiceret: festinare cepit iter ut eos euaderet. Et cũ aliquantulũ proceſſiſſet: quidã se sibi quasi comitem uie coniunxit: & cãm tante ſtinationis queſiuit. Cui cũ cãm expoſuiſſet & hoſtes ſe inſequentes oſtendiſſet: ille eum hortari cepit ne timeret: quia ipſũ sine leſione ad rectã uiam reduceret. Et cum hoc loqueretur ſupeuenerunt ad fluuium. Cumq; ille nec pontem nec nauem ad tranſeundum conſpiceret: nec uiã tranſuadandi ſciret ad huc magis timuit: & ſe a comite deceptum putauit. Et ecce cum predonib⁹ irruentib⁹ ille omni auxilio deſtitutus ſe ãgelo raphaeli ꝑmandaſſet: ſubito ex alia ꝑte fluminis cum ſocio ſe tranſlatu3 uidit: & hoſtes citra flumẽ3 mirantes dimiſit. Subitoq; ei comes ille diſſpuit. Sicq; uiam ſuam proſecutus ẽ. Cum aũt iterum rediens ad locũ illũ appropinquans in eoſdẽ hoſtes irruere dubitaret: graui ſopore ſubito depreſſus ſub arbore dormitauit. Cui in ſõnis comes ille qui eum trãſ flumẽ euexerat appuit: ſeq; eſſe raphaelem archangelum cui ſe ꝑmandauerat aſſeruit: q eum in uia cuſtodierat & uſq; ad domum ſaluum ducere intendebat. Euigilans ille ſe ad unam dietam prope ciuitatem ſuã repperit: & ſaluus rediens beato archangelo gratias egit. ¶ Quod etiam medelã inſtr mantibus conferat patet in hoc miracnlo. Circa annum dñi. 1313. iuuenis robuſtus ordinem predicatoꝝ intrauit in conuentũ derbete inſule anglicane: qui morbũ caducum patiebatur: ſed tñ hoc fratribus non reuelauit. Adeo aũt ipſa egritudine opprimebat q ſepius cadens quaſi tribus horis detinebatur. Quare cõpleto anno noluit a fribus ad

profeſſionẽ admitti. De gratia tamen manſurus ad conuentũ letiſtrie miſſus eſt: ubi duꝫ dicto morbo multum afflligeretur: frater q dam ricardus de ponte ſineto pro ipſo deuꝫ orare cepit. Cui dormiẽti raphael angelus apparuit: eiq; dixit q ſi frater ille uoueret ſe continenter uictuꝝ: & i uita ſua ſerꝫa i honorem angelorum ieiunaturꝫ ſanitatem ꝑciperet: & q ipſe ad eum ſanandũ a domino miſſus eſſet. Seq; raphaelẽ archangelum nominauit. Quod cũ frater ille nouiſſio rettuliſſet: illeq; uotum emiſiſſet: eadẽ die a morbo cecidit: & per uiſum angelũ raphaelẽ cõſpexit: qui ipſum eleuauit ac perfecte ſanatum nunciauit: & ut ꝑmiſſa ipleret admonuit: addens ut ſi qñ contrauenīret illico in morbum recideret. Statimq; ille ſanatus ẽ: & ex illo die morbũ minime paſſus. Qui pmodum ad profeſſionẽ3 receptus ſactus eſt bonus clericus: & ordini gratioſus.

¶ De ſcõ victore martyre. CXLII.

Victor miles & mr apud mediolanum ſub maximiãno auguſto paſſus eſt. Qui maur⁹ genere a priſcis ætate xpianus canicie uenerãdus maximiano amiciſſim⁹ fuit. Quẽ ut exiſtẽs mediolani ꝑuit xpianum prio in carcere. vi. diebus afflictum inde eductũ ſlagellis cedi fecit. Et iterũ per triduũ i carcere cõpeditum detineri. Rurſumq; de cuſtodia emiſſum xpmꝫ iuicticſſime cõſitentẽ ſuſtib⁹ duriſſime ceſum: tertio cuſtodie arctiori mancipauit. Dũ aũt ab anolino conſulari ad ſacrificandũ ſuaderetur: & iuolare cõtineret: tertio productus corpus eius plumbo & cera liquefactis perfunditur: ſed plumbo ac cera in modũ aque balneariſ ab angelo repeſactis uictor a cruciatu liberatur. In de eductus extra portã uercellinã expectan tibuſq; militibus iuſſionẽ impatoriſ oibuſq; dormitantib⁹ ipſe ab angelo ſolutus ipiuſq; mãdato fugiẽs i ſtabulo latuit. Sed poſtmodum quãdã ipm matrona indicante ꝓduct⁹ a militibus: & ferro artatus in ſiluula q̃ dicitur ad ultimos in uiridario ipatoris decollatus ẽ: qui & mortem maximiani eodem anno ut euenit futurã predixit. Corpus aũtem eius. vi. diebus expoſitũ ut a beſtiis uorarentur duobus leonib⁹ eũ cuſtodiẽtibus protectum eſt: & integrũ reptum a ſcõ materno e piſcopo i ipo loco tumulatum eſt. Qui paſſus eſt. viii. idus maii.

¶ De ſcõ cataldo epo & cõfeſſore. CXLIII.

Cataldus epꝰ ex hibernie ꝓtibus oppido qđ dicit catandus patre cucho matre atheua exort⁹ fuit. Hic nimia claruit ſcirate & ſigni bus miraculis coruſcauit. Nam ſtatim ut ex utero matris ad lucem ꝓdiit: ca

purq; in marmore pcussit: caput eius in ipsū marmor acsi in cerā mollissimā intrauit: & signū uerticis concauitatē dimisit. Et cū mater ex dolore part⁹ expirasset: infans sine cuiuspiam auxilio se erexit: & matrem brachiolis amplex⁹ ipsam suo tactu dei gratia mirabiliter suscitauit. Cūq; marmor in quo nascens caput defixerat: sub diuo positus esset & in ipsa eius cunctuitate pluuia caderet: omnes egri ex aqua illa sumētes a quacūq; egritudine sanabantur. ¶ Postq; autem ad p̄ byteratum ascendit: & concīues suos ad fabricandam ecclesiam prouocauit: dum ipse quoq; in opere exercitaretur: quidam nobilis cadauer filii nuper defuncti lachrymabiliter ei prosentauit: ipseq; lachrymis illi⁹ cō patiens & dolori: oratione susa puerum continuo suscitauit. Quo miraculo multos ad deum conuertit. ¶ Crescente autem ei⁹ fama filius alteri⁹ nobilissimi militis moritur: cuius cadauer a patre in pheretro uiro dñi apportatur: & ut ipsum suscitet sicut & puerū alterum suscitauit: instantius exoratur. Cuz autem ipse ex humilitate recusaret: & operi ecclesie intentus terram essoderet: casu terrā abiciēs super corp⁹ iuuenis aspersit: & ille repēte uiu⁹ surrexit. ¶ Rex aūt isule hec audiens: & ipsa magicis artibus attribues: nauigio uenit ad sanctum de suis finibus propellendum. Sed nocte ab angelis per uisum territur: cū nisi resipiscat subito morietur. Eademq; nocte quidam eius dux in hoc facto consiliarius repente interiit. Quod rex audiens & dei ultionem expauens a sancto ueniam petit: & ducatum ducis illius defuncti ecclesie que fabricabatur imperpetuum concessit. In qua ecclesia cataldus post breue tempus archiepiscopus electus est: qui laudabiliter uiuens duodecim sibi suffraganeos episcopos constituit: & totam insulam uerbo & exemplo ad christi cognitionē ad duxit. Omnibusq; recte dispositis in pace quieuit octauo idus maii. Cuius corpus cū multo tempore latuisset: a dragone archiepi scopo domino reuelante repertum & i eccle sia tarentin⁹ honorabiliter tumulatum: miracul⁹ radiare non cessat:

¶ De translatione sancti andree. CXLIIII

TRanslatio corporis beati andree apostoli tempore constantini imperatoris facta est. Cuius corpus de patracen ciuitate ubi passus fuerat: & a maximilla senatrice sepultus cum ossibus sanctorum beati luce euangeliste de bithynia sublatis: & timothei discipuli sancti pauli ab epheso sumptis: cō stantinopolim translata sunt: ibiq; reuerētia digna recondita octauo idus maii: ut dicit ado.

¶ De translatione sci hieronymi. CXLV

TRanslatio corporis sancti hieronymi duplex est. Prima ē illa de qua scribit cyrill⁹ hierosolymitanus episcop⁹ in epistola ad augustinum de eius miraculis trās missa. Cū enim corpus glorioſi doctoris apud bethleem iuxta presepe domini ut ipse mādauerat humo obrutum fuisset: & ibidē insignibus & inauditis miraculis coruscaret Videbatur fidelibus: q̄ illud corpus sanctissimum iacens in terra indignius tractaretur Ideoq; decoro sepulchro marmoreo i ecclesia bethleemitica fabricato. Cyrillus hierosolymitanus patriarcha cū clero & populo sanctum corpus eodem transferēdum decreuerunt: & diem dominicū post penthecostē ad hoc faciendū celebrius statuerunt. Et cō currente populi multitudine ex urbib⁹ con uicinis: terram ubi iacebat corpus effodiunt & euacuata fouea illud in aere pendere conspiciunt: ita q̄ nulla sui parte humum cōtingens integrum & icorruptum oīno repiunt odorisq; fragrantiam mirā cuncti senserunt Corpus autem inde leuatum & super altare positum est: ut a fidelibus uideretur. Cuius p̄tactu die ipso. 16. ceci illuminati sunt: tres quoq; demonio uexati illuc adducti liberationem perceperunt. Filius mulieris uidue populi frequentia compressus suffocat⁹ est. Quem mater in fossa ubi corpus sanctum iacuerat: proiecit exanimem: & continuo uiu⁹ surrexit. Quod cernens rusticus: cuius filii cadauer defuncti ante tres dies sepultum fuerat accedens ad locum corpusq; filii exhumatum ad ecclesiam attulit & in foueam p̄iecit: statimq; spiritū uite recepit. Circa uesperas aūt post predicta & alia multa miracula exhibita: corp⁹ in monumento repositū fuit: & fouea terra repleta. Sed mane monumentum uacuū est inuentū: & euacuata iterū fouea corp⁹ repertū est loco pristino restitutū. Stupentib⁹ cūctis sequenti nocte cyrillo dormienti hieronym⁹ gloriosus apparuit: corp⁹q; de loco ubi iacebat nullat⁹ amouendū admonuit dicens: q̄ ibidem q escere debebat donec hierusalem ab infidelib⁹ caperet: & tūc ad urbem roma⁹ deportaret. Quod cyrill⁹ ceteris enarrauit: & uniusq; deo gratias egit. Hec aūt translatio diem certū non habet: nisi q̄ cyrill⁹ eam die octaua pētecostes factam fuisse scribit: quetamen dies nescit quoto die cui⁹ue mensis eodem anno contigerit. ¶ Secūda translatio est que i romanis chronicis reperit q̄ corp⁹ ei⁹ de bethleem romā translatū est: & i ecclesia scē marie maioris reconditū. Post multa enim annorū curricula ab obitu hieronymi glorioſi hierusalem destructa & a saracenis

occupata cum pene omnium sanctorum esset orbata reliquiis: solo beati hieronymi corpore i ptib⁹ illis relicto: appuit ipse doctor uni monacho ibi degenti mandans eidem ut corpus suum romam deferet & i ecclesia dei genitricis iuxta presepe domini tumularet. Qui cum hoc facere formidaret: a sancto doctore secunda uice admonetur: & iussa adimplere recusans: tertio de negligētia durius i crepatur. Tunc sancti hieronymi reliquias latenter surripuit: & cum duobus fidelibus comitibus prosperis succedentibus romam uenit. Quem sanctus iterum iuxta urbem p uisionem admonuit: ut solis canonicis ecclesie conuocatis corpus de nocte quasi clandestine reconderet: ne ex superuenientibus turbis diminutionem aliquam in reliquiis substineret. Itaq; prout sanctus mandauerat iussa perfecit: premissa solis ipsius ecclesie canonicis nunciauit: & ipsis presentibus in loco humili: uidelicet in terra ante presepe domini corpus nocte deuote reposuit: ubi a q busdam uoces angelice concinentes audite: luxq; immensa uti solis radius meridianus ibidē effulsit: miraq; odoris fragrantia unū quēq; respersit. Celebratur autem hec festiuitas die quo corpus almi doctoris ibi depositum est: uidelicet. vii. idus maii.

¶ De scō hermete discipulo. CXLVI.

HErmes discipulus & episcop⁹ de quo apostolus paulus ad romanos. 16. scribens meminit. Hic dicitur fuisse auctor libri qui dicitur pastor: & apud multas grecie ecclesias publice legitur: multiq; de eo libro scriptorum ueterum scripserunt testimonia: sed a latinis pene ignotus est. Sepultus est rome apud baptisterium ex facultatibus sancte praxedis constructum: ut dicit hieronymus de uiris illustribus. Dorothe⁹ abbas hunc ex numero. lxxii. discipulorum fuisse dicit: qui episcopus philopoleos fuit & rome quieuit. In libro etiam pontificum habetur: q; sub episcopatu pii pape hermes librum composuit: in quo mandatū continetur q; ei precepit angelus domini cuius ad eū in habitu pastoris uenit: & die dominico pascha celebrari constituit. Cuius festū agitur vii. idus maii.

¶ De scō metrone cōfessore. CXLVII.

METron confessor uerone colitur i ecclesia sancti uitalis sepultus. De quo fertur q; illuc peregrin⁹ aduenerit: sed unde uenerit aut quo loco exortus fuerit ignorat. Ibiq; existens nouum penitētie modum adiuuenit. Nam lapidi magno compede in crure posito mediante se affixit: clauēq; cōpedis i flumē athesis proiecit hoc sibi signum proponens q; quandocunq; clauem reperire cōtingeret ab omnibus peccatis se absolutum cognosceret: post plures itaq; annos appropinquante die uocationis eius piscis capit⁹ i cuius uentre clauis illa reperitur: animam iam sanctificatam designans & corporis dissolutionem instantem prenuncians. Que p⁹ dies modicos facta est. vii. idus maii.

¶ De scō iob propheta. CXLVIII.

IOb iustus & propheta domini licet de gentibus natus fuerit: q; tñ sanctissimus extiterit non solū in libro tobie. 2. cap. & eze. 14. & eius nominis per totum scripto uolumine expresse dicitur: sed etiam ab omnibus doctoribus approbatur. Fuit autem incola terre hus que est in finibus idumee & arabie: ut dicit hieronymus. Et erat ei anno nomē iobab genuitq; filiū sibi in regno successorem cui nomē eon. Erat quidam ipse filius zare de esau filiis filius de matre uero bosra: ita ut sit quintus ab abraham nepos esau: & regnauit i regione edon rex magn⁹ ac potens inter omnes orientales: & accepit uxorem arabissa 5: genuitq; filios. vii. & tres filias. Fuitq; possessio eius locupletissima in ouibus & bobus asinis & camelis & possessionibus terrarum ac familia multa nimis. Et licet esset ex gentilibus patribus ort⁹ ipse diuino spiritu reuelante: non solum ab idolatria abstinuit: sed insuper sanctissime uixit. Nā erat uir ille rectus & simplex timēs deum ac recedens a malo. Et cum filii eius in cōuiuiis quotidie la ciuirent ipse post cōuiuia domino pro filiis immolabat: ut sic que in comessationibus per filios in deum cōmissa fuerant: ipse sacrificiis expiaret. Cui⁹ sanctitas ore dei approbatur: dū in toto orbe non habere similē perhibetur. ¶ Vt autem eius patientia manifestior fieret: deus eum a diabolo rētari permisit: data ei primo in rebus deinde in filiis tertio i carne propria potestate. Demon autē accepta potestate a domino: primo i exterioribus eum percussit. Nam boues & asinos a sabeis auferri fecit: oues ex aere misso igne combussit: camelos a chaldeis tolli procurauit pueroq; ac familiam gladio hostili & igne consumpsit. Deide ipsum in prole inuasit. Nā filios omnes ac filias palatio super eos corruente uno impetu interfecit. Et cum in his omnib⁹ iob patientem & in nullo pmotum uidisset ad carnes eius persequendas accessit. Graui enim ipsum a planta pedis usq; ad uerticem ulcere uulnerauit. Solamq; sibi uxorem in grauiorem afflictionem dimisit: quā & i eius cōtumeliam icitauit. Et cum in his omnib⁹ nō peccasset iob labiis suis neq; stultum qd cōtra deū locutus esset. Nouissime tres amicos

ei⁹ & reges singulos de loco suo ad eum destinauit: qui licet ad consolandum iob principali intentione uenissent: ipsos tamen diabolica suggestione longa uerborum exacerbatione in ipsius odium & concrepationes prouocauit. Et cum ipsos iob sapienti dispu tatione & patienti sermone superasset. Ad ultimum helim quendam iuuenem arrogantem contra iob in acerba conuitia & grauissima impropria suscitauit. ¶Cumq; post multa flagella dominus seruum suum iob manifestissime comprobasset: & per septem annos ut dicit beatus hieronymus ipsius patientiam dudum expertus in lucem produxisset: misertus ipsius ad statum illum feliciorem reduxit: omnemq; facultatem eius duplicauit. Filios uero & filias totidem numero quot amiserat: ei concessit: sed eos duplici uirtute & elegantia prioribus decorauit. Vixit quoq; iob post flagella sua annis centū & quadraginta: & uidit filios suos & filiorum suorum usq; ad quartam generationem Et mortuus est senex plenus dierum: annorum uidelicet centū & octuagintatriū. Nam ut tradit hieronymus annorum trigintasex erat: quando a domino flagellatus est: & in ipsis flagellis annis septem permansit: post que ut ex textu libri sui habetur annis centum & quadraginta superuixit. ¶ Scripsit ipse idem librum uite sue & sermonum suorum arabico sermone: ut hieronymus ait. Qui certe liber prosa incipit: metro labitur pedestri sermone finitur. Nam a principio usq; ad locum illum ubi iob dicit. Pereat dies in qua natus sum. stilo prosaico incohat. Inde usq; circa finem: ubi dominus tres iob amicos redarguit: heroico metro prosequitur: Finem uero rhythmico colore concludit. Omniq; legis dialectice: propositione: assumptione: confirmatione: conclusione singula uerba sua determinat. ¶Nam quatuor disputationum genera in ipso libro cō plectitur. ¶ Quarum prima est dialetica: que procedit ex probabilibus. Et hec consistit inter iob & tres amicos eius: ubi iob conclusionem hanc tenet: & probat: ꝙ deus hominem iustum sine sui culpa flagellat: amici uero eius oppositam conclusionem affirmant: uidelicet ꝙ deus neminem sine culpa condemnat. ¶Secunda est sophistica: que procedit ex apparentibus. Et hec est inter iob & helim: quāuis iob non respondeat: qui qdem iuuenis psumptuosus & uaniloquus: conclusionem amicorum iob approbans sophistice syllogizat. ¶Tertia est tentatiua inter dominum & iob: qui eum de multis questionibus tentat: & interrogat: ut declaret ei: ꝙ nulla sapientia est apud deum comparata. ¶ Quarta est demonstratiua: in qua pro ipso iob dominus contra tres amicos eius questionem diffiniendo demonstrat. Et sic concluditur totus liber plenus mysteriis & maximis diuine fidei sacramentis. ¶ Quieuit autem sanctus iob in pace & optima senectute sexto idus maii: ut hieronymus in suo calendario ponit. Sepultusq; est in terra hus in finibus edon siue bosra: ubi & sepulchrum eius cernitur usq; in presens.

¶De sanctis gordiano & epimacho martyribus. CXLIX

Gordianus martyr rome passus est sub iuliano apostata imperatore. Qui iulianus cum inter alios christianum quendam senem presbyterum nomine ianuarium tenuisset: dedit eum in custodia cuidam eius uicario gordiano. Qui ianuarium ad domū suam adducens: dum ipsum ad sacrificia seruos monibus hortaretur: ianuarius gordiano christum predicans eum conuertit: & statuam iouis eream quam apud se habebat: in igne conflauit: ac ipsum cum uxore maritta & familia eius promiscui sexus numero quinquaginta tribus cum eorum domibus baptizauit. Quod cum iulianus comperisset: ✠ ianuarium presbyterum in exilium proscriptione damnauit. Vxorem uero gordiani ✠ marinam ad aquas salinas manere precepit in seruitio rusticorum. Gordianus aūt cuidā clementiano quē loco eius uicariū prefecerat: puniendum tradidit. Qui clementianus gordianum sibi catenis uinctum presentari fecit: & in confessione christi persistentem: primo quidem dudum plumbatis cedi deinde capite truncari precepit. Cuius corpus canibus proiectum: cum diebus septē mansisset intactum: tandem a familia sua rapitur: & cum beato ✠ epimacho quem dudum ante predictus iulianus occidi iusserat sepelitur uia latina: miliario uno longe ab urbe roma. Qui passus est circa annum domini tricentesimum & sexagesimum sexto idus maii.

De sanctis calepodio pbytero & sociis martyribus. CL

Calepodius presbyter: palmatiⁿ: simplicius⁹: felix & blanda cum sociis eorū rome passi sunt sub alexandro imperatore. Cum eni palmatius consul de mandato imperatoris ad regionem transtyberim accessisset: ut calepodiū pbrē cū aliis xpianis in domo quadam latentibus comprehenderet: decem milites qui domum intrauerunt: excecati sunt. Quod alexander conspiciens

iussit omnem populum pro liberatione mi-
litum deo mercurio imolare. Tunc una ex
uirginibus paganorum arrepta a demone
deum uiuum & uerum deum christianoru3
clamabat. Quod palmatius audiens conuer
sus abiit ad sanctum papam calixtum: & ab
eo baptismum expetiit: quem calixtus pre-
sente calepodio baptizauit omnemq; eius fa
miliam cum uxore & filiis numero quadra-
gindaduobus unda salutari perfudit. Qui
palmatius exinde cepit facultates suas pau-
peribus errogare. Post dies plurimos ale-
xander hoc audiens fecit teneri palmatium
eumq; examinatum & christum confitente3
tradidit simplicio senatori quatenus ei per-
suaderet ut ad culturam deorum accederet.
Cum autem simplicius ipsu3 plurimum ho
noraret: & palmatius omnia seculi blādime
ta contemnens orationibus & ieiuniis insiste
ret: quidam nomine felix uenit ad palmati-
um deferens uxorem suam nomine blanda3
ab ānis quattuor paralyticam: ut eam sana-
ret. Quam palmatius in conspectu simplicii
& omnis eius familie fusa oratione sanauit.
quo uiso miraculo conuersus est simplicius
senator cum omni domo sua: felix quoq;
cum uxore sua blanda sana effecta: cepitq;
omēs baptismati gratia3 expetere: uocatoq;
sancto papa calixto cum beato calepodio:
superuenientes ad domum simplicii bapti-
zauerunt eum cum tota eius familia atq; feli
cem cum coniuge sua blanda. Quod cum a
lexander audisset: quia multitudo hominu3
per beatos calixtum & calepodium in chri-
sto credidisset: missit exercitum militum: &
tenuit omnes qui baptismum perceperant:
quos precepit capitalem subire sententiam:
& per diuersas portas urbis rome capita eo
rum suspendi ad exemplu3 christianorum.
Tenuit etiam calepodium que3 gladio fecit
occidi: & corpus eius in tyberim iactari an-
te insulam lycaoniam. Quod tande3 a pisca
toribus repertum & beato calixto pape pre
sentatu3 ab eodem in suo cemiterio uia apia
sepultum est. Passi sunt autem sancti mary-
res. vi. idus maii.

¶ De sanctis primo marco iasone & celiano
martyribus. CLI.

PRimus: marcus: iason: & celi-
anus martyres tergesti ciuitate
passi sunt tempore hadriani im-
peratoris sub artasio preside.
Qui primū presbyterum & mar
cum diaconum fustibus cedi iussit: & sub uē
tres eorum ignem accendi. Deinde sulphur
solutum in ora eorum infundi. Et cum hec
omnia supplicia sine ulla eorum lesione su-
perassent: multiq; exinde conuersi fuissent
iasonem & celianum fustibus rā diu uerbe
rari mandauit donec cessi spiritum emitteret
Deinde primum & marcum extra urbis me
nia decollari. Quorum corpora in eodem
tumulo iuxta eandem ciuitatem sepulta sūt
quinto idus maii.

¶ De sancto mamerto episcopo & confesso-
re. CLII.

MAmertus episcopus viennen mi-
raculis & sanctitate apud eande
urbe3 celebris habetur. Qui ob
imminentem terremotum & tem
pestatum cladem atq; luporum
rabiem solēnes tribus diebus ante ascensio-
nem domini letanias instituit: ut habetur su
pra de letaniis. Qui etiam apud prefatam ci
uitatem quieuit in domino quito idus maii:
ubi & sepultus uirtutibus claret.

¶ De scō maiolo abbate. CLIII.

MAiolus abbas nobilibus parenti
bus progenitus: & sacris litteris
imbutus: ac uirginitatis flore de
coratus: primo archidiaconus
ecclesie maticen suit: Deinde fa
ctus est monachus cluniacensis sub hermo-
ardo abbate sancti odonis successore san-
ctitate uite mirabiliter pollens: summaque
patientia decoratus. Qui prorpter grauem
infirmitatem quam incurrit lumen oculorū
amisit: nec tamen exinde in aliquo unquā
perturbari uisus fuit. Sexto autem anno mo
nachationis ipsius decedente abbate monā
sterii maticensis ad eiusdem loci regimen li
cet inuitus eligitur: non obstante q; lumine
foret oculorum priuatus & corpore quasi
uiribus pre longa egritudine destitutus. In
ipsa autem abbatia sanctissime iubar uite su
it: & multa miracula ostendit. Cecis uisum:
surdis auditum: claudis gressum: Aliisq; di
uersorum generum langoribus detentis cō
ferens medicinam. Plures etiā a morsibus
serpentum uenenatos: & a periculis flumi
num & ictibus fulgurum liberauit. Cande
le seu lampades in eius ecclesia ardentes ex
negligentia uel aliter extincte sepius sine
humano studio sunt diuinitus reaccense.
¶ Quadam nocte dum in monasterio sancti
dionysii librum eius de principatu celi per
legeret ad lumen candele grauī somno pres
sus dormitauit: & candela de manu eius su-
per librum cecidit. Sed sola ipsius cera con
sumpta: libri pagina omnino illesa perman
sit. Soluit autem carnis debitum quinto id?

maii. Et reconditus est in monasterio suo miraculis clarens.

¶ De sancto antimo presbytero & martyre. CLIIII

ANtimus presbyter & martyr rome uia salaria passus est. Qui post uirtutum & predicationis insignia in tyberim precipitatus & ab angelo sancto exinde erectus est: ac proprio restitutus oratorio. Deinde in confessione nominis iesu christi capite punitus uictor migrauit ad celos quinto idus maii. Hec ado.

¶ De sanctis nereo & archileo martyribus. CLV

NEreus & archileus martyres sue rūt serui plautille uxoris clemētis consulis germani domitiani imperatoris & sancti clemētis pape. Que plautilla existens uidua eos pueros comparauit: & eunuchos fecit. Cum autem ad predicationem beati petri a postoli plautilla conuersa esset fecit se ab eo dem cum prefatis pueris baptizari. Et ad extrema deueniens eosdem iuuenes cubicularios flauie domitille filie sue dimisit. Cum autem domitianus flauiam domitillam aureliano comiti in coniugem tradidisset ut ipsa perius in eius passione actum est non martii. Nereus & archileus eidem uirgini christum annunciantes eandem conuerterunt: & uotum uirginitatis emittere fuaserūt. Que a sancto clemente papa baptizata & sacro fuit uelamine consecrata. Quod cum aurelianus cognouisset: obtenta ab imperatore licentia sponsam suam cum eunuchis in pōtianam insulam relegauit: quo plures christiani pro christi nomine fuerant exilio deportati. Erant ibi malefici duo discipuli simonis magi furius & priscus: qui magicis artibus populum fallendo simonē magum pro deo fecerant adorari. Quibus beati nereus & archileus resistentes eorum maleficia sermonibus & miraculis deregebant: & sic populum ab errore reuocabant. ¶ Post multum uero tempus aurelianus ad insulā perrexit: & sanctos promissis & oblatis muneribus ut uirgini ad nuptias suaderent exorauit. Quod ipsi omnino facere respuentes eam magis in domino confortabant. Qua pter ad urbem adducti & ad sacrificia compulsi sunt. Et cum dicerent se a beato petro apostolo baptizatos nulla ratione posse idolis immolare capite cesi sunt. Quorū corpora uia ardeatina iuxta corpus sancte petronille uirginis sepulta sunt. 4. idus maii.

¶ De scō pancratio martyre. CLVI.

PAncrati⁹ martyr nobilissimis parentibus ortus apud phrygiam cuius pater dedonius dictus est utroq; parente orbatus sub dionysii cura patrui sui relictus est Ambo igitur romam ubi largum habebant patrimonium perrexerunt. Et dum in eorū possessionibus in monte celio morarentur: in eorum uico papa cornelius cum quibusdam fidelibus propter persecutionem latitabat: a quo pontifice fidem christi & baptismum susceperunt patru⁹ cum nepote. Post dies modicos dionysius in pace quieuit. Et pancratius omnia sua pauperibus erogauit. Deinde se persecutoribus ultroneus offerens christianum se esse dixit. Quem illi tentum ualeriano imperatori presentauerunt. Cumq; puero tredecim annorum & filio quondam sibi amicissimi uiri condoleret suadebat ei: ut diis thura poneret: ne mala morte intanta iuuentute periret. Ille uero econtra sacrificare recusans se licet iuuencu lum corpore: senem tamen animo esse dicebat: & deum iouem patricidam & incestuosum comprobabat. Propter quod augustus iussit eum uia aurelia duci & ibidem decollari. Cuius corpus cetaulla sena trix tulit: & in eodem loco cum aromatibus sepeliuit quarto idus maii. Supra cuius tumulum p̄cessu temporis a fidelibus ecclesia fabricata fuit. ¶ Ad eius quoq; sepulchrum: ut ait gregorius turonē si quis falsum iurare uoluerit anteq̄ ad cancellum chori perueniat: aut stratim a demone captus insanit: ant cadens in pauimentum protinus uitam perdit. Nunc autem dictum corpus uenetiis in monasterio sācti zacharie quiescere ab eiusdem loci sororibus perhibetur.

¶ De sancto epiphanio episcopo. CLVII

EPiphanius episcopus salamine q̄ ciuitas est in insula cypriorū temporibus honorii & archadii imperatorum fuit: ut dicitur in historia tripartita: uir hic iumme extitit sanctitatis & elemosynaꝝ largitus exhibitor. Qui cum omnem substantiam sui episcopatus pauperibus erogaret: & nihil petentibus denegaret. Deficientibus pecuniis iconom⁹ ecclesie murmurabat. Subtoq; eidem uir astitit: saccumq; magnū malta plenum pecunia coram eo deposuit: nec tamen quis esset aut unde uēisset explicauit: & repente discedēs nusq̄ comparuit. ¶ Duo

pauperes uolentes beatum uirum arte delu dere: ut aliquid eis uberi⁹ daret: ipso iter a gente talem fictionem inuenerunt: ut unus eorum se supinum in terra prostraret: alter uero ipsum quasi mortuum desleret: & q̄ se non habere unde eum sepeliret pretenderet: sicq; episphanio necessaria pro exequiis postularet. Cum autem sanctus appropinquasset: & ille lachrymabiliter ab eo subsidium pro tumulando socio petiuisset: episcop⁹ illum super morte comitis benignius consolatur & necessaria p sepultura largitur. Quo discedente dum ille socium uocans pulsaret ut surgeret quatenus de questu bonum sibi conuiuium prepararent: qui se prius mortuum finxit uere defunctus apparuit. Tunc socius post episcopum currens casum ei nunciauit & de cōmisso penitentiam egit. Sanctus autem cum defunctum suscitare potuisset noluit ne tali occasione ministri domini facile deludantur. ¶ Sapientia & doctrine suaui eloquio admodum claruit: Aduersus omnes hereses libros composuit: Aliaq; multa opuscula que ut hieronymus dicit ab eruditioribus propter res a simplicioribus p̄pter uerba leguntur. Hec ille de uiris illustribus. Qui etiam in pace spiritum bona tradidit senectute. 4. idus maii.

¶ De scō dionysio confessore. CLVIII

Dionysius cōfessor patruus fuit sancti pancracii mr̄ de quo superi⁹ dictus est. Qui a beato cornelio papa sacrisontis unda perfusus: eodem die quo & nepos pancratius passus est anno scilicz ei⁹ martyriū precedente in christi nominis sancta confessione feliciter obdormiuit: ut ado in martyrologio insinuare uiderur: uidelicet. 4. idus maii.

¶ De festiuitate sancte marie ad martyres. CLIX.

Festiuitas sancte marie ad martyres a bonifacio papa quarto instituta est propter templi pantheō rome dedicationem. Romani enī cum toto orbi dominarentur nō solum omnium prouinciarum simulacra in urbe habebant: quin potius fere singulis dis templa singula construxerant: tanq; qui eos cunctarum prouinciarus uictores & dominos effecerant. Sed quia omnia idola templum ibi habere non poterant ad maiorem sue gentilitatis uexane ostentationem unum templum ceteris mirabilius & sublimius in honorem omnium deorum erexerunt: & pātheon qd̄ sonat omnes dū uocauerunt: a pan qd̄ est omne & theos de⁹. Pōtifices enim idolorum ad maiorem populi deceptionem finxerunt: q̄ sibi a cybele quam omnium deorum matrem uocabant fuerat impetratum: ut si de omnibus gentibus uellent uictoriā obtinere sibi & filiis suis scilicet diis omnib⁹ templum magnificum fabricarent. Fundamentum ergo ipsius templi sphericum iacitur: ut ex ipsa forma deoruz eternitas demōstraretur. Deniq; & pinam eneam deauratam fabricarunt & eaz in summitate collocarūt. In qua ut aiunt omnes prouincie mirabiliter erant sculpte. Hec autem procedente tēpore inde cecidit: unde in summitate apertura remansit. ¶ Tempore igitur phoce imperatoris cum iam dudum roma fidem domini percepisset. Bonifacius papa quartus predictum templum a phoca cesare impetrauit & omnium idolorum eliminata spurcitia: ipsum in honorem beate marie uirginis & omnium martyrum consecrauit tertio idus maii: locū quoq; ipsum sancte marie ad martyres appellauit qui modo sancta maria rotunda uocatur a populo. Nondum enim cōfessorum solēnia ab ecclesia agebantur. Sicq; i urbe roma ipsum diem in honore omnium martyrum celebrari in ipsa ecclesia ordinauit. Vt sic templum qd̄ fabricatum fuerat omnibus idolis: tunc dedicatuz esset omnibus sanctis: & ubi multitudo celebraret demoniorum ibi deuote celebraretur multitudo sanctorum. Sic quoq; extunc rome in ipso loco festuz illud usq; hodie celebratur tertio idus maii.

¶ De sancto bonifacio papa primo & confessore. CLX.

Bonifacius papa huius nominis primus zozimo pape in episcopatu romano successit. Et sedit annos tres menses octo dies undecim. Hic natione romanus ex patre iocundo presbytero urbis: sub contione cum eulalio ordinatur uno die. Eulalius quippe ordinatur in basilica constantiniana. Bonifacius autem in basilica iulii. Et fuit magna dissessio i clero. Audiēs hoc placida augusta cum filio suo ualentiniano imperatore dum sederent rauenne retrulit hoc honorio augusto mediolani residenti. Tunc ābo augusti missa auctoritate pceperunt ut ambo exirēt de citate. Qui cū pulsi exissent tandez utriq; augusti bonifacium ad urbem reuocauerunt & eum pontificē cōstituerūt. ¶ Hic constituit: ut nulla mulier aut moncha uasa sacrata uel pallam altaris contingeret: aut lauaret: nec in ecclesia incensum poneret. Et ut seruus aut curie obnoxi⁹ non fieret clericus. Hic fecit oratorium in cemi-

terio sancte felicitatis: & ornauit sepulchrū eius. Hic autem beatissimus paterna pietate clericos aluit: pauperes fouit: cunctos honorans: fuit mitissimus in diebus suis super omnes homines & misericors: unde ab omnibus amabatur. Et sepultus iacet in ecclesia sancti petri.

¶ De sancto bonifacio papa quarto. CLXI

BOnifacius papa huius nominis quart⁹ natione marsorum ex patre ioāne medico bonifacio pape tertio imediate in episcopatu romano successit: & sedit annos septem menses octo dies uigintiduos. Hic obtinuit ab augusto phoca imperatore: ut ecclesia beati petri apostoli caput esset omniū ecclesiarum: quia constātinopolitana caput omnium se scribebat. Hic etiam obtinuit dari ecclesie templū: quod ab antiquis in urbe pantheon uocabatur: ut supra dictum est. Quod ipse ablatis idolatrie sordibus consecrauit in honorem dei genitricis marie & omnium martyrum christi. Eiusq; consecrationis die solennitatem in urbe constituit celebrandam. Aliaq; multa laudabilia opera fecit. Et hic sepultus est ad sanctum petrum apostolum. Et cessauit episcopatus menses septem & dies uigintiquinq;.

¶ De sancto seruatio episcopo & confessore. CLXII

SEruatius episcopus traiectensis temporib⁹ hieronymi & ambrosii doctorum claruit. Hic propinquus saluatori secūdum carnem extitit: fuit enim filius emin filii eliud fratris helisabeth & filii helmerie sororis sancte anne matris domine nostre: ut sic eliud & helisabeth mater baptiste beate uirginis fuerūt consobrini secundo uidelicet consanguinitatis gradu. Emin uero pater seruatii ex una parte & christus ex altera filii consobrinarum extiterunt tertio gradu. Sicq; si xp̄s filium habuisset cū seruatio fuissent q̄rto gradu ex consobrinis nepotes. Mater uero sancti seruatii uxor emin uocata est memilia. Natusq; est i oppido phestia ad austrum armenie terra hebreorum in regione persidis: quo decem tribus israel trāslate fuerant. Qui adhuc existens infantulus loca sacra hierosolymis uisitauit: & i sanctis perseuerans operibus ad presbyteratus ordinem ascendit: deinde ab angelo monitus abiit ad octauiam ciuitatem galliarum sitā in littore oceani ad predicandum uerbū dominī eodem angelo sibi duce: ad quem locū deueniens repperit septuagintaduas congregationes iniquorum dissidentes que segregatis conuenerant pro episcopo ipsius urbis eligendo: cuius sedes per septennium uacauerat post obitū episcopi ualentini: qui ad extrema deueniens diuino spiritu eius mandauerat neminem eligendum nisi diuina reuelatione cōmunis omnium electio aliquē nominasset. Hec autem seruatius audiens: dum pro eorum concordia ante altare deū orans procumberet: angelus eisdem apparens baculum sancto pastoralem tradidit: & sic repente in ipsum omnis populus conuenit. Factus ergo episcopus tante gratie fuit: ut patria lingua p̄dicans ab omnibus nationibus suo idiomate uerba eius perciperētur: multosq; miraculoq; gloria claruit. Nam cibos eius reliquias egri quicūq; gustātes: aut pedes uel manus deosculantes continuo sanabantur. ¶ Post aliquod uero tempus emulatione ciuiu⁹ a ciuitate pulsus uenit traiectū. Ibiq; iuxta beati petri ecclesiam tugurium edificans penitētie operib⁹ uacabat: ubi sibi per uisum a domino reuelatur: hunoq; gentes galliarum uebes & maxime octauiam euersuras: quam uisionem octauiam accedēs dū populo nūciasset: illi quoq; timentes: ne pp peccatū in ipsum cōmissum hec sibi futura p̄tingerēt: seruatium pro impetranda uenia nuncium populi ad sedem apostolicam delegarūt. ¶ Qui ueniens traiectum lapidē altaris pulcherrimum trabe ruente p̄cisū digito super scissuram deducto reintegrauit. Indeq; romam accessit: ubi cum in festo dominice annūciationis in ecclesia beati petri oraret pro populo apostolo⁹ princeps sibi in somnis apparuit: galliamq; diuinam euadere non posse sententiam pp̄ter eorum peccata reuelauit. In cuius testimonium clauē argenteā ei dedit: quam ille euigilans in manu sua repperit: & ppetuo pro reliquiis reseruauit. ¶ Cum autem reuerteret egressus romam a gothis capitur: qui tunc italiā de uastabant. Cui per noctem angeli cum luce nimia in custodia apparuerunt: eumq; solutum dimiserūt. Cum aūt die altero a gothis torquendus queritur in carcere clauso non inuenit. Reperit tandē ab ipsis solut⁹ i quodam campo sopitus: cui aquila grandis insidens: altera alarū eum a sole obumbrabat. alteram mouens quasi flabello ei auram uētilabat. Quod gothi cernentes & stupentes illum in pace dimiserunt. ¶ Veniens autem in terram uagionum cum siti afflig̃eret: digito signo crucis in terrā facto fons aque de humo scaturiit: & exinde usq; in presens nūq; defecit. ¶ Degens colonie apud sanctum seuerinum cum oraret a consocio super caput eius ignis columna conspicitur: que nimia celeritate celum progreditur. ¶ Apud metensem urbem celebrans facies eius solis claritate resulsit. ¶ Reuersus ergo octauiam: & que uiderat referens scōq; reliquias

& uasa sacra una cū populo traiectum transtulit pesti superueture reseruanda. Et cū i itinere sessus quiescere uellet: nec sedem paratam haberet: terra tumēs in modū puluinaris se extulit: ubi & sedendo quieuit. Sicq; ibidem usq; in presens manet. Die obit' sui spiciēs celebrata missa populū sacris exhortatiōibus dudum admouit: cui angel' assistere uisus fuit. Et cū diutius orass; luce cō spicua instar solis radii eum per tres horas protegente emisit spiritum. 3. idus maii. que tunc dies pentecostes occurrerat. Cui' corpus memorato quo supra tpe in ecclesia tra iecteñ sepultū est: ubi infinitis & admirādis signis effulget. ¶ Inter que cum primo i uia publica sub diuo sepultus diutius quieuiss; cum tēpore hyemis omnia in circuitu nix repleret nunq; sepulchrum eius tetigit: donec industria ciuium basilica super ipsum edificata est. ¶ Re uera de isto sancto singularis annorum lōgeuitas repitur: quia si uera sūt que de ipso scribuntur preter cōem modernum nature cursum uita eius per annos ultra. 300. concluditur adeo fuisse mirabiliter ptelata. Si enim diligenter tpa computetur seruatius uel christo fuit cōtēporaneus: uel si post eius ascensionem natus non potuerit ultra ānos. 60. elaps9s fuisse uel ad plus. 80 Quod si ambrosio & hieronymo ptemporaneus extitit illos circa annos domini constat 380. uel circa floruisse. Et sic seruatium ad etatem quam diximus peruenisse. Quod si quis legendā seruatii de mendacio accuset: nouerit eam tempore henrici .v. imperatoris a celestino papa. 4. in publico cōsistorio autenticatam: ubi omnia que dicta sunt approbata fuerunt.

¶ De scō hilaro abbate. CLXIII

Hilarius abbas tempore theoderici regis longobardorū; claruit. Hic de tuscia oriundus dum puerulus epistolas pauli legeret diuino spiritu inspiratus & a senio re de uita solitaria informatus annorum. 13. relicto seculo deum orauit: ut eum ad locū duceret ubi solitari' deo seruire posset. Cui angelus domini apparuit ipsumq; de urbe roma ubi habita bat eduxit: & usq; ad mon tem emilie ei ductor extitit. Ad cuius radices uno miliario fluuius decurrebat: ubi in sanctitate uite deo soli uacare cepit. Adeoq; profecit ut infra triennium in uertice montis ecclesiam construeret inferiusq; speluncam habitationis sue locaret: ac de labore manuum uictum acquireret. Sicq; annorum existens. 20. summum perfectionis apice3 uite regularis attixit. Eodem tempore oliby9us q̄ dā nobilis ciuis rauennas a demonio oppressus est: clamante per os eius imundo spiritu q̄ a nullo inde nisi ab hilaro eiici posset. Et designato loco & uiri effigie ductus est oliby9 ad uirum dei: quem sibi in ecclesia oblatum confestim ab obsessione liberauit: & ad xp̄m conuertit. Qué quidam iulianus presbyter casu illac transiens cum uxore & omni familia .pmisci sexus numero. 90. baptizauit. Et post triduum uxor eius eustasia a seculo migrauit. Olibryus uero oibus p xp̄o errogatis cū filiis suis iulio & eunomio monachus sci hilari factus ē: q & cenobiū p̄ diis ditauit: ubi & magna monachoq; multitudo breui tēpore excreuit: qb' scūs deo uiuendi regulā ordinauit. ¶ Cū aūt ad instantias quoruūdā emuloq; dicentiū hilarū cū sociis inobedientes regiis mandatis theoderi cus rex milites suos misisset ad monasteriū spoliandū: illi biduo p deuia mōtiū oberrātes ad id minime uenire potuerunt. Quod rex audiēs p̄sonaliter illuc accessit: & dum equo insidens curiam introisset: Equisq; dum stimulatus ulterius procedere nō posset: tandē regē ad terram deiecit nec tpe nec iumentū inde se mouere ualuit donec rex penitens a scō uiro cum liberatiōe pcepit.

¶ Inter cetera uero regule mandata frēs de collectis frugibus gustare nō audebant nisi ea prius abbati offerebant. Quidā uero frater imatura uua spiciēs tētatione pulsatus ipsam exeritit: & ab abbate gustandā obtinuit. Sed ut racemū cape uoluit spentem in manu sua fuerit qué abiiciēs scō nunciauit. Ille uero ubi demoné eē cognouit p cauda3 ad ecclesiā traxit: ipmq; hūana uoce loq cōpulit q̄ frem ad hoc desiderio gustus tētauerat: ut si gustasset ipm de mōasterio recedere feciss̄et. Quo dicto spens crepuit & demon euanuit. Anno aūt etatis sue. 81. appente sibi angelo & suū obitū post triduum p̄dicente: locellū sibi parari iussit q̄si passibus 100. longe ab ecclesia sua: ubi & quiescēs in pace ꝑditus ē. 3. idus maii.

¶ De scō mutio martyre. CLXIIII.

Mutius p̄sbyter & mr̄: prio i aphi poli citate detētus mr̄isq; penis atq; cruciatib' p xp̄i pfessiōe assc̄t'. Postea bizatiū que nūc pstantinopolis dicit usq; pduc' captali sñia occubuit. 3. id' maii: ut dicit ado in martyrologio.

¶ De scō bonifacio mr̄. CLXV.

Bonifacius mr̄ passus ē apud tarsum cilicie citate tpib' diocletiāi & maxiani ipatog; sub p̄side supplicio. Hic cū eēt suus & pcurator reg; cuiusdā nobilissime matrone nomine aglaie in urbe roma: homoq; ebriosus & adulter ac uitiis dedit' & cū ipsa ei' dña dudū i stupro misceret̄ hospitalitati

tamen & operibus misericordie intendebat. Tandē utriq; diuino nutu compuncti ꝓsiliū habuerūt: ut ad reqrēdas martyꝝ aliquoꝝ reliquias bonifaci⁹ mitteret de ptes ciliciē ubi xp̄ianorū ingens persecutio fiebat: quatenus uterq; eorū orationibus martyrū saluari mererent. Erāt enim uterq; xp̄iani. Bonifacius autē recedens: dixit domine sue q̄si ꝓphetico spiritu inspirat⁹: ut si euenire posset ad emendū corpora martyꝝ secum deferret. Sinautē ipsa corpus suum martyris nomine susciperet. In ipso autē itinere martyr christi a carnibus & uino abstinuit propter martyꝝ reuerentiam: quorum corpora tractaturus erat. Peruenies igit cū duodecim equitibus & tribus uehiculis ad ciuitatē tarsum conseruos licentiauit: ut irent ad hospitia procuranda: ipse uero ad uidendos martyres festinauit. Inuenitq; alium pedibus suspensu⁹ igne suppositō: alium ī quattuor lignis extensum & diutius cesum: alium ungulis exaratum: alium manibus abscisum: aliū stipite in collo fixo a terra leuatum. Et sic ꝑ diuersa supplicia eos a carnifice cruciari. Qui cum magnū deum martyrum acclamaret: & eorū se pedibus prosterneret: ac illos in domino consortaret: a iudice tentus & interrogatus se christianū uiua uoce ꝓfessus ē. Quē supplicius preses iussit suspēdi: & usq; ad ossium nudationē radi latera ei⁹. Deinde calamos acutos sub unguibus manuū eius configi: & post hec in ore ipsius plumbum liquefactum infundi. Et cum in his omnib⁹ gratias ageret: multi ex gentilibus conuersi furentes aram idoli destruxerunt: & presidē lapidare noluerunt. Qui timens furorē populi usq; in craſtinum inde secessit. Die uero sequenti bonifactum sibi presentatum in confessione persistentem iussit in ollam bullienti pice repletā uerso capite iactari. Sed ab angelo protectus illesus permansit: olla quoq; sicut cera liquefacta multos de astantibus incendit. Tunc iussit preses: ut gladio caput eius abscinderet. Quo facto terremotus magnus factus est: & multi ad christum conuersi sunt. Conserui uero bonifacii eum undiq; perquirentes: putabant eum in taberna aut in adulterio lasciuire. Et obuiantes uni ex cōmentariensibus: querebant eum an uidisset romanum aliquem peregrinum: datisq; signorum indiciis: illi eis denunciauit: ipsum die precedenti uitam martyrio sic finiuisse: deducēsq; eos ad locum & ostendēs eis caput & corpus. Quem illi bonifacium cognoscentes admirati: precio corpus redemerunt: & ungentes illud aromatibus: posuerunt in uno uehiculorū: & reuersi sunt deū collaudantes. Angelus autem domini apparuit aglaie olim domine sue: & rem gestam beati martyris indicauit eidem. Que reuerēter sancto corpori obuiauit: eiq; ecclesiā fabricans quinto stadio ab urbe illud ibidem honorifice condidit. Qui passus est pridie idus maii. ¶ Post hec ✝ aglaia mundo abrenuncians omnem suam familiam manumisit: & omnia pauperibus & ecclesiis erroganit. Sumptoq; habitu sanctimoniali ieiuniis & orationibus omnibus diebus uacauit: miraculorum quoq; signis effulsit: & xinde annis. 15. superuixit. Sepulta apud prefatum martyrem operibus piis consumata.

¶ De sancto bonifacio episcopo. CLXVI

Bonifacius episcopus ferentinus dum adhuc puer cum matre habitaret: egressus hospitiū sepius sine linea uel tunica redibat: qa mox ut nudu⁹ aliquem uidebat se expolians illum uestiebat: & ex hoc eum mater sepius minis & uerberibus affligebat ¶ Die quadam mater horreum suū ingressa granum quod pro toto anno parauerat reperit a puero pauperibus distributum. Cū q; ex hoc se pugnis & alapis q; contunderet: puer horreum ingressus in quo parum grani remanserat: matrem aliquantulum exire rogauit: & fusa oratione matrem ad horreū reduxit: quod plus q̄ primit⁹ tritico plenū repertum est: materq; uiso miraculo cōpunc̄ta: exinde cepit uberes elemosynas elargiri. ¶ Cum autem gallinas plures nutriret: die quadam uulpis gallinā asportauit. Puer autem concitus ecclesiam intrauit: & oratione fusa uulpis redit: gallinam quam tenebat: dimisit: moxq; ante oculos pueri expirauit. ¶ Procedente igitur etate cum in moribus & sanctis operibus proficeret: ad episcopatum serentie ciuitatis electus est: Cui ecclesie grauis paupertas inerat: quia unam tantum uineam habebat. Que dum quoda⁹ tempore grandine ita uastata esset: ut uix in ea parui racemi remansissent: ille tempore uindemie constantio presbytero nepoti suo iussit: ut cuncta uini uascula more solito ꝑpararet. Qui licet mirat⁹ unde impleri debuissent: iussa tamen episcopi complet. Bonifacius ergo calcatorium cum solo puero ingressus modicos racemos puerum calcare iussit: ex quib⁹ modicum uini defluxit: Quod ipse in paruulo uase suscipiēs cepit in cuncta uasa diuidere: ut uix eo infusa uiderentur. Vocato quoq; nepote presbytero paupes adesse mandauit. Statimq; uinum adeo in calcatorio excreuit: ut oia uasa paupeꝝ replerent. Quo facto egressus apotheca clausit & signauit. Tertio uero die ofone ꝓmissa cū ꝓstantio redit: & uasa in qb⁹ modicū uinū infuderat: ubertim uinū fundētia inuenit: ita ut ꝑauimentū infusum eēt si eps

tardius intrasset. Super quo miraculo ipse nepoti sub anathemate silẽtium imperauit.
¶ Vocatus semel a fortunato presbytero ad festũ sci proculi martyris celebrandũ accessit: parato; missa ad refectionẽ intrauit: ubi q̃ dã ioculator cũ simia ludente astitit & cymbala pcutere cepit. Quod uir scũs dedignãs fleuit uirumq; illũ mortuũ; prenunciauit: Finito conuiuio cũ ille postq̃ comederat domum exiret: saxum de tecto corruit & ipsũ repente percutiẽs extinxit. ¶ Alio tempore nepos eius ꝑdict⁹ constanti⁹ presbyter equũ suum aureis. xii. uendidit: & ipsos conscio patruo in arca reposuit. Cũq; subito pauperes pro elemosyna ꝓuenissent: & ille qd eis daret penitus nõ haberet: absente nepote arcam uiolenter apuit: & .xii. aureos iter pauperes ꝓdiuisit. Reuersus igit presbyter cuꝫ ea que gesta fuerant repperisset magnis clamoribꝰ pecunias suas repetere cepit. Quez cum patruus placare non posset ecclesiam adiit orationẽ ad deum fecit: pallium suum extendit: & subito in eo aureos. xii. sul gẽtes conspexit. Eggressus quoq; illos in facie ꝑbyteri proiecit dicens ei q̃ nõ habebat amplius quid quereret. sed tñ ꝓpter auaritiã suam eps nõ esset. In qua ꝓtestatiõe se nepotis secreta cognouisse & ipm habere ꝓphetie demonstrauit. Ille enim pro adipiscendo ꝑatu pecuniam preparauit: sed tñ in ꝓsbyteratus officio uita excessit. ¶ Die quadam duo gothi apud euꝫ hospitati sunt: qui rauẽnam pgebant: quibꝰ ille puum uini flasculũ manu sua prebuit: qd fortasse in uno prãdio ꝓsumere potuissent. Ex quo illi ut gothi cõtinue bibentes usq; rauennã peruenerũt: diebus ibidem pluribꝰ cõmorati idem unũ sibi diuinitus abundans in usuꝫ quotidie habuerunt. Et cũ eodẽ poculo ad patrẽ redierũt. Ingressus semel hortũ magnã erucarũ multitudiné olera comedentium repperit quibꝰ in xpi uirtute mãdauit: ut statim recederẽt: & olera sua de cetero non consumerẽt. Que omnes ad uiri dei uerbum confestim sic inde egresse sunt: ut ne una quidem itra horti spatium remaneret. Sicq; uir domini plenꝰ uiritutibus in pace quieuit.

¶ De scis felice & fortunato mar. CLXVII.

FElix & fortunatus fres ex ciuitate uicentia orti tpibꝰ diocletiant & maximiani imperatoꝝ apud urbem aquileiaꝫ passi sunt sub eu phemio ꝓside. Qui cũ ad ꝓfatam urbẽ deuenissent & oẽs ad templũ iouis pro sacrificiis inuitarent. Felix & fortunatus germani a quoda apamio de xpianitate sibi delati sunt. Quos ille ferro uictos ante se duci fecit: & eos ad deorum imolatiões hortari cepit. Et cum in xpi confessione constantes persisterent: iussit eos preses fustibꝰ cedi. Deiñ i equuleo suspẽsos lapidibꝰ adhibitis circa latera inflãmari. Et post hec extẽ di supinos seruensq; oleum super uentres eorum ꝓfundi. Et dũ in his omnibus gratias a gentes psallerẽt deoq; gentiliũ uti demonia confutarent: mandauit preses illos capitalẽ subire sententiã: eductiq ergo extra ciuitatis muros postq̃ breuem orationẽ fudissent data sibi inuicem pacis osculo decollati sunt. Quorum corpora a fideliꝫ nocte surrepta aromatibus condita sunt: ut sepulture traderentur. Interea uero ciues eorũ ex uicentia illuc aduentiẽtes ad ciuitatẽ sue originis corpora deferre uolebant. Aquileienses uero contradicebant. Tandem propter metum paganorum adinuicem conuenerũt: ut tertii nati corpus uicentini secuꝫ ferrent felicis uero aquileie remaneret. Qui passi sunt pridie idus maii.

¶ De scis uictore & corona mar. CLXVIII

VIctor mr & corona sub antonio ꝑatore in syria passi sunt. Qui uictor cum ignem & uerbera ueneno equileũ ungulas atq; ardẽtes lapades superasset: & in ipis omnibus in xpi confessione imobilis redderetur. Corona cum esset uxor cuiusdam militis & cepisset sanctũ uictorẽ beatificaꝫ ob martyrii constantiaꝫ: uidit duas coronas de celo lapsas unam uictori & alteram sibi missam. Cũq; hec cunctis audientibus protestaretur: ipsa quidẽ inter arbores duas secta p medium: uictor quoq; decollatus est. Sicq; martyrium suum consumauerũt in pace pri die idus maii. Hec ado in martylogio suo sũpto a beato hieronymo.

¶ De scõ põtio epo & martyre. CLXIX.

POntius eps & martyr temporibus ualeriãi & galieni sub claudio preside in galliis ciuitate cumella passus ẽ. Huiusꝰ pater mater cuius nomine urbis rome senator Mater quoq; iulia nobilissima fuit. Que cũ ipsum adhuc in utero gestaret templum iouis ingressa est ut conceptionis munera offerret. Tunc sacerdos idolorum imundo spiritu uexatus clamare cepit: filium ex iulia nasciturum magnum iouis templum destructurum. Quod mater audiens corpus sepi lapidibus tundebat ut fetus in utero deperiret. Sed dei gratia illesum puerum conseruauit. Cum autem natum infantem mater perimere uellet a patre prohibita est. Et dum puer esset & ad scholas philosophorũ accederet: audiens die quadam christianos psallentes. Simulacra gentium argentum & aurum & cetera. Verborum ueritatem meditatur ad sanctum pontianum papam

ingredit: & ab eo una cum quodã eius col
lega in fide instruitur: ac in xpi nomie bapti
zatur. Qui matre in gentilitate defuncta pa
trem conuertit ad xpm. Eoq; mortuo in lo
cum eius dignitati senatorie surrogatur.
Qui etiã duos philippos imatores patrem
f. & filium ad fidem cõuertit: Deinde dignita
te relicta accessit ad gallias ꝑdicandas: & in
ciuitate cumella epũs fact⁹ est. Tandem a clau
dio ꝑside ꝑ fide xpi tenet: & in equuleo le
uatur: uectibusq; ꝑpositis dudũ torqueꝫ: ꝛs
equuleo repetino sonitu destructo i amphi
theatꝝ ducitur: & duobus ursis ferocissimis
nudus exponit: qui eoꝝ uenatoribus inter
fectis ad pedes sci martyris ꝓcũbebant. In
de iubẽte ꝑside igne circa eũ accenso ut cre
mareť: sũmitas aphitheatri ꝑburit: ipse ue
ro oĩõ ꝑfact⁹ ab igne ꝓducit. Dũ aũt ad tẽ
plum iouis imolatur adduct⁹ esset: templũ
cũ idolo in puluerem redactũ est. Sicq; mã
dato ꝑsidis ibidem capite truncat. Et subito
claudius in furorẽ uersus linguã sibi denti
bus corrosit: & oculi anubii assessoris & in
passione pontii cõsultoris de capite eĩ⁹ auũl
si sunt. Cui⁹ corp⁹ ibidem a balerio comite
sepultum est pridie idus maii.

¶ De scõ barbaro martyre. CLXX

BArbar⁹ martyr passus ẽ i ciuita
te muthonis sub iuliano imꝑato
re. Qui cũ abissẽt in regionem
francoꝝ cõtra hostes imperii ha
bẽs ducẽ militie noie bacchonẽ:
& ille victoriã obtinuisset: in ipso bello bar
bar⁹ martyr xpianus miles fuit: qui strenue
& uiriliter se gessit: quod imꝑator audiens
comitẽ illũ fecit. Post hec dũ franci peteret
singulare certamẽ. Baccho dux barbaꝝ con
tra francoꝝ athletã misit. Qui ꝓtegẽte se an
gelo in xpi nosie aduersarium in duello occi
dit. Sicq; fráci a bacchone & romanoꝝ exer
citu fugati expugnant. Cũ aũt baccho bar
baꝝ ꝑpter habitum triũphũ ad deoꝝ sacri
ficia inuitaret: & ille se xpianum assereret:
baccho hec imꝑatori nunciauit: qui barba
rum detẽtũ: & imolare recusantẽ: dicentẽq;
se a btõ cyriaco baptizatum: nulla rõne pos
se deos gentiliũ adorare. Fecit ipm iulianus
suspendi: & gladio uentrem eius tãdiu radi
donec interiora oĩa desluerent. Sed orãte fã
cto ab angelo gabriele sibi apparente inte
riora eius uisibiliter collecta in uentrẽ eius
reposita sunt: & scissura eius ꝓsolidata. ipse
q; depositus permãsit incolumis. Quo uiso
miraculo: ✝ bacch⁹ cũ duobus militibus. f.
✝ callimacho & ✝ dionysio cõuersi sunt: & i
xpi ꝓfessione iubente iuliano decollati: dein
de sanctũ martyrem fecit rote ferree alliga
tum circũduci igne suppositio & oleo super
fuso. Martyr aũt orans permansit inuꝰtus:
flãma quoq; erumpens duos ex gentilibus
interfecit. ¶ Post hec in carcerẽ barbarus
mittitur: sed apparente sibi dño cõfortatur.
Mane aũt facto educt⁹ in quattuor lignis
extenditur: & neruis taurinis ante & retro
ceditur: deinde caminus per tres dies incen
ditur: ut in eo imitteret: in quo martyr xpi
septem dieb⁹ incõbustus oĩno ꝑmansit: & ex
eo quasi ex suaui balneo ꝓsiluit. Missus est
postmodũ in carcerem: scorpionibus & ser
pentibus ibidem iniectis: quos oẽs ab eis in
tact⁹ signo crucis effugauit. Inde in boue e
neo succensio fecit eum imꝑator includi: sed
ipse ab omni exustione immunis permansit.
Bos aũt uti uiuus calorem sentiret: mugire
& ambulare cepit. Ad quod miraculũ mul
ti conuersi sunt. Nouissime uero iubente iu
liano capite cesus est. Cuius corpus ab epo
felicio in ciuitate muthonis sepultus est pri
die idus maii.

¶ De scõ pacomio abbate. CLXXI

PAcomius abbas uir doctrine &
apostolice uite egypti cenobio
rum fundator fuit. Hic apud the
baidem mira scirate ꝓpicuus: i
spectu diu latitans ab angelo mo
nitus ad fundationẽ monasteriorũ accessit: re
gulam quoq; eis aptã angelo dictante cõpo
suit: ipsamq; & traditiões deo uiuendi eisdẽ
cõcessit. In horũ aliquo monasteriorum ali
quando septem milia monachoꝝ erant. Sed
maximũ & precipuum in quo erat pacomi⁹
habebatur. In quo mille quingẽti monachi
deo seruientes degebant: diuersisq; ministe
riis ꝑpriis manibus laborabãt. Indeq; uictũ
sibi & pauperibus acquirebant. ¶ Apparu
it ei die quodam diabolus in specie elegãtis
femine: ut ipm de carnis tẽtatione pullularet.
Sed ab illo cognitus diuina uirtute cõpul
sus est multa utilia sibi edicere ad tẽtatiões
euitandas. Indeq; ab eo signo crucis effugat
Huic etiam xps ꝑpinis coronatus apparuit:
Multiplicatiões cenobioꝝ & mõnachorum
egypti: & inde eorũdem desolationes ꝑpter
hominũ peccata ꝓdicens. Quieuit aũt i xpo
sanct⁹ ꝑater anno. 9. archadii & honorii ꝑe
ratorũ⁹ etatis uero sue cẽtesimo decimo: ut
ait sigibertus pridie idus maii. ¶ Hic sanct⁹
ꝑeter regulam quã angelo sibi dictante cõ
scripsit: ut dictũ est. Ad collegas ꝓpositu
re sue diuersas multarũ uirtutum scripsit e
pistolas: uidelicet ad abbatẽ corneliũ unã.
Ad abbatẽ syrum unã. Ad omniũ monacho
rum ꝑpositos ut in unũ cõuenientes paschа
lem diem celebrent unã. Similiter ut ad diẽ
remissionis que menie augusto agitur iide⁹
congregentur unam. Item ad fratres qui fo
ris monasteriũ operari missi fuerant unã.
Hec gennadius de illustribus uiris.

¶ De sancto pacomio confessore. CLXXII.

Pacomi⁹ moach⁹ in scythi fuit. Ad quē ucit heraclides grauī carnis tetatione pulsatus. Qui ab eodē ia3 septuagenario audiuit q⁹ per annos. xii. huiusmodi tentationē nunq̄ deprimere potuerat: unde quasi desperatus se nudum fere deuorandum proiecerat: sed illesus dimissus ad cellam redierat. Cui diabolus apparuit in specie puelle pulcherrime super genua uiri sancti procūbēs Quam ut ipse manu in faciem percussit con festim euanuit: sed biennio sibi ferox manu permansit. Inde aspidem uerendis apposuit: ut se morderet & sic tentationem fugaret: 3 illesus permanēs a serpente a domino cōfortatus est. Et sic in sancto proposito perseuerauit. Hec heraclides. Quieuit i domino pridie idus maii.

¶ De scō theodoro abbate. CLXXIII.

Theodor⁹ pacomii abbatis successor. insignis sanctitate & doctrina spectabilis in libro de collationibus patrum a cassiano edito multimode cōmendat. Qui post ipsum eius successores monasteria sua in sūmo perfectionis apice strenue gubernauit. De concordia & unitate: & de permanendo i proposito cordis & studii exhortatorias & elegantes ad alia monasteria plures epistolas scripsit: & miraculis clarus i domino quiuit. Hec gēnadius libro de uiris illustrib⁹.

¶ De scō orosiense abbate. CLXXIIII.

Rosiensis monachus pacomii & theodori abbatum collega uirmorum perfectiōe ꝑspicuus: & i scripturis diuinis ad plenum eruditus fuit. Qui librum edidit totius discipline monastice eruditionis cōstructum: librum quoq; alium totum plene testamentum uetus & nouum iuxta necessitatem monasticam compendiosis dissertiōib⁹ exponentem quē testamēti uice prope excessus sui finem fratribus obtulit. Et sanctitate pollens in pace obdormiuit. Hec gennadi⁹ ubi supra.

¶ Explicit liber quartus.

¶ Incipiunt capitula libri quinti.

De festo pentecostes i
De scō isidoro martyre ii
De scis torquato & sociis episcopis & confessoribus iii
De scis petro paulo andrea & dionysia martyribus iiii
De scō peregrino epō & martyre v
De scō ubaldo episcopo vi
De scā maxima uirgine vii
De scō torpete martyre viii
De trāslatione sci syri epi viiii
De scō sophonia propheta x
De scō dioscoro martyre xi
De scō uenantio martyre xii
De scō felice epō & martyre xiii
De scō pudente confessore xiiii
De scā potentiana uirgine xv
De scō ioanne martyre xvi
De scō calocero & parthemio martyribus xvii
De scō celestino papa prio xviii
De scō celestino papa .v. siue petro confessore xviiii
De scō celestino confessore xx
De scō hilarione presbytero xxi
De scis eustathio & sociis mr̄ xxii
De scā babilla uirgine & mar̄ xxiii
De scō baudelio martyre xxiiii
De scō austregisillo epo xxv
De scō cōstantino ꝑatore xxvi
De scō hospitio confessore xxvii
De scis timotheo polio & eutychio martyribus xxviii
De scā iulia uirgine & martyre xxix
De scis casto & emilio mar̄ xxx
De scis desiderio epo & sociis mr̄ xxxi
De scō desiderio alio epo & mr̄ xxxii
De sanctis theopompo episcopo & senesio martyre xxxiii
De scō manaem discipulo xxxiiii
De scā ioāna uxore cuze discipla xxxv
De scō seruulo martyre xxxvi
De scis donatiāo & rogatiāo mr̄ xxxvii
De scis anolino & sociis marib⁹ xxxviii
De scō urbano pada & martyre xxxix
De scō niceto martyre xl
De scō zenobio episcopo xli
De scō dionysio mediolan epo xlii
De scō mutio abbate xliii
De scō mutio altero abbate xliiii
De festo corporis ieiu xpi xlv
De scō eleutherio papa & mar̄e xlvi
De scō quadrato discipulo xlvii
De scō augustino epo anglo⁹ xlviii
De scō hildeunto episcopo xlix
De scis prisco & sociis marīyb⁹ l
De scō ioāne papa prio & mar̄e li
De scō ioanne papa secundo lii
De scō ioanne papa tertio liii
De scō symmacho patricio & mr̄ liiii
De scō beda uenerabile ꝓsbytero lv
De scō iulio martyre lvi
De scō eutropio episcopo lvii
De scis symmetrio & sociis mr̄ lviii
De scō germano epo pisiē lviiii
De scō carauno martyre lx
De scō guilelmo confessore lxi

De scis cononе & filio eius marty. lxii
De scis iiiiinnio martyrio & alexan dro martyribus. lxiii
De sancto maximino epi̇scopo. lxiiii
De translatione corpis sci nicolai lxv
De scō theodoro epō myreoꝝ mar. lxvi
De sancto nicolao epō seniore lxvii
De scō felice prio papa & martyre lxviii
De sancta petronilla uirgine lxix
De sanctis cantio cantiano & cantianilla martyribus lxx
De sancto pamphilo martyre lxxi
De sancto uincentio confessore lxxii
De scis reueriano epō & sociis mar. lxxiii
De scis marcellino & petro marty. lxxiiii
De sancto erasmo epō & martyre lxxv
De scō photino episcopo & marty. lxxvi
De scis blandina & sociis marty. lxxvii
De scō nicolao pegegrino pfessore lxxviii
De sancto zacharia monacho lxxix
De scis pgentino & laurentino mar. lxxx
De scō lifardo presbytero & pfes. lxxxi
De sancto isaac martyre lxxxii
De sancto isaac presbytero lxxxiii
De sancto isaac confessore lxxxiiii
De scō quirino episcopo & marty. lxxxv
De scis quadraginta qttuor marty. lxxxvi
De scō bonifacio epō & sociis mar. lxxxvii
De scō bonifacio epō & martyre lxxxviii
De scō bonifacio epō & pfessore lxxxix
De scis nicandro & martiano mar. xc
De sancto philippo diacono xci
De sanctis artemio candida & paulina martyribus. xcii
De sanctis uiginti martyribus xciii
De sancto uincentio episcopo xciiii
De sancto paulo epō & martyre xcv
De translatiōe corpis ici seruatii xcvi
De sancto medardo episcopo xcvii
De sancto gildardo episcopo xcviii
De scis primo & feliciano mrib⁹ xcix
De sancto maximiano episcopo c
De sancto maximino episcopo ci
De sancto cedonio episcopo cii
De sanctis basilide tropode & mandale confessoribus. ciii
De sanctis getulio cereale amantio & primitiuo martyribus ciiii
De sancto barnaba apostolo cv
De sancto onophrio eremita cvi
De sancto timotheo eremita cvii
De sanctis basilide cyrino nabore & nazario martyribus cviii
De sanctis ioanne andrea thadeo & philippo confessoribus cix
De iuctiōe corpis sci ātonii eremite cx
De scō antonio pfes. ordis minoꝝ cxi
De scā felicula uirgine & martyre cxii
De scō peregrino epō & martyre cxiii
De scō sandilla pbrō & martyre cxiiii
De sancto heliseo propheta cxv
De scis rufino & ualerio martyrib⁹ cxvi
De sancto brandano episcopo cxvii
De scis uito modesto & creſcētia m. cxviii
De sancto helychio martyre cxix
De scis fereolo & ferutiōe mribus cxx
De sanctis rothlando & uliuerio & aliis militibus martyribus cxxi
De sancto himerio episcopo cxxii
De scā helisabet de scouāgia cxxiii
De scis marco & marcelliano mar. cxxiiii
De scis cyriaco & paula uirg. & mr. cxxv
De scis geruasio & pthasio marty. cxxvi
De sancto ursicino martyre cxxvii
De sancto romualdo abbate cxxviii
De scis ioanne & benedicto marty. cxxix
De sancto nouato discipulo cxxx
De scō siluerio papa & martyre cxxxi
De sancto albano martyre. cxxxii
De scis albano epō & sociis mr̄i. cxxxii
De scō eusebio episcopo cesarien. cxxxiiii
De scā demetria uirgine & marty. cxxxv
De sancto leufredo abbate cxxxvi
De scis decem milibus martyrib⁹ cxxxvii
De sancto paulino episcopo cxxxviii
De sancta hildegarde uirgine cxxxix
De sancto nicea episcopo cxl
De sancto iuliano martyre cxli
De sancta edeltrude regina cxlii
De sancta maria de cegnies cxliii
De sancto ioanne pbytero & mar. cxliiii
De scō felice presbytero & mar. cxlv

¶ Expliciunt capitula quinti libri.

¶ Prologus quinti libri.

Virtus liber p̄sentis catalogi cō tinet passiōes ac gesta scō̄z: quorum festiuitates eueniunt infra tē pus in quo ecclesia representat diuini uerbi & ipsi⁹ ecclesie matrimoniale plumationē: ex qua subsecutam nouimus iugem liberoꝝ p̄creationē & ppagationē: quod tēp⁹ fuit a die pentecostes: & durabit usq; ad seculi finem. Et ipm tps representat ecclesia a festo pentecostes usq; ad aduentum. ¶ In quo quidē tēpore: primo ipm matrimoniū plumat: uidelicet a pmissio pentecostes festo usq; ad octauā corporis xpi. ¶ Secūdo ex ipso matrionio ispalis generatio ppagatur: ab octaua corpis xpi usq; ad aduentū. Iōq; primo in hac ultima parte ponent festiuitates scōz occurrentes infra tempus illud in quo representatur diuini matrimonii plumatio. Et hoc i toto quinto libro presenti. Deinde subsequēter ponēt festa occurrētia infra temp⁹ illud in quo repsentat

ex ipo matrimonio filioꝝ generatio & multiplicatio. Et hoc in .6. .7. .8. .9. & .10. subsequẽtibus libris. ¶ Rursus in hoc tpe ꝓiugium xpi & ecclesie ꝓsumatur & perficitur. ¶ Primo ꝑpter spiritus unionẽ que principaliter esse debet. Hoc aũt agit in ipso festo pentecostes & per octauã: In quo ꝓmisso spiritu sco in filios adoptionis effuso mẽbra capiti spiritali ꝓpage ꝓnectuntur. ¶ Scdo etiã per corpum ꝓiunctionẽ: qdecclesia p̃sentat i subsequente eucharistie festiuitate usq; ad octauam ipius. In quo celebrat memoria illius uenerabilis sacramẽti p cuius suptionẽ fideles xpo etiã corpaliter copulãtur. ¶ Et quis istud tps iuxta fictionẽ p nos alibi post tam nõ deberet ꝓtendi nisi usq; ad diẽ tertiũ nonag iumi: ubi finiret octaua corpis xpi quãdocuq; ipm festũ sequeret diem pascha ut supra discripsim⁹ uidelicꝫ si pascha occurreret .vi. cal. aprilis. Tamẽ istud tps & p cõsequẽs librũ istum ꝓtendem⁹ usq; ad natiuitatem sci ioannis baptiste. Et hoc triplici ratione. ¶ Primo qa festũ corpis xpi qd ẽ ulti mũ inter festa mobilia aliquãdo usq; ad baptiste natiuitatẽ differtur & extẽdi põt. ¶ Secũdo ut liber iste ab aliis i sui breuitate non multũ discrepet: sed potius adequet. ¶ Tertio ut subsequẽs liber ab aliquo festo notabili incipiatur. Ad huius ergo rẽporis festa perscrutanda procedendũ est.

¶ Incipit liber quintus a pentecoste usq; ad natiuitatem sancti ioannis baptiste.

¶ De festo pẽtecostes spirituſancti. Ca. I.

Entecoste dicitur a numero dierũ q a resurrectiõe dñi usq; ad diẽ istum trãsierunt: qui fuerunt dies .50. Nam pente conta grece: latine sonat quinquagẽsima. Nam die quiquagesimo a resurrectiõe ꝓuſanct⁹: ut sacra actuũ testat historia i apostolos i liguis igneis missus ẽ: qđ ad litteraꝫ ꝓcipit idib⁹ maii. ¶ Circa cuius misſionẽ q̃tuor cõsideranda sunt. s. Ex pte dei mittentis infusio gratiosa. Ex pte spiritus ad uenientis ispiratio miraculosa. Ex pte cetus suscipientis dispositio uirtuosa. Et ex pte effectus subsequentis opatio fructuosa. ¶ Circa primũ sciẽdũ q infusio gratiosa dei mittẽtis attenditur. ¶ Primo ꝓpter missionis liberalitatẽ. Nam adeo deus spiritũ sanctũ liberaliter misit: q pater misit: & filius misit: & spiritusſanct⁹ etiã se ipm dedit. ¶ De primo ioanes .14. dicit⁹ aũt spiritusſanct⁹ quem mittet pater ẽ. ¶ De secũdo ioanes .15. Si aũt abiero mittã eũ ad uos. ¶ De tertio ioanis .16. Cũ uenerit ille spirit⁹ ueritatis ẽ. Nam sicut dicit leo papa i sermone beate trinitatis ꝛmutabilis deitas una ẽ in substantia: idiuisa in opere: consors i uoluntate: par i ꝛpotentia: equalis in gloria. Diuisit aũt sibi opus nẽ redemptiõis misericordia trinitatis: ut pater propiciaret: filius saluaret: spiritusſactus igniret. Quia enim spiritusſanct⁹ deus ẽ. Ideo recte dicit se ipm dare. Misit aũt eũ pater omnipotẽter filius sapienter. Ipse aũt spiritus se ipm dedit beniuolenter. ¶ Secũdo ꝓpter missionis pluralitatẽ. ¶ Nã ipse spiritusſanctus dat. Primo inuisibiliter cũ mentibus castis illabit. Ioanis tertio sps ubi uult spirat & uocẽ eius audis: sed nescis unde ueniat aut quo uadat. ¶ Secũdo uisibiliter cũ aliquo signo uisibili ostenditur luce .3. Descendit spiritusſanct⁹ corpali ispẽ ẽ. ¶ Item ipse spiritusſanctus apostolis tribus uicibus datus ẽ. s. ante passionẽ: post resurrectionẽ: & post ascensionẽ. Prio ad faciẽdũ miracula. Secũdo ad relaxandũ peccata. Tertio ad cõfirmandũ corda. ¶ Prio eni dedit eis spiritũsanctũ quãdo eos ad predicãdũ misit: & super eos demonia & ut langores curarent potestatẽ tribuit. Hec eni miracula p spiritũ sanctũ fiebant matth .12. Si aũt ego i spũ dei eiicio demonia ẽ. ¶ Scdo qñ eis insufflauit dicens. Accipite spiritũsanctũ quoꝝ remiſi tis peccata ẽ. ioanis .20. ¶ Tertio qñ eis cõgregatis hac die in cenaculo spiritũsanctus i linguis igneis effudit actu .2. ¶ Tertio attẽditur hec ifusio ꝓ missionis diuersitatẽ. Nã i diuersis figuris & formis spũscũs missus ẽ ꝓter eni formã liguaꝫ igneaꝫ i qua apostolis datus ẽ: de qua ifra dicet: alias spũscus i triplici spe missus est. ¶ Prio i spẽ colũbe sup xpm baptizatum ioanis prio sup quem uideritis ispm dei sicut colũbã descẽdẽtẽ ẽ. Et hoc ꝓpter triplicẽ colũbe ꝓprietatem⁵. Nam gemitũ ꝓ cãtu hẽt felle caret: & i foramiñ⁹ petre manet. Sic spũscus quos replet facit pro peccatis gemere .ro .8. Ipse spus ꝓ nobis postulat gemitib⁹ ineffabilib⁹. gregorius ideſt nos postulantes & gementes facit. Facit eos esse sine felle amaritudis. Sap .12. O q̃ bonus & suauis ẽ dñe ips tu⁹ i nobis. Facit eos i foramiñ⁹ petre hitare .i. i xpi uulneribus cant .2. Surge amica mea columba mea gloriosa: ꝓuens mihi pullos meos ifusione spũsci: i foramibus petre gloria .i. i xpi uulneribus. ¶ Scdo i spe nubis sup xpm trãsligu ratus. Nubes se a terra eleuat refrigerium pstat: & pluuiam generat. Sic spũscus quos replet a terreis eleuat .ez .8. eleuauit me spi-

ritus iter celū & terrā. A uitiis refrigerat: uñ
bt̄ uirgini dr̄. Spūscūs supue. i te & uir. al
tif. obum. t. idest ab estu uitioꝝ refrigerabit
Pluuiā lachrymaꝝ generat. ps. Flauit spūs
eius & fluēt aque. ¶ Tertio in specie flat⁹ qñ
i apostolos iſuſflauit: ut dictū est. Flatus le
uis est: calid⁹ est: & uite necessarij⁹ ē. Sic spūs
scūs leuis est. i. uelox ad se diffundēdū. oib⁹
eni mobilib⁹ mobilior ē. Ambro⁹ nescit tar
da molimia spūssci gratia. Calidus est ad in
flāmandū. luce. 12. ignē ueni mittere i terrā
Necessarius est ad respirandū. ps. Auferes
spūm eoꝝ & deficient. & ista Emitte spiritū
tuū & creabunt ꝛc. ¶ Circa secundū sciēdū
q̄ ispiratio miraculosa spūs aduenientis at
tendit. ¶ Prio ex parte tēporis cōpetentis.
Nam missus est qnquagesimo die a pascha:
ut dr̄ itelligi: q̄ spūſlanct⁹ è legis pfectio:
peccatoꝝ remissio: & eterna remuneratio.
Legis pfectio: quoniā ꝑm glo. a die agni im
molati qnquagesima die data è lex i igne in
mōte sina: sic die qnq̄gesima datur spūſscūs
in igne i monte ſyon: q̄ ipſe spūſscūs est pfe
ctio legis. Quia pfectuo legis est dilectio.
¶ Est peccatoꝝ remissio. unde glo. iō i qnq̄
genario qa indulgentia fiebat i iubileo: & p
spiritus peccata remittunt ꝛc. ¶ Est eterna
remuneratio. uñ glo. sicut. 40. dies post re
surrectionē qbus cū discipulis dñs cōuersa
tur: pſentē ecclesiam desiguant: Sic qnq̄gesi
mo⁹ dies: quo spūſscūs dat: denariū eccleſie
remuneratiōis exprimit. ¶ Missus ē etiā die
dñica: quo die mūdi suit incohata creatio p
patris oipotentiā: qñ dixit de⁹ fiat lux ꝛc. Eo
etiā die suit icepta & ꝑumata repatio p filij
ſapiam. Nā die dñico xps natus est: & die do
minico resurrexit. Iccirco eodem die debuit
incohari mundi scificatio p spūſscī clemen
tiam. ¶ Missus est & hora tertia: ut sic perfe
ctio opis huius aduētus trinitati aſcribatur
¶ Secundo ex pte modi ꝓgruentis. Nā fac⁹
est repente de celo sonus ꝛc. Son⁹ eni hic suit
repentin⁹: qa spūſlanct⁹ tarda molimina ne
scit. Celestis: qa celestes effecit. Vehemens:
qa ue eternum adimit: unde uehemens quasi
ue demēs. Vel qa mentē ad deū uehit: unde
uehemens q̄si uehens mentē. Fuit & replens
qa repleti sunt oēs spūscō: cuius repletiōis
signum est. Non resonare: nā doliū plenum
nō resonat. Et apostoli i tribulatiōe nō reso
nabāt: sed ibant gaudētes a ꝑspectu ꝓcili ꝛc.
Non plus recipere: nam uas liquore plenu⁹
plus recipe nō pōt. Et apostoli nihil ꝓpriu⁹
habere poterant: ſ⁹ i cōe oia diuidebant. Su
per effluere: quod patet in fluuio inundāte:
sic apostoli cepunt sup effluere: qa ceperūt
loq uariis linguis. ¶ Tertio ex pte flāme ap
parentis: qa i linguis ignei apparuit. Circa
quod est uidendū prio: q̄re apparuit i ligua
potius q̄ i alio mēbro. Secudo q̄re potius in
igne q̄ in alio elemento. Ad primū sciēdum
q̄ apparuit i linguis: prio ut ignea uerba p
ferrent. Scdo ut legē igneā p̄dicarent. Tertio
ut ſpiritūſſūm q ignis ē: p eos loq cognosce
rēt. Bernar. uenit ſpūſscūs sup discipulos in
liguis igneis: ut uerba ignita loquerent: &
igneā legem lingue ignee p̄dicarēt: & spūm
ſanctū p se loqui cognoscerent. Vel ut dicit
greg⁹ Iō in ligua apparuit: qa sicut uerbu⁹
hois i publico lingua ꝓfert: sic uerbum dei
quod apostoli p̄dicauerunt spūſscō mūdo p
palatur. ¶ Ad secundū sciendū: q̄ ignis hēt
4. ꝓprietates p quas denotāt opationes ad
uentus spūſscī: quaꝝ. 7. denotant: q̄ p ipm
7. principales uirtutes. i. tres theologicas &
qttuor cardinales acqrimus. Alie. 7. demō
strāt q̄liter per ipm a. 7. capitalib⁹ uitiis ex
piamur. Nam ignis hēt uirutē excellituā: qa
excellit nobilitate & subtilitate alia corpo
ra. Hec est fides que de subtiliori materia p
tractat: & est nobilior cunctis uirtutib⁹: qa
ſine fide ipossibile est placere deo. Eleuati
uam: qa surſum tendit. Hec est ſpes que me
tem ad celestia puehit. Calefactiuam: qa ut
ad sensum patet frig⁹ expellit. Hec est chari
tas que affectū i deo accendit. Illuminatiuā:
quia tenebras fugat. Hec est prudentia: que
aiam dīna & humana ſapia pluſtrat. Diſcre
tiuā: qa ignis metalla ab iuicē diuidit: hec
est iuſtitia: que inter bonū & malum diſcer
nit: & ius ſuū unicuiq; tribuit. Conſolidati
uam: qa uala teſtea idurat: hec est fortitudo
que aiam mollē i deum ꝓſolidat. Purificati
uam: qa rubigines metallo⁹ tollit. Hec ē tē
perantia que uitioꝝ rubigines ꝑumit. Item
ignis habet uirtutē curatiuā: qa recta ligna
ad arcuositatē reflectit. Hoc ſpūſscūs contra
superbiā operatur altitudies icuruando per
humilitatē. Attractiuam: quia aerē attrahit:
ut patet i uentoſis: hoc contra iuidiam emu
lationes attrahendo. Cōſumptiuā qa ligna
ꝑumit. hoc cōtra auaritiā tēporalia in uſus
pauper expendendo. Motiuā: qa semp mo
uet: Hoc cōtra accidiā. qa amor dei nunq̄ ē
occiosus. Mollificatiuā: qa metalla liquefa
cit: & ſerꝝ molle reddit. Hoc ꝓtra iram cor
uindictā expetens demulcendo. Sanatiuam
qa aerem infectū sanat. Hoc cōtra gulā eius
infectiones purgādo. Reſtrictiuā: qa fluidū
lac coagulat. Hoc cōtra luxuriā eius fluxū
restringendo. ¶ Circa tertiū sciendū: q̄ dispo
ſitio uirtuoſa cet⁹ ſuſcipiētis ꝓsideratur. Prio
pp numeꝝ: nā spūſscūs i. 120. discipulos cor
poraliter missus est: p qđ ſignificat: q̄ spūſ
scūs i uniuersos eccleſie filios: uidel⁹ i solos
pfectos diffundēd⁹ erat. Nā hic numer⁹. 120
sunt. 12. denaria. Numer⁹ aūt duodenarius
orbis uniuersitatem ꝑportat: qa & celum

diui ditur in duodecim signa & terra in duo decim uentos: & annus in duodecim menses Numerus autem denarius legis perfectionē dessignat. Sed decem per duodecim multiplicata faciunt centum & uiginti. ¶ Vel per hoc ostenditur q illi in quos spiritussanct⁹ uenit habere debebant perfectionem legis mosaice que consistit in decem preceptis: & fidei euangelice que consistit in duodecim articulis. ¶ Secūdo propter locum. Datur enim spirituissanctus in cenaculo montis syon. Ad qđ quindecim gradibus ascendebatur: In quibus dauid ad tabernaculū domini ascendens quindecim psalmos graduales decantabat. Si autem ordine numerali ab uno incipias & superaddas duo & deinde tres deinde quattuor & sic usq; ad quindecim per uenies ad numerum centum & uigibti. In quo numero spirituissanctus effusus est: ut sic ipsius loci gradus mystice prophetarent per excrescentiam numerum illorum hominum in quibus spirituissanctus in eodem loco fuerat corporaliter diffundendus. ¶ Tertio propter meritum. Fuerunt enim apostoli receptacula mundi sicut de eis cantatur ad pſūſanctī ſuſceptionem: & hoc propter septem que in ipsis reperta sunt que in textu notantur. ¶ Fuerunt enim primo animo qeti: qđ notatur cum dicitur. Dum compleret dies pētecostes idest dies requietionis isaie septuagesimosexto. Super quem requiescet spirit⁹ me⁹ nisi super humilem & quietum. ¶ Secundo dilectione uniti: qđ notatur ibi. Erant omnes pariter. Ideo cantatur de eis. Inuenit eos concordes charitate. ¶ Tertio loco secreti qđ notatur ibi ni eodem loco. i. in cenaculo: Osee. Ducam eam ad solitudinem & loquar ad cor eius. ¶ Quarto oratio ne assidui: unde cantatur: orantibus apostolis deum et cetera. Sapiētie octauo. Inuocaui & uenit in me spiritus sapientie. ¶ Quinto humilitate prediti: quod notatur ibi dixerunt: psalmista Qui emittit fontes in conuallibus. idest dat gratiam humilibus ut dicit glosa. ¶ Sexto pace coniuncti qđ notatur in hoc q erant in hierusalem quo interpretatur uisio pacis: unde & dominus quando post resurrectiōem discipulis apparuit: primo pacem anunciauit: & postea spirituissanctum dedit. ¶ Septimo contemplatione erecti: qđ notatur quia erant sedentes: unde maria que uitam contemplatiuam designat sedebat ad pedes domini & audiebat uerbum illius. ¶ Circa quartum autem notandum q operatio fructuosa effectus subsequentis notatur in sex effectibus: quos spirituissanctus aduenies operatus est: qui continentur in illa auctoritate ioannis decimosexto paracletus autem spirituissanctus ⁊c. ¶ Primo ad consolandum mestos qđ notatur ibi para clitus idest consolator isaie sexagesimoprio spiritus domini super me: & infra: ut ponerem consolationem lugentibus syon. ¶ Secundo ad uiuificandum mortuos: qđ notatur ibi spiritus: quia spiritus est qui uiuificat ezechielis trigesimoseptimo. Ecce ego mittam in uos spiritum & uiuetis. ¶ Tertio ad sanctificandum immundos: qđ notatur ibi sanctus: psalmista fluminis impetus. i. inundans gratia spiritus letificans ciuitatem dei. & infra. Sanctificauit tabernaculum suū altissimus: per ipsum uidelicet flumen.

¶ Quarto ad pacificandum odiosos: qđ notatur ibi pater. Nas pater naturaliter diligit filios. ioannis decimosexto ipse enim pater amat uos ⁊c. ¶ Quinto ad saluandus iustos qđ notatur ibi. In nomine meo: qđ est iesus qui salus interpretatur glosa in nomie iesu pater misit spiritum ut ostendat q ad saluandas gentes uenit. ¶ Sexto ad docendū ignaros: qđ notatur: quia ille uos docebit oia ioannis decimoquarto. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem.

¶ De sco isidoro martyre. II.

ISidorus martyr alexandrie ortus tempore decii imperatoris apud chium insulam passus est. Hic cum esset christian⁹ occult⁹ Numerianum pretorem a decio ad ipsam insulam missum comitatus est: & apud quandam peccatricem aphram nomine: que tres puellas publice omnibus se prostituētes detinebat: hospitatus est. Quas sanctus nocte illa cum amelio eius comite christiano in fide christi erudire cepit. Cum autem puelle eius pedibus prouolute miserī cordiam & animarum suarum salutem expeterent. Interea lucerna extinguitur: & dum una ex puellis ad ipsam accendendam egreditur: orante sancto martyre: celesti luce domus subito illustratur. Quod puella lumine mutuato rediens & uidens obstupuit: & lux illa celica tota nocte perseuerauit: Cum autem aphra mane facto hec omia matri sue rettulisset: illa conuersa ad se sanctū accersiuit & ab eo ueritatem fidei didicit: ueruz postq puelle cum aphra octo diebus seiuniis & orationibus admonente sancto martyre isidoro institissent: apparuit diabolus in specie ethiopis terrimi: qui de sancto uiro isidoro querelam faciebat: eo q sibi res suas subtrahebat: & ne sanctus ipsum in abyssum demergeret exorabat. Cui martyr domini id se facturum promisit dummodo demon

draconem occidat: qui in ipsa insula apud quendam fontem habitans plurimos pernerat. Sicq; diabolus draconem interfecit: & isidorus fontem purgauit. Aphra uero cum puellis & matre conuerse sunt: & a presbytero phylloronio baptizate.

¶ Hec audiens numerianus isidorum tenuit: & primo in quattuor lignis extensu bouinis neruis crudis grauiter cedi iussit deinde in carcere3 misit. Et cum christu5 constanter confiteretur: inde eductus: pedibus equo alligatur: & per aspera & crepidines montanas distrahitur: moxq; uirtute diuina in ipso loco per quem tractus est: aculei & spine in arbores gummi mastiches defluentes conuerse sunt: & in testimonium eius martyrii manant usq; in presens nec ualent in loco altero trasplatari: quin continuo desiccantur: aut gummi nunquam emittunt. Deinde in camino ignis immissus: cum inde illesus exisset: iussu numeriani decollatus est. Corpus quoq; eius in puteo a pagauis proiectum ab amelio eius comite: & murope sancta matrona inde leuatum iuxta eundem puteum sepultu est. Sed & supra corpus & puteum processu temporis basilica a fidelibus constructa: puteum intra sui ambitum tenet: de cuius aqua omnes egri potantes sanantur: ut dicit ado. Tempore uero dominici michaelis ducis uenetiarum corpus huius martyris inde a uenetis ad eorum urbem translatum quiescit in ducali basilica sancti marci. Passus est autē idibus maii.

¶ De sanctis torquato & sociis episcopis. III

Torquatus: ctheliphon: secūd' indaletius: cecilius: helychi': & eustathius rome a sanctis apostolis episcopi ordinati ad predicandum uerbum dei ad hispanias missi sunt. Cumq; ad ciuitatem acitanam uenissent: & quiescentes modicū discipulos ad urbem pro cibis emendis destinassent: mox a paganorum multitudine insecuti sunt: qui tunc diis suis festa celebrabant. Et cum eos usq; ad fluuium persecuti fuissent: cum gentilium multitudo transire uellet: ruente ponte multi ex ipsis in flumine necati sunt. Visoq; miraculo lupanaria senatrix cum eis qui remanserant crediderunt. Post hec sancti episcopi diuersis urbib' euangelizantes multos populos ad dominum conuerterunt. Et tandē torquatus actiū: ctheliphon uergiū: secundus abule: indaletius urci: cecilius eliberi: helychius cartese: eustathius eliurgi quieuerunt. Sed in ciuitate acitana ad sepulchrum sancti torquati arbor oliue in eius festo preter naturam diuinitus florens maturis oleis onustatur: quarum liquore egritudines sanantur. Horum omniū festum agitur idib' maii.

¶ De sanctis petro paulo andrea & dionysia martyribus. IIII

Petrus: paul': andreas & dionysia tēporib' decii cesaris passi sunt. Quorum petrus adolescens ab optimo proconsule apud lemosacum ciuitatē cōprehensus: cum se christianum profiteretur: in rota extensus & uinculis ferreis toto corpore astrict': dum constanter permaneret: gladio animaduersus est. Deinde proconsul ad ciuitatem troadum accedens oblatos sibi nicomachum andream & paulum christianos dudum torqueri fecit. Nicomachus autem diutissime cruciatus cum iam prope esset: ut spiritum emitteret: clamauit se christianum nunquam fuisse: & idolis sacrificaturum paratum esse. Qui mox depositus ubi sacrificauit: a demonio arreptus & in terram elisus: ligua iuam comedens infeliciter expirauit. Cum autem dionysia puella annorus quindecim uirgo christiana hec uidens: infelicitatem illius argueret: & christum dominum uerum deum acclamaret a iudice tenta traditur duobus lasciuis iuuenibus illudenda. Qui dum eam corrumpere uellent: & illa contra eos uiriliter dimicaret: apparuit eis angelus domini cū immenso lumine qui domum tanta luce perfudit: q; iuuenes terrore perculsi ad pedes uirginis prociderunt: & ueniam postularunt. Mane autem proconsul paulū & andream flagellis cesos populo tradidit occidendos. Quos illi pedibus alligatos extra ciuitatem trahentes lapidibus interfecerunt. Ad quos accurrens dionysia ut secum occumberet iussu proconsulis decollata est. Quorum omnium corpora a christianis ad urbem lemosacum delata una cum corpore beati petri martyris sepulta sunt. Horum omnium agitur passio idibus maii.

¶ De sancto peregino presbytero & martyre. V

Peregrinus presbyter ciuis romanus a sancto sixto papa cū marsone presbytero concordio diacono: & iouiano subdiacono atq; sanuario lectore ad predicandum uerbum dei ad gallias missus est. Qui primo apud massiliam. Deinde apud lugdunū: deinde apud antisiodorum predicarunt: ubi multitudinē populi conuerterunt: & ecclesiam fabricarunt. Post que beatus peregrinus iteranum accessit: ubi dum christum anunciaret a iudice tentus & in uico baugiaco in carcere detentus est. Deinde imperatori hadriano ad iteranensē ciuitatem uenienti presentatus est: A quo diuersis supplicijs attractatus: nouissime decollatus est anno domini .cricētesimo &trigesimo. Corpus uero eius seris expositum cum diebus pluribus permansisset intactum iussu angelico a rustico christiano colligitur: & plaustro imponitur: eodemq; angelo duce a media nocte usq; ad auroram ad sanctum dionysium parisiensē deducitur. Cumq; mane rusticus se antisiodorum adhuc appropinquare non crederet: & postmodum se antisiodorum transisse & parisius aduenisse conspiceret: miratus expectabat dei uoluntatem. Tūc signis ecclesie sancti dionysii per seipsos pulsantibus: & monachis hoc stupentibus: neq; causam cognoscentibus: randez uoce de celo corporaliter ad eos facta p moniti: omnes monachi sancto corpori obuiarunt: & ipsum ad locum suum deferentes in capsa argentea honorifice sepelierunt: ubi & quiescit miraculis pollens. Passus est autem decimo septimo calendas iunii.

¶ De sancto ubaldo episcopo & confessore. VI.

Baldus episcopus nobili prosapia eugubine ciuitatis oriūdus a puericia deo deuotus patre defuncto cui fuerat unicus apud ecclesiam sancti secundi iuxta ipsum oppidum sitam litteras puerulus didicit: & clericus ipsius ecclesie factus eam in tantū dilexit: ut ipsam post tempus de paupere diuitem: de seculari faceret regularem. Qui postmodum a patruo nomine ubaldo cuius gratia & ipse ubaldus uocatus fuerat maiori ecclesie traditus: summa sanctitatis perfectione pollere cepit. Qui etiam ab amicis dudū pulsatus ut uxorem sumeret: omnino recusauit: christo potius militare decernēs. Carnez quoq; diris & assiduis ieiuniis macerabat. Deinde quasi inuitus sacerdotii gradum compulsus ascendere: omnia sibi a patre relicta egenis & ecclesiis dispēsauit. Ecclesiam quoq; suam matricem e dificiis & prediis ampliauit. ¶ Sed cum quasi tota ciuitas incendio conflagrasset ecclesiam suam sancti secundi cum claustro & domo igne consumptā de proprio reparauit. Dehinc in cenobio canonice portuen apud rauēnam tribus mensibus mansitans regulam & ordinem deo uiuendi non solum imbuit: sed in scriptis reportauit. & reuersus ad ecclesiam suam eandem regularium canonicorum monasterium iuxta ordinem portuen instituit: eamq; prediis dotauit. Et in ipso suo regressu: licet itinere fatigatus nunq; ieiunium soluit. Cum autem in quodam memore cum socio dormitasset: exinde surgens codicem regule obliuione dimisit: & solicitus pro libri amissione uel saltem deuastatione propter imbrem maximum qui ceciderat rediit: librūq; repperit ubi dimiserat iuxta uiaz nec raptum ab homine nec a pluuia madefactum. Et quia regula ipsa artior uidebatur: cum tribus tantu ex suis clericis: aliis abeūtibus in dicta ecclesia regulariter uiuere cepit.

¶ Mortuo uero episcopo perusino: ubaldus eligitur: sed fugiens ad eremum tam diu latuit quam diu alius surrogatur. Alias etiam electus in episcopum alterius ciuitatis pedes romam adiit: & ab honorio papa instantia multa resignationē obtinuit. Demum disponente domino electus in episcopum eugubinum ab eodem papa q̄is dudum renitens iussus presulatum acceptauit: & usq; ad tempora alexandri.iii. superuixit: omni uite sancti tate tantaq; patientia preditus: ut etiaz ab ipsis suis familiaribus iniurias perpessus patientissime toleraret. Nam & a suo ianitore aliquando exclusus etiaz semel hostio in fronte percussus nullam uindictaz excogitauit. Et dum quosdam ad instantiam ciuium iniuste excōmunicare nollet prohibiti sunt omnes sibi clerici ministrare: adeo ut etiam ad missam celebrandaz unicum aliquando seruitorem habere nō posset: & patienter tulit. Preterea cum murum urbis iuxta uineam episcopi repararent: & cloacam in uineam facerent infundentem: quod ubaldus prohibere uolens cum iniuria in cemento liquido ia

ctatus & sordidatus benigne supportauit. Quosdam quoq; eius affines iniuriam ulcisci uolentes omnino prohibuit.

¶Dum aliquando seditio dura esset in ciuitate illuc ut pugnam sederet festinauit: quam dum nullo modo sedare se posse perpendit: ex industria inter enses & lapides se in terram deiecit: nec inde surrexit: donec ciues episcopum ex uulnere mortuum existimantes a seditione cessaruit.

¶Alia uice cum ciuitas eugubina ab undecim ciuitatum & castrorum ciuibus inuicem contra eam colligatis obsessa esset: eamq; expugnare uellent. Vir sanctus supra murum ascendens signum crucis edidit: & hostes nemine persequente fugauit adeo ut relictis omnibus solam uitam saluare contenti ad propria festinando redirent: ciues quoq; eugubii de spoliis ditati sunt. ¶Federicum etiam imperatorem qui obsidibus ab eadem urbe susceptis grauem pecunie summam expetebat: exiens ad eum oratione premissa adeo christi uirtute placauit: ut obsides libere redderet: & episcopum plurimum honoraret. Multis etiam egris contulit sanitatem Nam unum ex suis canonicis a graui langore liberauit. Ecclesiam sancti benedicti consecrans solo ueste mentorum contactu paralyticum curauit. Cecis duobus uisum restituit: quorum unus per uisionem monitus fuerat ad eum accedere pro lumine obtinendo. ¶Alium quoque qui ad eum pro luce recuperanda uenerat: quia cognouit hoc eius anime saluti non pertinere ad tantam patientiam suis exhortationibus induxit: ut promissa sibi eterna luce pro temporali perdita nullatenus uisum recuperare uoluisset. Et multis aliis signis admodum effulsit. Denicq; propter nimias afflictiones grauiter languebat intantum q; ex carne ipsius potissime ex ulcere pessimo quod in latere patiebatur: sanies intolerabilis effluebat: nec propter hoc unquam destitit a pontificalibus exercendis. ¶Die sancto pasche iam durissima pressus egritudine: ut uix in lecto se posset erigere: ad preces populi per orationem obtinuit: ut per se ipsum sine adiutore consurgens missam in pontificalibus celebraret: & populo suo ultimum sermonem uice testamenti faceret. Et ad ultimum postquam filios benedixit ad lectulum rediit. Inde ingrauescente langore sumptis ecclesiasticis sacramentis orans & psallens domino spiritum reddidit feria secunda pentecostes: que ipso anno occurrit decimoseptimo calendas iunii. ¶Cum autem tam propter frequentiam egrotorum ad pheretrum uenientium & reportantium sanitatem q̄ propter multorum deuotionem sepultura ipsius usq; ad quintam feriam protracta fuisset: corpus eius nulla corruptione maculatum sed suauissimo fragrans odore: cum luctu multorum & gaudio spiritali ab episcopis perusino ca stellani & callieñ sepultum est honore cōdebito in canonica uidelicet sua iuxta muros ciuitatis: ubi usque in presens quiescit incorruptum omnino inconcussum & cretbris miraculis clarens.

¶De sancta maxima uirgine. VII

Maxima uirgo in pago forliuiensi uico callidiano uirginitatis lilio floreſcens multisq; & insignibus clara uirtutibus in pace quieuit decimoseptimo calen. iunii: ut dicit ado in martyrologio suo.

¶De sancto torpete martyre. VIII

Torpes martyr in ciuitate pisana tempore neronis imperatoris passus est. Nam cum ipse nero ciuitatem pisanam restauraſſet: templum diane ibi construxit: ubi & celum eneum fabricauit nonaginta columnis sustentatum cum imaginibus solis & lune & stellarum: que artificiose oriebantur & occidebant: & cū foraminibus fistularum: per que aque guttule distillantes pluuiam simulabant fecit etiam quadrigam subterraneam: que commota tonitrua mentiebatur.

¶Eodem autem tempore sanctus torpes qui magnus erat in palatio cesaris spiritu dei tactus a sancto antonio presbytero qui in latere montis contiguo ciuitati latebat occulte baptizatus est: & reuertens domum ab angelo sibi apparente in fide confirmatus est. Hoc audiens nero cesar: torpetem captum satellico propiquo suo puniendum dimisit: ipse uero romam rediit. Satellicus uero torpetem primo in carcere triduo ferro uinctum affixit. Deinde ad columnam ligatum cedi fecit: sed orante sancto columna corruit: & satelli cum cū quinquaginta paganis oppressit. Quem filius satellici siluin' nomine per noctem in rota ligauit. Mane uero bestiis exposuit. Leopardus enim ad pedes sancti

procidens mansuetus redditur : leo uero ubi in eum impetum fecit subito moritur Quod cernens euellius consiliarius impe ratoris ad christum conuersus est: & a sil uino decollatus quinto calendas maii .

¶ Deinde oratione torpetis templum cũ omnibus siderus figuris & ei⁹ edificiis ab angelo subuersum est:& idolum diane in puluerem redactum . Propter quod iussu siluini iuxta mare ubi flumen arni in e quor decidit : sanctus martyr educitur : & ibidem capite truncatur tertio calen das maii . Cuius corpus in nauicula ca riosa cum cane & gallo in mare exponi tur : ut uel a bestiis roderetur: uel in ma re mergeretur . Angelo tamen duce naui cula ad hispaniam deuenit . Et a senatri ce christiana celerina nomie que regni di nidium obtinebat in somnis diuinitus ad monita corpus sancti reperitur in portu qui dicitur sinos : & iuxta littus honorifi ce sepelitur decimosexto calendas iunii : ubi postmodum ecclesia desuper suo no mini fabricatur. Et festum eius die ipsius depositionis ibidem celebratur.

¶ De translatione sancti syri epi. IX.

Translatio corpis sancti syri e piscopi papiensis ab icolis e iusdem ciuitatis decimosexto calendas iunii celebratur.Cu ius corpori dominus tantam gratiam contulit : ut etiam ipsius contа ctu mortuum suscitaret.Cecis: uisus sur dis auditum:claudis gressum preberet : multosq; languentes a diuersis infirmita tibus sanos efficeret & obsessos a demo niis liberaret.

¶ De scõ sophonia propheta. X.

Sophonias propheta filiꝰ chu si:filii godolie: filii amasie:fi lii ezechie : ut ex textu ipsius prophetie liquet in diebus io sie filii amon regis iuda pphe tauit: in duabus uidelicet tribuꝫ israel. Iam enim decem tribus in assyrios trans late fuerant . Dirigitur autem eius pphe tia contra nationes in lectione comprehe sas . Prenuncians eis futurum iudicium Populo uero suo israel salutem & ciuita ti hierusalem restauratione3 tunc tempo ris tribuendam prout textu lectionis de nunciauit . Cum enim hieremias & alii multi prophete excidium hierusalem & populi captiuitate3 futura5 predixissent. Hic solus in consolatione populi fuit: ne ex hoc nationes contra dei populum ani mosius insultarent:non solum gẽtibus iu diciũ cõminatur: sed etiam plebi sue re uocationem & hierusalem reedificatione predicat.Hieremie enim contẽporaneus fuit . Et quasi secũ eodem tempore pphe tauit . Hierusalem tamen nec destructio nem nec populi sui in babylonem transla tionem aspexit . Nam ante illa tempora i diebus: uidelicet ioachim filii iosie regis iude cum parribus suis i pace dormiuit. Et sepultus est in hierusalem decimoqui to calendas iunii . Hec hieronymus & io sephus:& ex historia scholastica: Hic san ctus propheta ex numero est illorum.12. qui minores dicũtur : & ecclesiastici qua drageſimonono in sanctorum patrum ca talogo conscribuntur.

¶ De sancto dioscoro martyre. XI.

Dioscorus lector & mr apud e gyptũ passus ẽ. In quẽ preses detentũ multa & uaria tormẽ ta exercuit:ita ut unguibꝰ car nes eius effoderet & lampadi buse ius latera instãmaret . Sꝫ celestis lu minis fulgore perriti ceciderũt ministri Nouissime laminis ardentibꝰ aduſtꝰ mar tyrius consumauit.xv.cal.iunii.Hec hie ronymus in martyrologio suo.

¶ De sancto uenatio martyre. XII.

Venatius martyr in ciuitate ca merina passus est tempore de cii cesaris . Qui a preside ten tus : cum christum dominum confiteretur : primo quidem fustibus cesus: deinde in carcere missus : sed ab angelo confortatus est . Inde edu ctus leonibus exponitur: sed ipsi eius pe dibus procumbentes mansuetissimi red duntur . Deinde pedibus appensus uerso deorsum capite facule ardentes eius uerti ci supponuntur . Et cum hoc etiam gen⁹ supplicii toleraſſet manibus & pedibꝰ ex tenditur : & ignis sub eius uentre solum modo accenditur : & sic mediis partibus diutius incensus affligitur .Nouissime cũ omnia superasset : gladio caput eius pre ciditur . Corpusq; ipsius in eadem ciuita te a fidelibus tumulatur decimoquinto calendas iunii .

¶ De sancto felice epo & martyre. XIII.

Felix episcopus apud spaleten urbem sub maximiano impe ratore passus est. Qui cũ chri stum dominus predicaret a iu dice comprehensus post plu rima supplicia gladio cedente martyrii palmam adeptus est decimoquinto calen das iunii . Hec ado in martyrologio .

¶ De sancto pudente discipulo & confessore. XIIII

PVdens cõfessor ciuis romanus nobilis filius punici illustris & priscille fuit: & marit⁹ sabinelle: ex qua duas filias p creauit. s. potentianā & praxedem: Quas utpote christianissimus nõ solum per manus pastoris presbyteri baptizari fecit: sed etiam in lege diuina plenius eruditas. & ad obseruantiam uirginitatis induxit. Hic enim a beato paulo apostolo doctus fuit: qui domum suam in ecclesiam edificauit: quam & per man⁹ pii pape consecrari fecit. Nutritor nãq; pauper⁹ & susceptor peregrinorum summa ambitione fuit. Et post multa sanctitatis opera laudabilia in pace quieuit. i. calē. iunii: ut dicit ado.

¶ De sancta potentiana uirgine. XV

POtentiana uirgo filia fuit beati pudentis & soror praxedis nobilissima romanorum. Hec post mortē parentis utriusq; omnem facultatem suam cum sorore diuidēs: ceperunt ambe ditissimū patrimonium uendere: & pecunias pauperibus errogare. In ecclesia uero quam pater illarum construxerat in loco urbis: q dicitur in uico patricii: quam prefat⁹ pater earum pudens i titulo beati pastoris dedicauerat: cum consilio pii pape baptisterium construxerunt: cupientes ut familia utriusq; earū die sancto pasche baptizaretur. Quos a numero. 96. manumissos beatus pius eps aquis salutaribus abluit Ibiq; per scos presbyteros & clericos die noctuq; diuina celebrari mysteria: & multos baptizari faciebāt. Post multos itaq; martyr⁹ exhibitas uenerabiliter sepulturas: post omnes facultates suas paupus uisceribus inclusas & xpo fideliter commendatas: potentiana i scō uirginitatis p posito de terris ad xpm migrauit. i. cal. iunii: Sepulta iuxta patrem suum uia salaria in cemiterio prisille temporib⁹ antonini imperatoris.

¶ De scō ioanne martyre. XVI

gere & discúbentibus ministrare: qđ & factū est. Completo uero ministerio illā ad graba tum suū itē⁹ febricitantē remisit: ubi uero in dei cepit esse amore pfecta: non solū ipsa sanata est: sed pluribus ifirmātibus ꝓtulit sanitatem. ¶ Quā ꝓpter eius speciositatē flac cus comes cōcupiscēs ad eā cum militibus armatis accessit: ut eā ul uioléter sibi uxorē assumeret. Puella aūt eum redarguit: qa ad uirginē inermē uenit cum armatis. Dieriūq; triū inducias petiit: atq; matronas honestas post triduū ad se mittēdas ordinauit: ut cuꝫ ipsis ad uirg̃ deinceps associata accedere posset. Quas cū ille paret: uirgo dñi una cum felicula uirgine collactanea sua ieiuniis & o rationibus triduo occupari cepit. Tertio ue ro die ad eam scūs presbyter nicomedes uenit: q eidē corp⁹ dñi obtulit. Quo sūpto in lectulo suo se reclinauit: & inter manus matronaꝝ que ad eā iā accesserant spiritū emisit pridie cal. iunii. Sicq; factū ē ut mulieres que misse fuerant ut uirginis nuptiis interesse nt: eiusdē sacras exequias celebrarēt. Cuiꝰ corpus uia ardeatina sepultū est.

¶ De sanctis cantio cantiano & cantianilla uirginib⁹ & martyribus. LXX

CAntius cantian⁹ & cātianilla germani martyres apud aquileiam passi sunt sub diocletiano & maximiano ꝓtoribꝰ agentib⁹ dulcitio presíde & sisinnio comite. Hi de genere cārini ꝓatoris nobilissimi urbis rome ciues persecutionē declinare cupientes facultatibus eoꝝ pauperib⁹ erogatis ex urbe discesserūt: & aqleiā deuenerūt: ubi cuidā ꝓto sacre scripture doctori illustrissimo adheserūt. Cū aūt xp̃m per urbem aquileiā publice nūciarēt: & comes ac presses illos utpote ex ipiali ꝓgenie detinere formidaret: ipatoribꝰ de predictoꝝ xp̃ianoruꝫ aduentu p litteras suggesserūt. Quib⁹ ipera tores rndētes hāc dederūt auctoritatē: ut si sacrificare nollent capite punirēt. Quod cū beati martyres audiuissēt una cuꝫ ✝ proto pedagogo suo ascēso uehiculo urbē aquileiam egressi fugiebāt: nō qa mortē recusarēt ſ ut aliis fidelib⁹ ꝑdesse possent. Quos comes sisinnius & pses dulciti⁹ cū ꝑiculatoribus ſsequētes cū alteꝝ ex subiūctis aialibus eoꝝ uehiculo corruissēt: eos tandē i loco q dicit ad aquas gradatas ꝓpreheⁿderūt: & horta bant eos ut iouī thura offerēt. Qui cū demoniis se nunq̃ sacrificaturos rnderent: lubentibus comite ac presíde in eodē loco capitali sníа plexi sunt. De quoꝝ corporibus pro sanguine lac emanauit. Que a zenone pb̃ytero collecta cū aromatib⁹ apud ipam ciuitatem tumulata sūt pridie cal. iunii.

¶ De scō pamphilo martyre. LXXI

PAmphilus maꝛ & sacerdos cesarea palestine oriūdus in eadem ciuitate passus est martyrium. Hic admirāde uir fidei & sanctitatis. Eusebii cesarieñ necessariꝰ a quo ille ob intimā amicitiā cognomē euseb̃ius pamphili sortius est: tanto bibliothece diuine amore flagrauit: ut maxima pte orienis uoluminū sua manu scripserit: que ce sarieñ bibliotheca ꝙuare traditur. Sed & sanctus hieronym⁹ quedā uolumina manu eius exarata se repperisse asserit: que tāto ut inquit amplectebaꝫ gaudio ut ceteri opes habere se crederet. Hec aūt esse dicit. 25. origenis ꝑfati uolumia sup libris .xii. ꝓphetarū. Scripsit & ante eusebiū apologeticū ꝓ origene. Qui sub maximiañ ꝑsecutione apud eandem urbē martyrio uitā tēporalē finiuit cal. iunii. Huius eñ uita prefatus eusebi⁹ cesarieñ epūs tribus libris ꝓprehensam exarauit. Hec hieronymus de uiris illustribus.

¶ De scō uincētio confessore. LXXII.

MIncentius gēte gall⁹ lerinēñ insule presbyter tēporib⁹ theodosii & ualentini augustoruꝫ claruit. Hic uir scitate admirādus ꝫ diuinis scripturis erudit⁹ ad uitanda hereticoꝝ colloqa ualidissimā edidit disputationē quā celato noīe suo: pegrini aduersum hereticos ꝑtitulauit. Cui⁹ operis ptē qa i schedulis posita furto pdideraī recapitulā do paucis ꝓmonit⁹ ſensum i uno libro ꝓpegit. Quieuit rome in xp̃o cal. iunii. Hec gēnāti⁹ de uiris illustrib⁹.

¶ De scō reueriano epo & sociis mrib⁹. LXXIII

REuerianus epūs & paulus presbyter cū aliis .x. martyrib⁹ apud ciuitatem augustuduñ passi sunt. Qui oēs pro cōfessione noīs xp̃i sub aureliano pricipe coronam passionis a dño ꝓceperūt cal. iunii: ut dicit ado ex hieronymi martyrologio.

¶ De scis marcellino & petro mr̃: LXXIIII

MArcellin⁹ pb̃yter & petr⁹ exorcista rome martyrium passi sunt sub diocletiano ipatore agēte iudice sereno. cū eni predicā petr⁹ iubēte ꝑfato iudice cesus ab arte mio in carcere detineret: & ipius artemii filia a demōe uexaret: & ob hoc a patre sepi⁹ plangeret. Dixit ei petr⁹ q si ī xp̃ō crederet statim ei⁹ filia sanitatē recipet. Cui artemi⁹ se mirari rndit: quō deus petri filiam suaꝫ liberare posſ: q ipſ petrū de carcere eripe n ualeret. Addés q si catenas in eo duplicaret eumq; deus suis de carcere educeret omnio in ipsum crederet: si tamē filiā eius a demōe liberaret. Petrus uero eadē nocte se ad domū artemii uentuꝫ ꝓmisit. Artemius ergo

domū rediens ꝑdicta oia candide ꝓiugi nū
ciauit. Sicq; ambo de his ad inuicem collo
quentes ꝙ petr⁹ ad eum uenire posset: peni
tus credere non poterant. Cum aut̄ clauso
diei lumine nox supueniens tenebris mūdū
repleuisset. subito assuit petr⁹ candidis indu
tus: tenens triumphum crucis in manu sua.
Tunc artemius cum uxore candida eius ue
stigiis ꝓstrati ueḡ deū xp̄m clamare cepert
Statiq; filia eoḡ paulina uirgo ab immūdo
spiritu liberata est. Artemius uero cū coniu
ge & filia & uniuersa familia ac multitudine
uicinoḡ qui ad miraculū cōcurrerant puer
si fūt ad dn̄m: quos oés marcellinus presby
ter illuc superueniens baptizauit. Artemius
uero qui custos erat carceris: oés detentos
dimisit: eo pacto ut baptismū susciperent.
qui oés a scō marcellino ꝑdicto sacri fontis
unda perfusi xp̄o dn̄o adheserūt: & per dies
quadraginta in domo artemii in diuinis col
loquiis cū petro & marcellino pstiterunt.
¶ Post hec serenus uicarius mandauit arte
mio: ut omnes carceratos quos xp̄ianos esse
ctos nouerat sibi presentaret. Qui man⁹ eo
rum deosculans dixit eis: ut siquis uellet ue
nire ad martyrium ueniret intrepide: & siqs
nollet: abiret dimissus in sua libertate. Sicq;
multis abeuntibus inter paucos marcellin⁹
& petr⁹ abire noluernnt. Comperto autem
ꝙ marcellinus & petrus illos baptizasset:
iudex eos detineri fecit una cum artemio &
uxore candida ac filia paulina. Et artemiu⁹
quidem plumbatis cesum in custodia cū na
ta & cōiuge recluſit. Marcellinum uero pu
gnis percuti in ambab⁹ arteriis: deinde ip̄m
nudum super uitri fragmenta ꝓsterni: & lu
men ac cibum ei denegari fecit: petrū aut̄
per se sepatum in carcerem trudi: & pedes
eius in cippo ꝓstringi. Angelus aut̄ dn̄i mar
cellino per noctē apparuit: & eum uestibus
suis induens ad petrū adduxit: quem & ip̄m
de cippo soluens ambos postmodum ad do
mum artemii duxit. Admonens ut per dies
septē xp̄ianos conuersos ꝓfortaret & postea
se iudici presentarent. Sequenti uero die dū
serenus eos in carceribus nō inueniſſet. Ar
temium cum uxore & filiis ad se adduci ꝓ
cepit: & sacrificare nolentes in terra obrui
mandauit. Quod marcellinus & petrus au
dientes cum multitudine xp̄ianoḡ illuc ac
cesserunt: & cum xp̄ianis multo plures q̄ gen
tiles essent: artemium cum uxore & filia de
manibus carnificū eruerunt: & eoḡ detento
res detinuerūt: donec marcellin⁹ in crypta
missam celebrauit: & artemio ac christianis
omnib⁹ diuina sacramenta prebuit: & post
modum oés in pace dimisit. Ipse uero in ma
nibus militum paganoḡ cum petro & arte
mio candida & paulina ſpōte remansit. Que
cum seren⁹ iudex audisset: iussit artemiū cū
uxore & filia ad carcerem reduci: marcelli
num uero & petrum in silua nigra que nūc
propter eoru⁹ martyriū candida dicitur de
collari. Quorum animas quasi uirgines ue
stibus splendidis ac gemmis indutas ab an
gelis in celum deferri ſpiculator nomie do
rotheus se uidisse testatus est: qui ad domi
num ꝑuersus est. Lucilla uero matrona xp̄i
ana sanctoḡ corpora collegit: & ipsa noctu
in uia lauicana miliario ab urbe tertio sepe
liit: qui pasti sunt. 4. non iunii.

¶ De sancto eraſmo epō & martyre. LXXV

Raſmus epūs & martyr passus est
sub diocletiano & maximiano i
peratoribus: qui cū persecutio
nem sugiens ad montē libanum
declinasset coruus ei escam diui
nitus ministrabat: angeli eum frequenti⁹ uisi
tabant: fere quoq; ad ip̄m confugiebant. Di
uina tandem iussione ad ciuitatē ueniens: &
multos ad xp̄m conuertens ab impatore dio
cletiano detinetur. Et cū se christianum con
fiteretur: plumbatis laterib⁹ ceditur: ac dor
so fustibus mactatur: deinde suspensus un
gulis ferreis laceratur. Et cū hec oia ꝓ xp̄i
amore superasset: iussit imperator plumbū
picem sulphur resinam cum cera & oleo re
solui: & exinde xp̄i martyrem perfundi: An
gelus aut̄ dn̄i eidem astitit & facto terremo
tu cum tonitruis & coruscationib⁹ pene ter
tia pars populi extincta est: & sanēt⁹ ab in
cendiis liberatus: Quem diocletian⁹ onustū
ferro in ceruice & manibus fecit in tenebro
sum carcerem trudi: & etiam potum aque ei
denegari. Orante aut̄ sancto ocior nimius in
carcere erupit: & uisa sunt duodecim cande
lebra lucentia in cōspectu eius. Vincula au
tem ferrea sicut cera soluta sunt. Cui angel⁹
dei apparuit: & eum inde eductum in modi
co temporis ſpatio in italia transposuit: & i
lucridum ciuitatem introduxit. Quē imper
ator die sequenti in carcere requirens & mi
nime reperiens sed ianuas clauias & anulo
suo signatas aspiciens: admirat⁹ magicis ar
tibus ip̄m eductum putabat. Multitudo ue
ro populi uiso miraculo ꝑuersa est ad chri
stum. Igitur eraſmus in lucrido ciuitate in
firmos omnes curabat: & multos ad domi
num conuertebat. ¶ Deniq; cum filius ana
stasii primarii ciuitatis defunctus ad sepul
chrum portaretur ad suggestionem patris
oratione sua illum a mortuis excitauit: &
ip̄m cū anastasio parente & duodeci milib⁹
hoium ad xp̄m cōuersis baptizauit: multa
q; deoḡ templa deleuit: & ꝑ dies. 7. populo
ꝑdicauit. Sed cum maximianus imperator
hec audisset ad eandem urbem ꝓperauit: &
cōprehensum eraſmū ad deoḡ imolationes

inuitare cepit: que3 xp̃m confitenté iussit in maxillis contundi. Deinde adduxit illum ad ciuitatem ꝯmitanā & introducēs ad templū iouis hortabat ut presente omni populo sacrificaret. Cūq; dñi martyr oraret statua iouis erea.12.cubitoꝝ cecidit:& in puluerē redacta est. Draco etiam ingens ex ea exiuit & multos de plebe pemit:uerū populo pro eorum liberatione ad det famulū acclamante ipse draconi ipauit: & serpēs sine alicuius ampliori lesione iuuq; cōpuit. Sicq; uise miraculo tria milia hominū puerū sunt. Ex q bus maximian⁹ iratus ✣ trecenti & triginta quos ꝓhendere potuit gladio necari pre cepit. Deinde beatū erasmū detentū & sacri ficare abnuētem iussit tunica erea ignita ad mensurā eius corporis fabricata uestiri: sed tunica frigidata ipe illesus permāsit. Tūc iussit ollā maximā plumbo pice cera resina & oleo liquatis impleri & erasmū in ea demergi. Et cum hoc etiam supplicii genus illesus supasset:& ex olla liquor seruēs & ebulliēs impatorem ustulasset ipm martyrē xpi cōtinuo liberauit. Sed maximianus obstinatior effectus illum in arta custodia uinctū claudit ut ipsum acrius puniret. Angel⁹ uero domini michael eidem apparuit & solutū eduxit & eidem ducatū ꝑbens dirrhachiu3 pduxit:deinde naulcula ibi diuinitus preparata in cāpaniam prouincia transmigrauit:& iuxta ciuitatē formianā dimisit. Qui diebus .7. extra urbem mansit pane celico per angelū substentatus. Deinde diuina iussiōe ciuitatē intrauit & multos ad xp̃m conuertit. Nouissime coronā sibi de celo missā5 a choro apostoloꝝ & propheraꝝ alpexit:& sic orans domino spūm tradidit. In eadem urbe sepult⁹ a fidelibus.4.noñ iunii.

¶ De scō photino epō & martyre. LXXVI.

PHotinus epūs lugduñ & mr ut dicitur ecclesiastice historie libro v. Cum etate maior nonagenario esset:& pene mēbra iā gestans solo amore & desiderio martyrii uiueret paganoꝝ furente rabie duct⁹ ad presidem:pugnis & calcibus enormiter iuasus ita ut neq; etati neq; grauitati reuerentie aliquid deferrēt:a lōge uero stantibus & surētibus lapides & ligna iacientib⁹ diutius elisus:dū seminecis in carcere trusus esset emisit spiritum.4.noñ iunii. Passus est tpe marci aurelii & ueri antonii imperatoꝝ.

¶ De sanctis blādina uirgine & sociis martyrib⁹. LXXVII.

BLandina mr cum .48.martyrib⁹ passa est i lugdunen ciuitate tez porib⁹ marci aurelii ueri & antonii atq; lucii filiorum eius. De qbus ecclesiastice historie libro 5.c.i.&.2.&.3.hr:q; seniente pſecutiõe ꝑta xp̃ianos apud lugdunū & uiēna3 urbes gallie:adeo ut etiam domoꝝ illis prohiberet habitatio pcessus i publico aut quoꝝcūq; ciboꝝ ꝑpatio prefati martyres ꝑidi sūt oblati. Inter quos cum quidā ✣ uectius pagan⁹ presidem de tanta ipietate argueret:tenetur & ipse tanq; xp̃ianoꝝ aduocatus tentus est: & quidam diaconus noie ✣ sanct⁹ qui laminis ferri & eris candentibus adust⁹ i carcerem missus:rursus diris cruciatib⁹ exanimatus spiritum reddidit ✣. Attalus quoq; per gamenus q martyres nutibus oculoꝝ & gestibus hortabatur: postq̄ diebus multis terrimum carcerem tolerasset: qa ciuis romanus capite cesus est. ¶ Ex his quoq; martyrib⁹.x.i carcere tabefacti fame defecerūt. Deinde reliqui oēs producti q ex eis ciues erant romani decollant. Ceteri uero bestiis subiiciūtur:sed ab eis minime leduñt. Inter quos quidā ✣ alexander phyx genere non obstante q ciuis romanus est:contra decretus principū a preside uolente populo compulsus feris exponitur:quia forte aliis pertinacior uidebatur ✣. Attalus uero quida5 alter prunis substratis in sella ferrea tortus martyrium cōsumauit. Blandina uero prio & so die diuersis penaꝝ generib⁹ cruciata: tertio die ad stipitez ligata bestiis exposita: sed ab his minime lesa:quarto die uerberib⁹ acta: craticula exusta: ad ultimū gladio iugulata est. Cui⁹ exēplo ✣ ponticus puer annoꝝ.xv. multis passionibus affect⁹ ante illā gladio palmā percepit ✣. Maurus uero qui dam ✣ zacharias presbyter ✣ repactus ✣ albina ✣: grata:& alii ceteri eiusdem colle gii gloriosi diuersis suppliciis diebus pluri mis torti: deinde in sellis ferreis igne subiecto assati:Nouissime gladio consumati sunt. Quoꝝ omniū.48.martyrū reliquie icense & in rhodanū fluuiu3 dispse fuerunt. Sed diuina dispositione in loco in quo corpora combusta fuerant:cineres & ossa icōbusta dimissa a fidelibus reperta & recollecta atq; i ecclesia apostoloꝝ sub altari condita sunt. Horum ominū passio agitur.4.noñ iunii.

¶ De scō nicolao pegrino & pfes. LXXVIII.

NIcolaus cognomēto pegrinus cōfessor natione grecus tpe urbani pape secūdi claruit. Hic in annis adolescētib⁹ i monasterio sancti luce qd in scyro grecie partibus situm est diutius quersatus angelicam uitā duxit. Cūq; dominica precepta que crucem tollendam sequiq; dñm iubent solicite audisset: non tñ spū sed manib⁹ corporeā crucem arripiēs monasterio discessit:& ut xp̃m liberius sequeretur: pegrinari cepit:qui ueniens hydrantum apulie ciuitatē:ibiq; aliq;

tulum cõmoratus uenit tarentũ: ubi aliqua miracula ostendens a populo reuerentie est habitus: Inde uenit ad ciuitatem traneñ: ubi crucẽ ex more manib⁹ baiulãs pueroꝝ multitudinẽ ꝓgeguit: cũ qbus sacra urbis loca circuies: kirieleiſon clamare nõ ceſſabat: puer oſq; ſubſequẽtes ut ſimiliter clamarent ꝓcitabat: & ut ad ſe quotidie cõueniret: & hoc diebus ſingulis iterarent puerulos pomis & fructibus ſibi datis alliciebat: quibuſdam ex ciuibus eũ inſanũ reputantibus: qui buſdam uero altiora de eo ſentientib⁹?: & columbiſam pſumentibus ſimplicitatẽ. Nam pauprimis indutus pãniculis: nudis pedib⁹ incedebat: ſine intermiſſione orabat: diebus ſingulis nõ ante ueſpas cibũ ſumebat. Panẽ uero modicũ & aquã ſemp comedebat. Cũ aũt eĩ⁹ fama ad biſantiũ archiepm puenifſet: eũ ad ſe accerſiuit: & cur talia clamando per urbẽ circuiret: ſciſcitatus eſt. Cui ſanct⁹ uir ꝓceptum dñi de cruce ſumẽda ꝓeſtim allegauit: quã nedũ ajo ſed corpore ſe geſtatuꝝ quotidie diſpoſuit: qđ ſi eꝑs i ei⁹ ſibi diocẽſi denegaret: ad oppidũ ipſe mox aliud ꝓperaret. Preſul aũt prudens ſci ꝓfeſſoris rectã intentionẽ & columbinã ſimplicitatẽ attendẽs ei phibere noluit: qn ꝓpoſitum adimpleret: quimo rogauit: ut quotidie ad ſuã menſam reſiciend⁹ accederet. Cũ aũt nicolaus archiepi mãdata adipleret: & ciuitatẽ ex more kirieleiſon clamãs & crucẽ baiulans cũ pueris pagraret: poſt dies modicos febre corripit: & in hoſpitio cuiuſdã ex ciuib⁹ nobilis deuotiõe maxima refouef. Qui ad extrema deueniens pueros ſuos aduocauit: & cruce ſuam eiſdẽ tradẽs: eos i noie dñi benedixit: ſicq; ſpiritum in pace dño reddidit. 4. nõ iunii. Statimq; a ciuibus unanimiter ad eu⁹ ex deuotiõe ꝓfluentibus corp⁹ ad eccleſiam bt̃e marie deducit: & a cũctis certatim irruentib⁹ pedes eius cũ reuerentia deoſculanf. Eodem die mulier traneñ noie mũdella corporis tactu ſanctiſſimi lumen oculoꝝ trienio ante perditu⁹ recupauit. Alia mulier bi ſantia noie cuius brachiũ aruerat ſanitatem recepit. Altera etiã alba nomine dolore uentris dudum nimio fatigata: medelã a ſancto cadauere percepit. Sicq; ab archiepo & populo corpus peregrini nicolai in ipſa eccleſia honorifice tumulatur: ubi multis ſignis effulget.

¶ De ſancto zacharia monacho. LXXIX

Acharias monach⁹ ſiluani abbatis diſcipulus artiſſimã in eremo uitam duxit. Qui raptus i extaſi a mane uſq; ad horaꝝ decimã ad ſe rediens: dixit ſe uidiſſe gloriã dei: & tunc fuiſſe dimiſſum: qui etiã pallium ſuũ pedibus ꝑculcans: dixit neminem poſſe fieri monachum: niſi qui ſic animo omia cõculcaſſet: quieuit in pace. 4. noñ. iunii. Hec heraclides.

¶ De ſanctis pergentino & laurentino martyribus. LXXX

Pergentin⁹ & laurentinus frẽs uterini nobiles citatis arretine paſſi ſunt ſub ꝓſecutione decii ceſaris in eodem oppido. Cum enim tyburtius ꝓſiliari⁹ decii eandem urbem ingreſſus eſſet: delati ſunt ei predicti frẽs: q populũ a deoꝝ cultura ſeparent: qui illos aduocans: & prio quidẽ blanditiis multis hortari cepit: ut a xpi ꝑdicatione deſiſterent. Et qa nobili pgenie orti fuerãt: eos tũc lenitate mollire cupiens dimiſit. Cũ aũt adhuc dei martyres ꝓſtantius xp̃m ꝓiteref̃: & populũ a ſacrificiis ſubtraherent exhortati onibus ſuis. Iteꝝ delati tyburtio tenti ſunt: & cathomis leuati diutius fuſtibus cedi iubent. Statimq; brachia miniſtrorũ arefacta obſtupuerunt: ſed orantibus ſanctis eiſdem reſtituta ſunt. Quo miraculo multi gentilũ puerſi fuerunt ad xp̃m. Tunc iubente tyburtio ſancti in carcere recluduntur: & per triduum ſine cibo dimittuntur. Poſt tres uero dies angelus domini ad eos deſcendit: quos & celico pane refecit: totuſq; carcer nimia claritate refulſit. Cuſtodes uero uelut mortui obdormierunt. Cumq; xp̃iani qui nuper puerſi fuerant cum ſorore eorum pergentina ad ſanctos uiſitandos eadem nocte uenifſent: & cuſtodibus munera detuliſſent: ut illos ad ſanctos intrare permitterent: carcerem apertum inuenientes: & cuſtodes dormientes ad ſanctos ingreſſi ſunt: & baptiſmi lauacrum expetebant: reiſq; ut abirent ſuadebant. Sancti uero martyres eos baptizãdos ad cornelium quendam preſbyterum miſerunt: & q̃ nullatenus abire uolebant reſponderunt: eo q̃ ad martyrium feſtinabant. Sicq; illi ad cornelium accedẽtes baptizati ſũt fere ſexaginta uiri. Sequenti die tyburtius hec audiens: eos eductos ſuper carbones ardentes nudatis plantis ſtare fecit: ſed uterq; ipſorum illeſus permanſit. Tunc ſtatuam iouis adduci mandauit: eoſq; illam adorare ſuaſit. At poſtquam illi orationem fuderũt: idolum in puluerem redactum eſt. Quo miraculo + ducenti paganorum puerſi ſũt & clamantes chriſtum uerum deum furore gentilium uſq; ad mortem ceſi: ſemiuiui relicti ſunt. Tunc tyburtius iuſſit pergentinũ & laurentinum fratres capitalem ſubire ſententiam. Quorum corpora pergẽtina ſoror illorum cum aliis pluribus chriſtianis noctu ſurrepta lõge a ciuitate arretia fere mil le paſſibus ſepeliuit. 5. noñ iunii.

¶ De ſancto liſardo ꝓſſore. LXXXI

Lisardus presbyter & cōfessor sci leonardi magni german⁹ fuit tpe sci remigii archiepi rmen: & clo douei regis fracoꝝ ut dicef infra i legēda sci leonardi. 8. id⁹ nouēbris. Hic cū beato leonardo fre suo relicta curia rgali scō remigio archiepo adhesit: & ab eodē in sacerdotii dignitate ꝓsecrat⁹ est. Post hec associat⁹ leonardo aurelianū predicātes uerbū dñi deuenerūt. Et in quoda3 cenobio aliq̄diu istmul fuientes dño pmanserunt. Cū autem lisardus super ripā ligeris solitariā uitā elegisset: & leonardus per sci ſps admonitione i aquitania ꝓdicare dispōeret: osculantes se ab inuicē discesserūt. Sicq; lisardus omni uite sue tpe i eodem loco breui tugurio locat⁹ ieiuniis & ptplationi itentus pseuerauit. Et. 3. noñ iunii in pace quiit Cui⁹ corp⁹ aureliani tumulatum miraculis coruscat.

¶ De scō isaac martyre. LXXXII.

Isaac monach⁹ & mr apud ciuitatem cordubā passus ē. Qui cu3 esset annoꝝ. 27. seruēte psecutione: gladio p fide xpi necatus cū palma mrii ad regna celestia cō uolauit. 3. noñ iunii. Hec hieronym⁹ in martyrologio suo. Et inde ado.

¶ De scō isaac presbytero. LXXXIII.

Isaac antiochene ecclesie presbyter ptinētissime uite: & ꝑspicue sapiētie clarus fuit. Qui aduersus nestorianos & eutycianos multa scripsisse dicit. Antioche ne quoq; urbis sue excidiū elego metro deploraſe narratur. Claruit aūt leonis primi tpib⁹. Hec gēnadius de illustribus.

¶ De scō isaac ꝑsbytero. LXXXIIII.

Isaac abbas & confessor de syrianis & spoletanā ciuitatē deuenit: ingressusq; ecclesiam a cuſtodib⁹ petiit ut sibi q3u3 uellet licentia ꝑcederet orādi qđ & obtinuit. Et cū dieb⁹ tribus & subsequētibus noctibus idefessus orationē continuasset: & hoc unus ex custodib⁹ cerneret: istatus sup bie ſspiritu: cepit ſpostorē clamare: q se triduo ante oculos hōium orare simularet. Et cū uirū dei alapa pcussisset: repēte ſps il lu3 maligⁿ⁹ iuasit: & ad uiri sci uestigia stratus uit: & q; isaac inde ipsu3 expelleret acclamauit. Cui⁹ tū uti pegrini nomē adhuc ignorabatur: moxq; ut uir dei sup eū icubuit: maligⁿ ſps q eū inuaserat absceſſit. Quo miraculo ciues stupefacti uiq; dñi reuerētia hſe ceperūt eiq; multa pro edificādo mōasterio obtulerūt. Ille aūt nihil hoꝝ accipiēs desertum locum repperit ibiq; sibi humile habitaculum ꝓstruxit: multoſq; ibidē discipl⁹os ꝑgregauit. Hic ꝑphetico spiritu claruit: & miraculis coruscauit. Die quadā i horto monasterii uangas discipulos hora uespertina iactare precepit: qđ futuꝝ erat spiritu dei p̄noscēs. Cu3 aūt nocte ad matutinū cū fratribus surrexisset: pulmētū oparijs coqui iussit: factoq; sūmo mane ipm ad hortum deferri mandauit: ubi quor uangas iactari fecerat tot laborantes iuenit. Ingressi quippe sures fuerant: sed mutata mēte per ſspiritū uangas apprehēderant: & usquoq; scūs ad eos puenit hortū colere ñ ceſſauerāt. Quos ille clementer salutauit pulmēto refecit & de malo ꝓposito quo uenerant redarguit atq; collectis oleribus oneratos remisit. ¶ Cum qui dam scissis pannis obsiti & nudi ad eūm uenirent: eiusq; misericordiam postularent: ille unum ex discipulis silenter uocauit: eiq; precepit: ut ad talē cauam arboré in silua accederet: & uestimēta ibi repta deferret. Qui dū iussa cōplesset & uestes repras detulisset uir dñi ea pegrinis nudis petētibus tribuit. Illiq; recognouerūt qui⁹ possuerant pudore cōstrīnati: quia q fraudulēter uestimenta q rebant aliena ꝑsus receperūt sua. ¶ Quidā uir se illius orationib⁹ mēdans ꝓrtas du as alimentorum ei ꝑ puerū transmisit. Quarum unā puer in itinere absc̄dit alterā uiro detulit. Quā ipse grataner accepit: sed puerum admonuit: ne ꝓrtā absconditā icaute contingeret: quia serpens i ea ingressus foret: puer igit q3us exultauſſ3 q morte euasit: gatī delictum ei⁹ propalarū fuerat cōfusione ſuscepit. Reuersusq; sicut ei abbas dixerat ꝑpentē in ꝓrta inuenit: & de cōmisso pniam egit. Hec greg⁹. 3. dial. ca. 14. Scūs aūt isaac clarus uirtutib⁹ in ipso cenobio i dño quiit.

¶ De scō quirino epo & martyre. LXXXV.

Virinus epūs scisianus & mr ꝑpe diocletiani & maximiani passus est. Qui cū in eadē ciuitate quoppidum ē illyricę pusciē a maximo ꝓside ducereret: egressus urbē & lugies ꝓhensus est: & maximo iudici presentat⁹. Et cum se xpianū libere ꝑfiteretur iussit eū fustibus cedi. Deinde grauatum catenis in carcerē recludi. Cui nocte orāti diuinus splendor illuxit. Quod uidēs marcellus custos carcerē aperuit: & cōuersus ad xpm: ac eius pedibus ꝓstratus baptiſma sacrū ſuscepit. Post triduū autem maximus iudex iussit qrirui ferro uictū ad amātium ꝓside ad primā pānonie ciuitatē adduci. Qui iuxta flumē danubium amantio de scarabatensi ciuitate reuertenti ꝓsitur: qué ille ad eandē ciuitatem rediēs illuc ad ductum duriſſimo carceri mācipauit. Cui xpiane quedā matrōe cibū potūq; ministrabant. Statimq; ut oblāta benedixit cecide-

runt catene de manibus & pedibus eius: do nec manducaret: deinde a custodibus ad sabariam ciuitate adduct⁹ amantio presidi in theatro oblat⁹ é. Qué pses p multa uerba ad sacrificandū suadebat. Cūq; quirinus tā eius minas q̄ blanditias cōtempsisset: iussit aman eius ad collum eius molā suspendi: atq; i flu minis sabari undā demergi. Cūq; de ponte p cipitatus fuisset in flumen: & diutius supnatasset cum spectantib⁹ xpianis collocutus: ne suo terrerent exéplo: uix orans ut merge retur obtinuit. Cuius corpus nō longe inde repertum in basilica iuxta scarabatem ciuitatis portam principalem posita a fidelibus sepultum est. Facta uero incursione barbarorum in partibus illis xpiani inde fugientes corpus martyris abstulerunt: & romam baiulantes uia apia miliario ab urbe tertio in ecclesia ad catacūbas deuote deposuerunt Vbi aliquādo apostolor⁹ corpora iacuerūt ubi & corpus sci sebastiani martyris cū aliis plurimis requiescunt. Passus est autē pridie nonas iunii.

¶ De sanctis quadraginta quattuor martyribus. LXXXVI

Quadraginta quattuor martyres ciuitate iconii passi sunt sub alexandro impatore. Hi a sanctis gaio & iulita puersis cū xpm publice predicarent iussu alexandri capite cesi sunt pridie nonas iunii: & in eadem ciuitate tumulati.

¶ De sancto bonifacio episcopo & sociis martyribus. LXXXVII

Bonifacius archiepus maguntinus apud frixiam martyrium passus est. Qui iussu stephani pape secū di pipini caroli patrem unxit in regem francor⁹. Hic de britannia ueniens fidem xpi frixionibus prim⁹ annunciauit: & multis miraculis nouelle genti nouus predicator coruscauit. Cūq; maxima parte frixie xpi cultui subiecisset: & sacro fōte baptismatis diluisset: a paganis qui superant tentus & multis affect⁹ iniuriis: tandem gladio pempt⁹ martyrium assumauit: cum + eobarico epo & aliis seruis dei nonas iunii.

¶ De sancto bonifacio episcopo & martyre LXXXVIII

Bonifacius archiepus bosnen & martyr plangulneus othonis tertii imperatoris fuit: qui sibi admodum dilect⁹ liberalibus istruct⁹ & musicus gratiosus: adhuc i seculo deo deuotus erat. Et dū ecclesiā sci martyris bonifacii sui nomine frequētaret: optabat se illi⁹ exemplo martyrem futur⁹. Tandem relicto seculo habitum ordinis camalduen⁹ accepit: & scō romualdo abbati ei⁹ ordinis fundatori adhesit: cuius discipul⁹ effect⁹ sanctissimā uitam plurib⁹ secū ānis egit. Demū ad martyrium flagrans a fede apostolica predicandi gentib⁹ licentiā impetrauit: & consecratus archiepus ad gentes bosne euangelizādas accessit: qui ceteris pociis equitantibus nudis pedibus icedebat. Et cū alias bis solum in septimana dnica. f. die & quinta feria cibū sumere p̄sueuisset: tunc p labore itineris tantum sibi indulsit: ut quotidie medio pane & aq̄ modica reficeret: dieb⁹ dnicis & festiuis addens poma uel arbor⁹ radices uix coctas Qui etiā postq̄ est in archiepm̄ sacratus officium monasticū iure pfessionis & cationi cum iure p̄secrationis quotidie bis dicebat. Veniens aūt ad montes & pedes ire nō ualēs nudis plantis & crurib⁹ equitabat: & in partibus illis frigidissimis adeo frigus intolerabile sepi⁹ subtinebat: ut aligñ pedem a ferro subherēte disiungi non posset: nisi aqua calida subueniret. ¶ Veniens igit ad bosnas gentiles uerbum domini ferueniissime predicabat. Sed uidens se modicum proficere: ad rutenorum regem deuēit: ibiq; christum annunciare cepit. Rex autem illum pannosum inspiciens: putabat: q̄ spe conquirende pecunie hec simulate cōfingeret: eiq; munera promisit: si a premissis desisteret. Ille uero pontificalibus preciose indutus coram rege steit: quem adhuc rex magis simulatorem existimauit. Eidemq; spopondit: ut si episcopus per ignem inustus incederet: ipsi fidei adhereret. Moxq; ignem copiosum accensum episcopus aqua benedicta p̄sersit: & pontificalibus indutus per ipsum secur⁹ transiit. Ita ut nec pilus adustus in veste: nec odor fumi in carne quid apparuit. Quo miraculo rex cum populi multitudine innumera conuersus & baptizatus est. Cupiebat q; regnum filio dimittere: & bonifacio adhere. Fratrem autem suum nolentem fidem christi suscipere absente archiepiscopo occidit. ¶ Cum autem bonifacius ad alterū⁹ regis fratrem longe positum iuisset: ut ei xpm p̄dicaret. Ille archiepm̄ tenuit: & in p̄spectu suo & plurimor⁹ decollari fecit. Sta⁹; ipse regis frater excecat: & tam ipse q̄ oēs astantes intantū sensum amiserūt: q̄ sicut lapides immobiles & oino insensibiles persistebant. Rex aūt hoc audiens illuc cu⁹ multis accessit: ut fratrem occideret: sed cum miram dei ultionē uidisset: orauit xpm: ut oēs illi ad sensum & loquelam redirent: eo pacto q; si conuerti uellent eis iniuria necis sancti uiri remittatur: sinautem cuncti gladio trucidētur. Factaq; oratione tam regis fratri q̄ ceteris sensus restitutus est: qui baptismo suscepto sancto martyri triumphale sepulchrū & ecclesiam construxerunt:

¶ De sancto bonifacio episcopo carthagi / nensi. LXXXIX.

BOnifacius eps carthaginen cla/ruit tpe zenonis ipatoris ut ait si/gibert⁹: qui scitatis culmie & sa/pientie lumie admodū effulsit: Li/brosq; plurimos ad diuersos cō/scripsit: uidelicet de ꝓdestinatiōe: De cōtine/tia ꝑiugatoꝝ post uotū: De uirginitate & hu/militate: De oratiōe & ꝓuictiōe: Scripsit & / sermones elegātes de ꝑcipue: De natiuitate dñi / Et de solennitate sci stephani promptis. Et / uirtutib⁹ isignis migrauit ad xpm.

¶ De sanctis nicandro & martiano martyri/bus. LXXXX.

NIcander & martian⁹ mīres uigēte / persecutiōe paganoꝝ in citate a/rina a maxiano preside ꝑprehēsi / cū sacrificare nollēt prio diebus / xx. i carcere detēti & afflicti sūt. / Deinde ad decollādū iubētur adduci. Tunc / uxor nicādri iuuenis puella uirg exhortāt / ut i xpi ꝓfessione maneret imobilis detēta ē / a paganis: martyres ait dñi ligatis duobus / oratiis añ oculos eoꝝ decollati sūt: uxor ät / nicādri post dies .3. etiā ipa i ꝓfessiōe fidei ca/ptale sniam ab eodē accepit iudice. Ciues / aūt uenephrani corpus sci nicādri ꝑ eoꝝ ur/be: ciues uero atinates corpus martiani in / eorum oppido collocarūt. Passi sūt enim in / territorio inter ipsas duas ciuitates posito / noñ iunii.

¶ De scō philippo diacoñ. LXXXXI.

PHilippus diacon⁹ de .vii. primis / ab apostolis electⁿ ē: ut hēt act. / 6. & cū stephano ꝓmare ordia / tus ē. De quo plurima i actibus / apostoloꝝ scribūt. Nam & fama / rie ꝑdicauit: & simonē magū baptizauit. Cā/dacis etiā eunuchū regine ethiopū ad xpi fi/dē & sacri baptismatis unda ꝓfudit: / multisq; ciuitatib⁹ donec ueniret cesareā no/mē dñi iesu xpi euāgelizauit: ut habet act. / 8. ueniēs aūt cesaree a multis ibidē miraculis / claruit: Hūit eni .4. filias uirgines sacratissi/mas p quas de⁹ multitudinē uirginū lucra/tus est. Hic inter cetera ut ait papias eps hie / ropolitanus mortuū quēdā p eaīde ei⁹ quat / tuor filias sibi oblatuꝫ a mortuis suscitauit. / Deinde ordinatus ē episcopus in thracia scy/thie: ut tradit abbas dorotheus. Et postq; / in ecclesia sua sibi commissa annis pluribus / predicasset reuersus cesaream in pace dor/miuit octauo idus iunii: ubi & sepult⁹ quie/scit. Et iuxta ipsum tres ex predictis filiab⁹ / suis iacent. Quarta uero epheli dormit.

¶ De sanctis artemio cādida & paulina mar tyribus. LXXXXII.

ARtemius candida uxor ei⁹ & pau/lina uirgo eoꝝ filia mīres rome / passi sunt sub diocletiano iudice / sereno. Hi a scō petro exorzista / uersi sūt: cū apud eūdē artemiū / i carcere detinerēt: postq; ꝑata paulia ab ob/sessione maligni ips p eundē petrū liberata / est: q oēs cū alioꝝ multitudine carceratoꝝ / a scō marcellino presbytero baptizati sunt / ut supra dictū est in passiōe marcellini & pe/tri. 4. noñ iunii. Postq; aūt marcellin⁹ & pe/trus a sereno decollati sunt ut ibidē dictum / est: & prefatus artemi⁹ cū uxore & filia a pa/ganis detenti: & in carcere iubēte sereno die / bus pluribꝰ uicti fuerūt: tandē cū in xpi cō/fessione ꝑstantes ꝑsisterēt data super eos sua / artemius gladio necatus ē. Candida uero & / paulina lapidib⁹ obrute sūt. Quoꝝ corpo/ra xpiāi rapiētes uia aurelia ubi & itersepti / fuerāt: cū reuerēta collocarūt. 8. id⁹ iunii.

¶ De scis uiginti martiribꝰ. LXXXXIII.

VIginti martyres apud tarsuꝫ cili/cie tpib⁹ diocletiani & maximia / ni sub iudice simplicio passi sūt. / Qui p diuersa supplicia deū glo/rificauerunt in corporibus suis: / Quorum corpora apud hipponem ciuitate / aphrice translata sepultra custodiuntur: ut / dicit augustinus. 22. de ciuitate dei: ubi & / refert q; dum quidā florentī senex & paup / q uestem amiserat: nec unde aliā emeret ha/bebat: ad hoc mīre memoriā orasset: quate nus ei⁹ iopie subueniret ꝑsius de uirtute sā/ctoꝝ in littore piscē magnū palpitante rep/perit: quē scindēs in ei⁹ uentre anulū aureū / cum lapide precioso iuenit: quē tanti uendi / dit q; inde se honorifice uestiuit: & maribus / gras egit. Quoꝝ passio colit .8. id⁹ iunii.

¶ De scō uincentio epo. LXXXXIIII.

VIncētī⁹ eps meuie ciuitatis tent⁹ / quodā capitolio rectore tuscie / q epos xpianos ferro uictos pu/nīi ꝓgregauerat puniēdos cū ire / uo benigno diacoñ adduct⁹ est / ad tēplum martis ut diis imolaret. Cū aūt o/rasset oia idola subuersa sūt: & demões ulu/lantes exeūtes: multosq; paganoꝝ credentes / sexcentos ex eis uerberibus occiderūt: tom/nesq; xpianos qui ferro uincti erant xpi uir/tute ꝑsili soluerunt. Quo miraculo pluri/mi gentilii fidē percepūt: inter quos quidā / mauertius comes prius crudelissim⁹q & de / uicinis locis epos ꝓgregauerat ꝑuersus est: / Cum aūt xpiani cū epo ad locū aliuꝫ se trans/ferentes psallerent: misit capitolinus & inde / sublato uiscentio ceteros gladio occidi fe/cit. At extasius qđā religiosus corp⁹ be/nigni diacoñ ex ceteris rapiens non longe a / portulio sepeliuit cal. maii. ¶ Post dies ali-

quot capitolinus ꝓductū uicentiū & diuti⁹ tortum atq; lapidibus cōtusum distentum i equuleo & flammis adustū carceri mācipauit: ubi ianuis diuinitus patefactis lux celica sibi refulsit. Quod preses audiēs iussit eū in mare mergi: qui i equore missus ab angelo ad littus reduct⁹ est. Vnde & qui eum demerserāt hoc cernētes conuersi sunt: & usq; ad ciuitatē suam nemiam illum humeris reportarunt. ¶ Interea mortuo capitolino & a porphyrio eius successore detinet: ferisq; subiicit: sed ab eis mime lesus in fouea aque maxima necari iubet. Veꝝ aperiens se terra aquas obsorbuit: & .18. fugientes aquas deglutiit. Vincentiꝰ uero ad cellam suam redit: & subsequēti die dñico celebrata missa cōtā populo spiritum emisit. 8. idus iunii. Cuius corpus matrona quedā luceria a gentilibus pcio redemptum: qui illud rapuerant exurendū: in predio suo qui uocatur campus lusti sepeliuit: inter portulium & leuaniam miliario ab urbe. 44. ubi & iacet miraculis clarens.

¶ De scō paulo epō & martyre. XCV

PAul⁹ epꝰ cōstantinopolitan⁹ & mr sub cōstantio imperatore martyriū passus est: qui ob defensione catholice fidei ab eodem impatore arriano de sede sua electus: & apud quandam ciuitatulā in cappadocia cuiusdam noie exilio impulsus arrianoꝝ iliditis grauiter strangulatus ad celestia regna migrauit. 7. id⁹ iunii. Hic sapia pclarus: ut nō solum sue patientie exemplo: sed etiam sermone ceteros ad tolerantiam ꝑmaret: de patientia libellum ediditꝫ ubi & de penitētia tractās docet penitēte sic ꝑ peccatis dolere debere ne supra mensurā tristis piculuꝫ de sperātiōis incurrat. Tātoq; lepore & rōnum suasiōe patientes aduersa ad cōstantiā & aiositatē inducit: ut exꝑssi⁹ docere uideat: quere bti qui ꝓsecutione patiunt ꝑpter iustitiā Hec in martyrologio adonis.

¶ De translatione sci seruatii epi. XCVI

TRāslatio corpis sci seruatii facta est tēpore eldonis filii henrici regis francoꝝ. Cū eni eius ecclesia apd traiectēn ciuitatē fabricata esset tpe caroli regis: misit idem carolus uenerādū uiꝝ noie uiligisum ad restaurandū ea que in ipsa ecclesia defecissent Cui ꝑ noctem dormienti scūs seruatius astitit: seq; de tellure leuari mādauit. Quod cū uiligisus epō nūciasset: indicto triduano ieiunio cūcto populo: aprocq; secretario subterraneo: inuētus est sarcophag⁹ marmoris pciosi: in quo corpꝰ sacrum eē putātes: illud aperuerūt: & nihil in eo repientes ad mortē ꝛristati sunt. Sequenti uero die superioris oratorii monumentū reseratunt: ubi & corpus bti seruatii iuenerūt: quod cū illuc igno rabatur translatū. Erat aūt corpus ozno inte grum & in nullo penitus corruptum: uestes quoq; ozno illese: cum pontificali baculo & clauꝫ argentea sibi a scō petro rome ꝑ uisū tradita: ut in eius legenda supi⁹ dictū est. 3. idus mai. Ex tumulo quoq; odor mirificus exhalabat. ¶ Dū aūt corpus leuare uellēt: membra singula instar candentis ferri transfigurata cernunt: quod in loculo argenteo ei preparato supius exaltat: luxq; immensa totum sanctuariū circūfulsit. Que cū rex carolus audisset: traiectū uenit: & ibidem pascha dñi celebratit: ubi & infinita miracula ostensa sunt. ¶ Post aliquod uero tempus heldo filius henrici regis francoꝝ ad instantiam matris regine corpꝰ sci seruatii summa deuotiōe saxoniam trāstulit: & i basilica nomine eius ꝑstructa locauit. Sed cū oia traiectēnibus ciuib⁹ ad infortunium cederent: ipsiq; absentie sci corporis hoc ascriberent: miserūt quosdam qui de partib⁹ saxonie corpus furantes traiectū rettulerūt. In cuiꝰ trāslatione miracula multa & signa deostendit Que facta est. 7. idus iunii.

¶ De scō medardo epō. XCVII

MEdardꝰ epꝰ claruit tpe clodouei regis francoꝝ. Hic ꝑgenitus ꝑe noie tardo de forti genere francorum matre uero ꝓthagia rōana: cū adhuc puer ad scholas iret: & tunicam quam sibi mater fecerat: ad artificē cōponendam deferret: iuento a se ceco tunica ꝑbuit. Cibū etiā ei traditum plegꝝ patribus diuisit: ipse ieiun⁹ ꝑmansit. Etate quoq; puerulus spiritū ꝓphetie se habere demōstrauit. Nā cū eēt in tornaco puero ꝓcio in scholis ꝓdixit: ꝙ post anos. 50. futurus esset epꝰ: & ut ꝑdixerat sic euenit. Factꝰ aūt ꝑby ter multa miracula ostendit. Cū eni quadaꝫ nocte fur ei⁹ uineā introisset: & uuas exportandas ꝑcidisset: nec ex ipsis gustare: nec iñ ualuit se mouere: donec mane repert⁹ a medardoq; solutus inde ꝑsulus recessit. ¶ Aliꝰ quoq; nocte eius mela diripiens: & oues exportās dum abire uellet: ab apū examine in horto mellificante faciem eius arrante adeo punctꝰ & oppressus fuit: ꝙ nullatenꝰ exire potuit: donec ueniente uiro dei latro ꝑdam deposuit & medardꝰ eū liberauit. ¶ Clothari⁹ rex in francos exercitum mouit: qui cuncta in uilla & agris diripies dū ad solenciacum uillā sci medardi uenīt: inde se mouere nequiuerūt: donec cūcta que ꝑdati fuerant dimiserunt. ¶ Porcarii etiā sui a quibusdā seducti porcos ad remotum usq; locū asportantes: mane apud cellā uiri sci cum porcis inuēti sunt: & de cōmisso penitentiā egerunt

¶ Deinde factus ē epūs nouionēn:& .xv. ānis ẽpatum gubernauit:uitāq; laudabilē ducēs eisdem signis effulsit. Inter que tonsionē quē dam a demõio uexatū mirabiliter liberauit Post obitū aūt sci eleutherii epi tornacēn: medardus ad sedem illius trāslatus est: & sedit ānis qttuor. Qui ẽti meriti apud deū fuit:oñsum ē: cū i ei⁹ obitu celi apti sūt:atq; ante eum dina micuerūt luminaria. Pluuia etiā aquaq; calidaq; in terrā defluxit. Quiescuit in pace.vi.idus iunii. Sepultus i ecclesia sua miraculis coruscās ſſignibus.

¶ De scō gildardo epo. LXXXXVIII.

Gildardus epūs rothomageñ frater prefati sci medardi epi fuit. Qui ambo gemelli uno & eodem die nati uidelicet.vi.id⁹ iunii:& uno & eodē die euoluti annis ambo epi ꝓfecrati sunt uidelicet.vi.idus iunii. Alter in ecclesia nouiõñ alter in ecclesia rothomageñ:iterūq; post lapsus annog; eodē ipso & unico die ambo a seculo absoluti sūt. Floruit aūt gildardus tpe quo supra dictū ē & plenus uirtutibus in dño eodē ipse die quo & frater medardus feliciter obdormiuit:uidelicet.vi.idus iunii. Sepultus ē in ecclesia rothomageñ:ut dicit frater uincentius i speculo hiſtoriali.

¶ De scis prio & felicīa mārt⁹. LXXXXIX

Primus & felicianus mres passi sunt in ciuitate numẽtana miliario.i4.ab urbe sub diocletiāo & maximiano augustis ꝑside autē pmoto. Hi cū eēnt in urbe roma a pud ipatores a tẽplog; pontificib⁹ accusant ur:ꝙ nisi eos sacrificare fecerint nulla a diis suis rīsa obtinere ualebunt. Iussu igitur imperatog; capti in carcere recludunt: sed ab angelo soluti post dies aliquot itegi eisdem pntantur. Quos iusserūt ad phanū herculis adduci:& nisi sacrificarēt a militibus tormētis affligi. Ducti igit ad tẽplum cū imolare cõtenerent uirgis diuti⁹ cesi sunt. Tūc imperatores:illos pmoto presidi citatis numentane tradiderūt acriter puniẽdos. Quos milites ferro uinctos iuxta forū ipsius oppidi i carcere posuerūt. Post dies uero multos iussit ꝑses eosdē sibi presētari & sacrificare cõtenentes abinuicē seperari. Dicebatq; felicia no ut sue consulens senectuti diis imolaret. Qui se annog.80.ee asserut & ānos.30 elapsos ex quo ueritatem agnouit.unde pelegrat deo uiuere:ꝙ ipm poterat de manib⁹ pre sidis liberare. Quē iussit pmotus ad stipitē ligari:& clauos i manib⁹ eius ac pedibus affigi. Et cū leto uultu persisteret mandato p sidis ibidem felicianus torquet:& triduo in eodē stipite pfixus dimittit:& neq; panis neq; aqua eidē ministrat. Dehinc depositus in custodia detinet. ¶ Postmodū pses primū adduci fecit: eiq; fuadēdo asseruit: ꝙ frater suus felician⁹ ipatori cõsentiēs magnus i palatio uenerabat. Cui primus respondit:ꝙ filius diaboli ueꝝ dixisset:eo ꝙ felicianus imperatori celesti consensisset. Tunc iratus pmotus iussit eū in equuleo suspendi & latera illius facibus incendi. Deinde in lecto deponi:& plūbū bulliēs i os ei⁹ infundi:pfeē te felicīão ut terreri posset. Ipe uero plūbū tepefactū ut aquam suauiter bibit. Tūc iussit eos in amphitheatrū duci & duos imanissimos leones eis dimitti. Qui ad eorū pedes ꝑstrati ut agni mãsueti steterunt. Rursus & ursos ferocissimos eis iussit laxari:qui & ipi cum leonibus mansuefuerūt. Aderant ad hoc spectaculū ex uicinis urbib⁹ plusq; duodeci milia hominū. Ex quib⁹ .i500. conuersi sunt ad xpm: preses uero hec cernens scōs ex amphitheatro mandauit educi:& ibi dem gladio capite trūcari: & eoꝝ corpora canibus rodēda dimitti. Que dei uirtute nedum a bestiis & auibus:sed etiā a muscis intacta pmanentia a xpianis collecta ad arcus numẽtanos iuxta harenarium sepulta sunt: ubi & persecutione sedata ecclesia in eorum nomine fabricata est: miliario.i4. ab urbe. Passi sūt aūt circa annū dñi.287.v.id⁹ iunii.

¶ De scō maximiano epo. C.

Maximianus epūs syracusanus uita & miraculis claruit tpe beati gregorii pape. Fuitq; primo abbas mõasterii i quo beatus gregori⁹ monach⁹ fuit: Postmodū electus in epm syracusane ciuitatis. Qui dū adhuc abbas eēt:& cū quibusdā fratribus de ꝑsantinopoli ad urbem rediret:in mari adriatico nimia tempestate deprehensus in existimabili ordie acq; miraculo dei iram cognouit & gram. Nam cū uentog; nimietatibus eleuati fluct⁹ ꝑcuterēt:ex naui clauꝰ pditi: arborq; scissa est:uela in undis ꝑiecta:totūq; uas nauis quassatū nimiis fluctibus a sua erat iam ꝑpage dissolutū: rimis itaq; parentibus intrauit mare atq; usq; ad superiores tabulas ipleuit nauem:ita ut non tā nauis iter undas q̄ unde intra nauim iam esse uiderent. Tunc in naui residentes non sā ex morte uicina:sed ipa eius presentia ac uisione turbati: omnes sibimet pacē dederunt & corpus dñi acceperunt:eoꝝq; aias dño ꝑmendabant:quoꝝq; corpora in tā pauendam mortē tradiderat. Sed omnipotēs deus meritis sci uiri eos mirabilius ꝑseuauit. Nā diebus octo nauis usq; ad superiores tabulas aqs plena:iter suum pagens enatauit:nono autem die i portū coronē castri deducta est: ex qua omnes ioꝰ lumes exierunt. Cūq; post omnes maximianus eēt egressus i eiusdem portus ꝑsundum

nauis demersa est: acsi illis egredientibus p pondere subleuatione caruisset. Et que plena oibus in pelago aquas portauerat: atque natauerat: maximiano cū suis fratribus exeunte aquas sine hoib⁹ in portu portare non ualuit. Post hec scūs dñi ad epiſcopale sedē sublimatus uirtutibus plurimis gloriosus i pace quieuit. 5. id⁹ iunii. Hec gregori⁹ tertio dialogo. cap. 36.

¶ De scō maximino epiſcopo. CI

MAximinus epūs fuit unus ex. 72. christi discipulis. Cui post ascensionem xpi apostolis per diuersa terrarum loca ad predicandū euntibus: beatus petr⁹ apostol⁹ specialiter cōmendauerat mariā magdalenā sicut & mater domini ioanni euangeliste ab ipso xpo fuerat cōmendata. Cum igit⁹ post lapidationem stephani iudeorus persecutio i discipulos ebulliret: ut habet actuū. 7. Iu dei magdalenam & martham cum marcilla eius pedissequa lazarum maximinum & cedonium: qui fuerat cecus a natiuitate: & alios plures nauicule impositos sine remo uel remige mari exposuerunt: ut sic in undis necarentur: ut dicet infra in legenda magdalene. xi. calē. augusti. Qui deo duce omnes incolumes massiliam applicuerunt: ubi predicante maria: & omni populo ad deum cōuer so: lazarum epm massilie constituerunt: uniuersamq; prouinciam conuerterunt. Beatus uero maximinus rexit ecclesiam aquēsem uerbo predicationis uacans: & miraculis coruscans annis fere. 40. Ipse quoq; dilecte sue filie magdalene die obitus eiusdem sacra mysteria tradidit: eamq; in eius ecclesia ante altare defunctam honore debito tumulauit. Post cuius obitum annis quinq; superuixit. Et post hec in christo quieuit quarto id⁹ iunii. Sepultus in monumento quod ipse sibi construxerat iuxta corpus beate magdalene In quo loco processu temporis reperta sunt corpora magdalene & marcille maximini & cedonii & honorabilius tumulata.

¶ De scō cedonio epo. CII

CEdonius epūs uel isidon⁹ fuit ille cecus a natiuitate: quē dñs lutus ex sputo faciens: & oculos liniēs illuminauit: ut hī Ioā. x. Qui & Jab aliqb⁹ dī fuisse un⁹ ex septuagitad uob⁹ xpi discipulis. Siue aūt ex numero illoq; fuerit siue nō: planū habet ex chronicis & gestis discipuloq; q xpi discipulus fuit: & post ascensionē dñi ab apostolis baptizatus scō maximino spēaliter adhesit: unde & ut dictū est: cū eodem & lazaro atq; sororibus ei⁹ nauicula iposit⁹ a finib⁹ iudeorus expulsus fuit. P⁹q aūt pfati sci puincia, pueruenerūt. Et postq; beatus lazar⁹ massilie & btūs maximin⁹ aqs epi ordinati sunt. Ipse in misterio maximini aquēsis ciuitati pmāsit: & eiusdē pdicatiōis coadiutor fuit: ubi & post dies multos in pace quieuit: & iuxta magistq; recōditus iacuit: ut supra actū est.

¶ De scis basilide tropode & mandale pfec. CIII

BAsilides: tropus & mandalis affectu martyres: actu uero cōfessores tpe aureliani imperatoris apd ciuitatē aurelia claruerūt. Cum eni basilides esset officialis platonis prefecti in ptibus orientis: xps eidē apparuit: & xpianum in misterio gētilis esse nō debere dixit: eidēq; ut renunciaret officio mādauit. Veniens ergo basilides ad pfectū petiit ab eo licentia: ut pentes & affines suos reuisere posset in ciuitate aurelia: que erat in italia: cōsistentes: eo q; annis. 25. in officio pfecture fideliter seruisset: pmittēs se uscq; ad annū reuersurum. Prefect⁹ aūt eius fidelitatē attendens nō solū uni⁹ āni sed biēnii licentiā gratāter pcessit. Reuersusq; ad locū ubi ei xps apparuerat: ipm itegr se expectantē inuenit. Cui cū basilides: que fecerat: enarrasset: ut cām deferendi officii inuenisset: mandauit ei dñs: ut socios suos tropodē & mandalē secum assumeret: & ad littus accedentes diuinam ibi nauiculā inuenirent. Qui cū iussa dnica cōpleuisset: ac oia sociis ambob⁹ frtuliss⁹ set: oēs unanimiter relinquētes cūcta q hēbāt: ad littus deuenerūt: & nauiculā patā inuenīūt: in q̄ erat ipse xps gubernator: & āgeli remigātes: qui ad pedes saluatoris procidentes; nauiculā trauerūt: & celico ab āgelis pane refecti uni⁹ noctis spatio mare transiērātes ad portū ciuitatis aurelie: que ē in finib⁹ ita lie puenerūt: & miliario. 8. ab ipsa urbe i terrā descenderūt. Cū aūt urbi pdicte appropinquantes audiuissent: q̄ liter aurelian⁹ ipator xpianos pſequebat: ad ciuitatē ire formidātes: dño iesu xpo q eos dux & nauta fuerat se pmendabāt. Quib⁹ itegr xps appuit: eosq; p angelos ministeriū pane & aqua refecit. Et postq; comedissent: obdormierunt. Mane uero se excitātes ad ipm locū ubi & de nauiexierant: uidelicet i ipso se littore iuenerūt: Et orauerunt ad xpm: ut ajas eos i pace susciperet: eadēq; hora spiritū emiserūt. 4. id⁹ iunii. Quoq; corpa ibidē sepulta sūt: & ecclesia fabricata: ubi & miraculoq; beneficiis eluescunt.

¶ De sāctis getulio & amātio & sociis martyribus. CIIII

GEtulius: cerealis: amanti⁹: & pri mitiuus rome sub hadriano principe martyrium passi sunt. Cum eni getulius doctissimus in side

xpiana multos erudiret cerealis ulcarius ab impatore hadriano ad eū tenendū missus ē: qui eū legentem & docētem reppit. Fuerat aūt cerealis cū fratre getulii primitiuo ami cissimus amantio cuida tribuno: q xpianus effectus officiū dimiserat: ꝫ ob metū hadria ni latebat. Scūs aūt getulii cereali amātiū de clarauit: & ipsum ad eū adduxit. Qđ cerea lis aspiciēs gauisus ē ſūma letitia: & ab eo dem in fide xpi edoct⁹: ad sanctū sixtū papā primū adducit: & ab ipo cerealis baptizat. Que cū hadrianus itellexisset misit liciniū ꝑsulatem ut eos puniret. A quo beati getu lius & primitiu⁹ frater eius cū cereali & a mantio tenti sunt. Qui primo grauissime ce ſt deinde dieb⁹. 37. in carcere clausi: deinde igni traditi sunt. Cū aūt cerealis amātius & primitiuus ſpiritū emisissent: & getulius in igne adhuc ſuperuiueret ſustib⁹ illiſo capi te martyriū ꝑfumauit. Qui passi sūt i fundo capolis: uia salaria miliario .13. ab urbe. Quorum corpora ſimphorosa uxor getulii martyris i predio ſuo i eodē loco posito se peliuit. 4. idus iunii.

¶ De ſcō barnaba apostolo. CV.

Cum aũt die quadam ioculator regi assistés cantionem diceret: in qua frequenter diabolum nominaret: rex qui xpianus erat signũ crucis i faciẽ imprimebat. Quod christophor⁹ notãs & admirãs: interrogauit cur rex hoc faceret: & quidnã signũ huiusmodi sibi uellet. Et cũ rex illi hoc dicere recusaret: post multã instãtiam ei dixit: q illud signum faceret: ne sepe nominatum diabolum timere posset. Christophor⁹ aute statim arguit: q diabol⁹ maior dñs q rex erat: eo q ipse illũ timebat: unde se deceptum cognoscebat: qa maiorẽ mundi dominũ nõ inuenerat. Et ua le faciẽs regi: diabolũ querẽdo pperabat. Cum aute per solitudinẽ pergeret uidit maximã militum multitudinẽ: inter quos quidam terribilis & ferus ad eum uenit: & quo tenderet requisiuit. Qui se ire querẽdo diabolum respondit: & q miles ille diabolus esset audiuit. Cui se christophorus in seruitium ppetuum tradidit. Et cũ ambo pgerẽt & in uia cõi crucem erectã inuenissent: diabolus a semita fugiens in nemus declinauit: & christophorus secũ duxit: atq; post laboriosum iter ad uiã redijt. Quod christophorus admirãs multa instãtia quesiuit: cur hec diabolus fecerit. Qui tãdẽ ppulsus ei dixit: q homo quidã: q dicit xpus in tali signo pẽdet: quẽ ipm plurimũ formidabat & ob id ab ei⁹ signo diuertebat: christophor⁹ aũt adhuc xpm maiorẽ diabolo fore conclusit: & sic continuo ab ei⁹ seruitio discessit: & xpm querere festinauit. Sed cũ eum nullatenꝰ inuenire posset: ad eremitã deuenit: q ipsi xpm p dicauit: & de side diligenter instruxit ac baptizauit. Cum aũt ei ieiuniũ & orationẽ pro peccatis suis imponeret: & christophor⁹ se nihil hoꝝ perficere posse dixisset: ipm tandẽ ad quẽdã fluuiũ destinauit: ut ibi resideret: & cũctos transire uolẽtes: eo q fortis eẽt & magnus trãsportaret: qd xpo adeo gratum eẽt: ut se ipsi procul dubio reuelaret. Ad fluuium igit accessit: & ibidẽ sibi domũ pstruxit: portãsq; pertica i manu loco baculi se in aqua substentabat: & oẽs sine cessatione trã sportabat. Cũ aũt quadã nocte quiesceret: audiuit tertio uocem pueruli se uocãs: & ut se traduceret obsecrantis. Qui semel ac bis egressus neminẽ reppit: tertia uero uice puerum inueniens in humeris suis accepit: & baculo sũpto flumẽ transiturus intrauit. Et ecce aqua fluminis paulatim intumescebat: & puer adinstar plũbi grauissimi põderabat. Quãtoq; magis procedebat amplius unda crescebat: & puer magis humeros christophori deprimebat. Cũ aũt uix trãsuadasset: & puerũ deposuisset: de pondere ppuestus ait: q in tantũ fuerat grauat⁹ acsi totũ mundũ super humeros habuissꝫ. Cui puer rñdit q non miraret: qa tẽdũ mundum sup se habuerat: sed illũ qui totũ mundũ creauerat: se quoq; xpm dñm esse dicebat. In cuius signum mãdauit: ut baculũ suum i terra figeret: quẽ mane floruisse & fructificasse uideret. Statiq; ab oculis ei⁹ euanuit: christophorus aũt baculũ i terrã fixit: & die altera ipm ad mãdilos palme frondes & dactilos protulisse ꝑspexit. Sicq; xpm dñm sibi appuisse cognouit. ¶Post hec aũt ad amõ ciuitatẽ deuenit: ubi dũ eoꝝ linguã non intelligeret: oratione susa ipsoꝝ loquelã intelligere cepit: uirgã quoq; suã i terrã fixit: & ut ad conuentionẽ populi floreret dñm exorauit. Quod cũ factum fuisset decẽ & octo milia hominũ crediderũt. Rex aũt dagnus ducẽtos milites ad eum capiẽdũ misit. Et cũ ipsum orãtẽ tenere non auderẽt: iterũ totidẽ misit. Cum q bus oratione premissa ad regem uenit: quẽs uidẽs rex statura i tantũ sublimẽ territus ẽ: & pre timore corruit i terram de sede sua: sed a ministris leuat⁹: christophoꝝ de nomine & patria & religiõe requisiuit. Qui cũ se christophoꝝ noie chananeũ gẽte ac xpianã religione diceret: & diis sacrificare ꝓtemneret: rex ipm in carcere mãcipauit. Duas quoq; puellas elegantes germanas nicetã & aglinam de sui corporis ꝑstitutiõe uiuẽtes ad eum misit: ꝑmittẽs eis munera si illũ ad peccandũ secũ allicerent: & ad imolandũ diis in flectere possent. Cumq; a puellis plausu manuum & amplexib⁹ urgeret: & scũs martyr instanter dñm ꝑcaret: subito de facie illius lux imensa resulsit: que puellas admodum exterruit. Quapp ille puer se ad xpm de cõmissis uenia postularũt: & coronam martyrii ꝓcesserũt: ut supra in eoꝝ passione actũ est. 9. cal. augusti. ¶Deide christophor⁹ regi ꝑsentatur & cũ sacrificare nollet: uirgis ferreis uerberat: & postmodũ galea ignita ei⁹ capiti sponit: sed i his mime superat. Deide super scamnũ ferreus alligatur: & ignis ictꝰ pice subter incendit: sed ad instar cere scamnũ cõfringitur & scũs illesus inuenit. Subsequenter aũt rex fecit illum ad stipite ligari: & a trecẽtis militib⁹ sagittari: sed sagitte oẽs suspense in aere permanebant. Cũ aũt rex illuc accederet: ut ipsuꝫ extinctũ cõspiceret: repẽte una ex sagittis ex aere retro cessit & regẽ percutiẽs uno oculo excecauit Cui christophor⁹ dixit: ut de sanguine ipsi⁹ i crastinũ decollãdi sumeret & oculũ liniẽs uisum recuparet. Tũc iussu regis ad decollandũ ducit: & ibidem susa oratione capite truncatur. Rex aũt de sanguine super oculũ ponẽs ꝓtinuo uisum recepit. Qua propter i christum credidit: & corpus sci martyris sepeliri mandauit. Passus ẽ autem octauo calen. augusti.

¶De sancto cucufante martyre. CXXXVI

CVcufans martyr in ciuitate barcinona sub preside rufino passus est. Hic scūs una cum felice germano suo ex scyllitana citate nō bilibus penitꝫ ortus: celaream mauritaniam studioꝫ gra ꝓmigrauit. Indeq; ambo post tps aliquod discedētes & ad ptes occidētis se trālferētes: oia sua p xp̄o paupi bus erogarūt. Et felix gdē in ciuitate gerūda martyr effect⁹ est ut de eo ꝙ ei⁹ passiōe dicet cal. augusti. ¶Cucufans uero in ciuita tē barcinona deuenies: dū xp̄m annūciaret: a galerio ꝓcōsule tētus est: & dū sacrificare nollet: iussu ꝓcōsulis a. iz. militibus sibi uicissim succedētibus grauissime & diuti⁹ tor tus est: ita ut ītestina dirupto corpore desilu erent. Cū autē orationē xp̄i martyr fudisset: tortores exceceāt. Procōsul una cū ei⁹ ido lis terra se apiente absorbet. Cucufas uero intestinis in alueū diuinit⁹ repositis repente sanat: quē pagani catenis uinctū maximiāo ꝓsidi presentarunt: qui cucufantē in craticu la iussit assari: linapi & aceto plagis ꝓfundi. Sed cū hec oia supasset: & assatores ei⁹ erum pente flāma interisset: in ignē copiosus mit titur: sed eo orante ignis extinguit: dehinc i carcere clausus lumine celico sup eū emisso ꝓtortatur: custodesq; hec aspiceres ad xp̄m puertunt. Mane aūt facto eū iubēte preside cardis ferreis & tauris cederet: rorauit ad dominū: & ꝓtinuo ꝓses uadens ad ara louis de curru ꝓcidit: & fractis ceruicibus expirauit. Idola quoq; ad que pgebat: in puluerē redacta sunt: quo miraculo multi de populo in xp̄m crediderūt. Demū succedente rufino in presidē ciuitatis: cucufans ab ipso denuo cō phensus ac decollatus est: sepul⁹ barcinone 8. calē. augusti: cuius corp⁹ inde pcessu tpis translatum in ecclesia sancti dionysii pisien ad presens quiescit.

¶De scis nemesio & lucilla mrī. CXXXVII

NEmesius & lucilla filia eius uirgo passi sunt i urbe sub ꝓmatoribus ualeriano & galieno. Cuius nemesi⁹ tribunus erat militū & lucillā filiam cecā a natiuitate haberet: audiens qualiter sanct⁹ stephan⁹ papa in xp̄i noie oēs egros curaret: accessit ad eū sacrificanté in crypta nepotiana: & filiam eius ad ipm detulit: rogans ut se ac filiā baptizaret: ipāmq; lumē aspicere faceret: quos ubi beatus stephan⁹ baptizauit: lucilla uirgo lumen recepit: seq; uirū quendā mirabilem ꝓspexisse i baptismate dixit: qui ei⁹ oculos illuminauit. Eodem die uiso miraculo baptizatus ē symphroni⁹ dispēsator nemesii cū oi familia ipi⁹ promiscui sex⁹ nūero. lxii. Nemesius quoq; a b. papa stephano diaconus ordinat⁹ est. Quod audiētes ualerian⁹ & maximus ꝓsules iusserunt nemesiū teneri. Cum aūt die quadam ꝓdicti duo ꝓsules in templo martis uia apia sacrificarent: & nemesi⁹ illac transiens orationē faceret: maximus a demonio arripitur: & clamare cepit: q; a nemesio torquereī: & cū ministri egressi nemesiū tenuissent: maximus ꝓsul continuo expirauit. Valerianus aūt ꝓsul nemesiū in carcere trudi fecit: Lucillā uero filiam ei⁹ apud quādā paganam noie maximā in custodiā deputauit: deinde symphroniū eius dispensatorē tenuit: tradiditq; eū olympio tribuno examinandū. Cū aūt ad predicatiōem symphronii olympius crediderit: & cū uxore exupia ac filio theodolo a scō papa stephano baptizati fuissent: ut dicef infra in eoꝝ passione. Audientes hec impatores miserūt ad ualerianū ꝓsulem: & fecerunt sibi nemesiū & lucillā filiam ei⁹ ꝓsentari: & cū ambo in xp̄i nois ꝓfessione ꝓsisterent: Lucillam qdem in uia apia ante tēplū martis spectāte pfe iugulari iussērūt: deinde inter uiam apiā & latinā nemesium diaconē capite truncari fecerunt. Quorum corpora scūs stephan⁹ papa uia latina nō lōge ab urbe sepeliuit. 8. calē. augusti.

¶De translatiōe sācti germani. CXXXVIII

TRanslatio corporis sci germani epi pisiēn ab incolis eiusdē ciuitatis. 8. calē. augusti celebratur: cuius reliquiis dñs tantā gratiaꝫ ꝓtulit: ut in ei⁹ translatiōe corpis eaꝝ contactu cecis uisum: surdis auditum: claudis gressum ꝓberet: multosq; languoribus uariis detentos sanos efficeret: & obsessos ab imundis spiritibus liberaret.

¶De scā anna matre dñe nr̄e. CXXXIX

ANna mater gloriose uirginis marie: ut in historiis tribuus israel hēf: de tribu iuda ciuitate bethleem orta est: uir⁹ ei⁹ ioachim ex eadē tribu de galilea ciuitate nazareth originē duxit. Hec trib⁹ uiris successiue nupta fuit: quoꝝ prim⁹ fuit ioachim: secūdus cleophas eiusdē ioachim frater: qui eā masculina sobole carentē ꝑm legem mortuo germano in ꝓlugem assumpsit: ut semē fratris ꝓsciteret. Tertius aūt extitit salome duoꝝ prioꝝ oino extrane⁹. Ex primo aūt uiro anna gloriosam uirginē mariam genuit: que ioseph desponsata nō tamē in ꝓcipisce tia iuncta: xp̄m per spiritū sanctū ꝓcreauit. Ex so aliam filiā mariā noīe similiter peperit: que nupta alpheo q̄tuor filios edidit: uidelicet iacobū minorem apostolū: ioseph iustū: & simonē & iudā. Ex tertio aūt uiro tertiā filiam mariā etiā nominatā ꝓcreauit: que nupta zebedeo duos filios parturiuit scilicet iacobū maiorē apostolū: & ioānem

euangeliſtā. Ipſa quoq; beata anna ante tertiū mariti obitū in pace quieuit. Et ſepulta ē in bethleem i tumulo paterno. 7. cal. auguſti: ut tradit hieronymus.

¶ De ſcō ioachim patre dñe. CXXXX

IOachi5 pater dñe nr̄e filius bar banthere: & maritus ſcē anne de tribu iuda ex prouincia galilee ciuitate nazareth duxit origine. Qui cū in bonis tpalib⁹ abunda ret ab ānis. xv. deo ſeruire cepit: & de ſacul tatibus ſuis pauperib⁹ & peregrinis atq; tem plo dñi & eius miniſtris largiſſime miniſtrabat. Et cū eſſet annor. 30. duxit i iugem annam ſiliā agar de tribu ſua ex ciuitate bethleē ex qua uſq; ad annos. 20. nullam prolē ſuſce pit. Diuina tandē diſpoſitione mariā genitri cem xpi futurā ex ipſa filiam ꝓcreauit: ut dicetur plene in natiuitate uirginis. vi. idus ſeptēbris. Poſtq; aūt eandem uirgineā ad tēplū adduxit: & dei ibidē ſeruitio iuxta uotū mā cipauit: & ipe ioachim domū rediēs modico tpe ſuperuixit: & plenus uirtutibus in pace cū patribus ſuis dormiuit. Sepultus in nazareth i ſepulchro patrū ſuoꝝ. Quo autē die migrauerit repiri non poteſt. Ideo & eiꝰ geſta feſto anne ipſius ꝓgis adiunguntur.

¶ De ſcō paſtore pb̄ytero & pfeſſor. CXLI

PAſtor preſbyter i eremo de ſcythi claruit tpe ſcōꝝ patrum anachoritarū. Qui abſtinentia magna ſe affligens: multa ſcitate & religione pollebat. Cuꝫ aūt mater ipſm abbatē & monachos ſuos uidere curaret: & ad eccleſiam eūtes obſeruaſſet: paſtor cum fratribus cellā intrātes hoſtium i faciem eius clauſerunt. Cū autē illa ſtens ad hoſtium clamaret: & filiū uidere obnoxius poſtularet: ipſe matri ſe uideri prohibuit: hortās illam ut equanimiter ferret: qa ſi nō in pāti ſeculo ſaltem ipſm in futuro uideret: que confortata diſceſſit: & ipm amplius aſpicere nō curauit. ¶ Iudex prouicie cuꝫ abbatem paſtorē uidere cuperet: ſed neq; ret: ſi liū ſororis eiꝰ tanq; malefactorē carcerauit: dicens ꝙ ſi paſtor pro eo interceſſurus ueniret: ipm dimitteret. Mater ergo iuuenis & ſoror abbatis ad hoſtiū iuit: & lachrymis ut ꝓ eo iudicem adiret inſtāter rogauit. Cui ille mādauit dicens: ꝙ paſtor filios non generauit. Qua cū dolore diſcedēte iudex ait: ut ſaltē uerbo iuberet: & illō dimitteret. Ille aūt re mandauit: ut cām ſm legem examīaret: & ſi dignꝰ eſſet morte: illū occideret: ſinaūt quo modo uellet faceret. Docebat aūt fratres dicens ꝙ aiam ſuam a peccato cuſtodire & ſe ipm conſiderare & diſcretione habere: ſunt a'e pfectiones. Tribulatio & diſcretio ſūt operationes ſolitarie uite. ¶ Cum quidaꝫ frater de quadā ꝓgregatione offendiſſet: abbas de ſilio cuiuſdā ſolitarii expulit eū: quem ſtentē abbas paſtor ad ſe accerſiuit: & pro illo ſolitario miſit. Et cuꝫ ueniſſet abbas ei dixit: ꝙ duo homines erant: qui ābo ſuos mortuos habebant. Quoꝝ unus mortuum ſuuꝫ reliqt: & iuit plorare mortuū alteri⁹. Quod ſolitarius de ſe dictū intelligēs ꝓpunctus ē. ¶ Frater quidā abbati paſtori dixit ſe ptur bari eſſe & locū uelle deſerere: quia uerba quedā de fratre audierat que eū maxime ſcā dalizabat: dixit paſtor ne hec uerba credere: quia uera non eſſent. Ille uero uerba eē uera affirmabat: quia frater fidelis ipſi dixerat. Et ille rīdit: ꝙ ſi fidelis eēt nō ipſi dixiſſet. Affirmāti aūt oīno uera eē: propoſuit ei pabolā euangelii de trabe & feſtuca: admonens ut in corde ſuo poneret: ꝙ peccata ſua trabes eſſet: & aliena feſtuca. ¶ Frater quidam qui grāde peccatū ꝓmiſit penitētiā facere uolens: interrogauit paſtorē ſi triēnis penitentia ſatis eſſet: qui dixit ꝙ multū eſt. Interrogatus ſi annus ſufficeret: rīdit ꝙ multū ē. Interrogatus de. 40. dieb⁹: rīdit ꝙ multum ē. Addēs ꝙ ſi hō ex toto corde peniteat: & penitentiā triduanā agat ſuſcipiet deus. ¶ Interrogatus de illo uerbo: q iraſcit frātri ſuo ſine cā ʒc: quid eſſet ſine cā iraſci reſpondit. Ex omni re qua homo a fre ſuo gratur: iraſci ſine cā: donec oculū ipi abſtrahat. Si aūt quis eum a deo ſeparare uellet pro hoc iraſci debet. ¶ Cōqueſt⁹ ē ei frater quidā ꝙ multas cogitationes habēs i ipſis pericliabat: q eū ſub diuo eduxit iubēs ut ſinū expanderet: & uentū teneret: qui rīdit ſe nō poſſe: ſic inquit ille: quia cogitatiōes repelli non poſſunt ne intreoāt: hominis aūt ē eis reſiſtere. Quieuit aūt uir ſcūs in dño. 7. cal. augu. ſcitate & uita cōſpicuus & miraculis clarus.

¶ De ſcō eraſte diſcipulo. CXLII

ERaſtes diſcipulus unꝰ ex. 72. de quo apoſtolus ad ro. 16. & pria timoth. 4. ca. mētionē facit: & de quo ſcribit act. 19. eps meadi fuit poſt hieroſolymogdiſpſionē: ut abbas dorotheꝰ ponit. Ado tñ dicit i martylogio ex datariis hieronymi ſumpto: ꝙ a beato paulo apoſtolo philippis eps relictꝰ ibidē martyrio coronatꝰ qeuit. 7. cal. aug.

¶ De ſcō hiacyntho martyre. CXLIII

HIacynthus mr̄ rome i portu ſub ꝓſulari leontio paſſus ē. Quem xpiani cōptum luxurius quidā primꝰ citatis taracine detinuit: & cōſulari tradidit. Qui primo ab eodē in copioſum ignē imiſſus: dū exiſtet illeſus: i ualidiſſimū deinde torrentē ꝓcipitatus: ad littus tñ diuino nutu incolumis eſe

ctus est. Quod dū ꝑsulari leontio nunciatū esset: ipm gladio ferīri iussit: quem matrona nomine iulia cum seruis suis iuxta ipsam ciuitatem taracinam i suo predio sepeliuit. 7. calen. augusti.

¶ De sancto symphronio olympio & sociis martyribus. CXLIIII

SYmphronius: olympius: theodolus & exuperia martyres rome passi sunt sub ualeriano & galieno impatoribus. Symphronius enim cū esset dispensator domus nemesii tribuni: de quo supra actū est in ei⁹ passione. 8. calē. augusti una cū eodem domino suo a sancto stephano papa xpi fidem audiuit: & baptismum suscepit. Cum autez ualerianus ꝑsul nemesium carceri mancipasset una cū lucilla ei⁹ filia: & ipm symphronium similiter cōprehendit: & tradidit olympio tribuno: qui facultates nemesii a symphronio exquirebat: & ipm ad deorū sacrificia inuitabat. Symphronius autē respondit: se oēs facultates dñi sui eius mandato xpianis paupibus erogasse: & nunq̄ idolis: que demonia sunt: imolare posse. Quē olympi⁹ in catasta extensum iussit fustibus cedi: deinde simulacꝛ martis cū tripode deferri: ut ei sacrificaret. Sed cū sanct⁹ idolum maledixisset: liquefactū est sicut lutum: quod admirans olympius ipm terculino uicario custodiendā dedit: & ueniēs domū exuperie uxori uniuersa narrauit: cuius suasione olympius xpo credidit: & ueniens ad symphronium cū uxore ꝑdicta & filio theodolo baptisma sacꝛ expetiit: & symphronio uenia petēs eū abire permisit: qui sanctū stephanū papam domum olympii nocte ꝑduxit: illeq; olympium cum uxore & filio pariter baptizauit. Hec audientes impatores nemesiū cū lucilla eius filia gladio primi iusserunt: ut supra i eoꝝ gestis dictū est: deinde symphronius & olympium cū cōiuge & nato cōprehendi fecerunt: quos in xpi ꝓfessione persistentes iussernnt augusti ante simulacꝛ solis iuxta amphitheatrū duci: & ad stipites ligari: igneq; suppositio ꝓgerie sarmentoꝝ spinaꝝ & stupa nauium incendio cōcremari: sicq; odorifero domino sacrificiū reddiderunt: quoꝝ corpora a sancto stephano papa cū clericis suis uia latina militario ab urbe primo sepulta sunt. 6. calen. augusti.

¶ De sancto hermolao presbytero & martyre. CXLV

HErmolaus presbyter & martyr apud nicomediam passus est sub maximiano impatore. Hic ex parentibus romanis nō infimis ortus: ab ipsis cunabulis deo seruiens ad sacerdotii dignitatē peruenit: & multos in fide xpi erudituit: inter quos sauinam nobili genere ortam: & pātaleone cuⁿstorgii senatoris filium baptizauit: & ad martyriuꝫ exhortando perduxit: ut dicet infra in eius passione. 5. calē. augusti. Hoc audiens maximianus: qui tunc in ciuitate nicomedie residebat: fecit hermolaū ꝓhendi & sibi presentari: quem dudū auditum cū oīno diis ymolare cōtradiceret: iussit eū nudū appendi & flagellari: ac deinde tam diutius ungulis radi: donec carnes eius in terram defluerēt: cui in tormentis angelus dñi astitit: & eū ut constans existeret ꝓfortuit. Deinde depositum impator ipm in carcerē cū uerberibus recludi fecit. Ad quem nocte multi christiani ueniebant: & ei necessaria ministrabant: in ipso autē ergastulo existens sanctus martyr multa signa operatus est diuina uirtute. Nā mācis dexteras reddidit: erutis oculis lumē restituit: quassatis nautis in maris periculo inuocato nomine eius presens apparuit: sedatisq; fluctibus ad portum salutis eos illesos ꝑduxit: demones eiecit: febres depulit: surdis auditum: & claudis gressus prebuit. omnes quoq; egros ad ipm uenientes sanos effecit. Elemosynas quoq; ei impensas pauperibus diuidebat: & omnes in fide xpi plenius instruebat. Ad quē inter cetero⁹ horridus leprosus accessit: & eius misericordiam postulauit: quem facta oratione ab omni lepra ita mundauit: ut nec in eo macula appareret. ¶ Ante crepusculū etiā diei nobilis q dā uir romanꝰ cū uxore & turba copiosa ad ipm ueniens unicū filiū suū nuper defunctū in loculo ei adduxit: & ut ipm suscitaret: lachrymabiliter supplicauit. Qui si ipsi in xpm credere uellēt: id se factuꝝ ꝓmisit. Et cū eis fidē dñi ꝑdicasset: & oēs se creditur⁹ asserērēt: oratione fudit: & ptinuo adolescēs resurrexit: & baptizat⁹ est cū pentibus: & oi turba que eū secuta fuerat diuersi sexꝰ numero. 555. & sic oēs cū gaudio ad ꝓpria redierunt. ¶ Que cū maximian⁹ impator audisset in ꝑsentia principū suoꝝ iussit sibi sanctū martyrē exhiberi: q cū diuti⁹ exaiatus impatorem uiua uoce ꝓlunderet: ipmq; uanuꝫ & mendacē ꝓbaret: iussit illū itez in equuleo leuari: & unguib⁹ ferreis carnes ei⁹ lacerari: ac laminas ardentes pectori & lateribꝰ submīstrari: qui uoce celica ꝑfirmat⁹ ministris lassis ac deficientib⁹ in torquēdo triduo ideficiens i patibulo ꝑduruit. Tādem depositꝰ capitalē subire sniam iussus est. Et decollatus est cū duobꝰ uiris xpianis fratribus uidelicet hermippo & hermocrate: & sepultus in nicomedia ciuitate. 6. calen. augusti: Cuius corpus uenetias translatum quescit in eadem urbe in basilica sci symeonis ꝓphete: ubi & plurimis miraculis pollet.

¶ De scō pantaleone martyre. CXLVI.

PAntaleon martyr ī ciuitate nicomedia passus est sub maximiano īpatore. Hic fuit filius eustorgii nobilis senatoris eiusdē urbis qui erat gentilis & matris eubole xpiane. Que pater cū esset omni elegātia decoratus delucta matre tradidit euphrosyno magro ut disceret arte medicine: & sic imperatorib⁹ semp assistere posset. Cū aūt uadens ad scholas sepius trāsiret ante cellaȝ in qua hermolaus presbyter latitabat: die qua dam cōuocauit eū presbyter ad se: & interrogauit eū quis esset & quam sciam disceret aut quā religionē teneret. Qui rndit se eē filium senatoris: & artē discere medicie: nec non deos paternos adorare. Cui hermolaus diuino spū motus dixit: q scia hippocratis uel galieni nihil esset: suadens ut in xpm cre deret: cui⁹ inuocatione omnes languentes sanaret. Nam & ipse xps cecos illuminauit: & mortuos suscitauit: & innumerabilia signa fecit: quoȝ potestatē in se credentib⁹ cōcessit: Pantaleon uero talia a matre delucta audiuisse testabat. Cū aūt uerba presbyteri p cepisset sepius illum uisitabat & uerbū fidei ab illo libenter audiebat. Die aūt quadā dimissus ab eo uidit puerȝ a pente percussuȝ & iacentem mortuum: orauitq; ad dñm ut si uera esset: que de xpo audierat puer sanus resurgeret: & serpens per mediū creparet. Que cū statim adimpleta fuissent pantaleō ad hermolaū festinauit: & que facta fuerant rettulit atq; baptisma suscepit: & fuit apud eum dies. 7. reuersus aūt ad patrem & quotidie cū eo de christo loquens diuina gra saue te: patrem ad fidē conuertit: omniaq; idola que in domo sua erāt omnuit: ipmq; ad hermolaū duxit. A quo eustorgius baptisma suscepit: & in fide xpi firmatus: post dies mo dicos in pace quieuit. Quo defuncto scūs iuuenis pauperibus largitur tribuebat: & oēs infirmos quacūq; detentos ualitudine quos medici sanare non poterāt: p xpi inuocationem sanabat: unde & cecū unum qui omnes substantiā suaȝ i medicis ꝓsumpserat nec ullo medicepere potuerat: inuocato xpi noie cōfestim illuminauit. Qua propter eumtes medici cū sacerdotibus idolorū ad imperatorē pantaleonē accusauerunt q xpianus esset: & q i xpi noie languētes curaret: & q cecum illuminasset. Tūc imperator cecū adesse iussit: & ab eo omnē ueritatē didicit: ac consitē tem xpm decollari precepit. Deide scūm ad uocās interrogauit: an i xpi nomie languentes sanos efficeret. Qui rndit q uerū esset: cū deus xpianoȝ hec oia posset. Quod ut ueri? ꝓbaret palyticū petiit introduci: & sacerdotes ac medicos aduocari. Quod cū factū fuisset: & sacerdotib⁹ deos suos iuocantib⁹: medicis quoq; expimenta sua opantibus nō potuit palyticus recipere sanitatē. Cui⁹ manum pantaleō tenēs ipm i xpi noie eleuauit: & ille ꝓinuo san⁹ surrexit. ¶ Cūq; maximianus ipm ad deoȝ sacrificia iuitaret: & pantaleon xpm dñm solū deū ꝓdicaret. Iussit illū i equuleo suspendi: & ungulis attrectari: ac ad latera ei⁹ lāpades applicari. Cui xps i similitudine hermolai ꝑsbri appuit: & ipsum dulciter ꝓfortauit. Et statī tortoȝ man⁹ aruerunt: & lāpades extincte sunt. Tūc ipator sartagīnē fecit apportari: & plūbū i eā ꝓfari: mīemoȝ scūm i ea demergi. Oráte uero illo xps eidē appuit i ſpe hermolai: & statī ignis extinguit: & plūbū ſrigidat. Impator irat⁹ iussit lapidē magnū ad collū ei⁹ ligari & in pelag⁹ iactari. Et appuit illi xps i similitudine hermolai: & ꝓinuo lapis ille solut⁹ ē. Xpiq; manū mīis sui tenēs icolumē duxit ad littus. Cui maxianus rursuȝ feras multas dimitti iussit: ut xpi mīem deuorarēt. Que sanctū masuetacte circūdederūt: leones qdē pedes: leopardi facie: ursi man⁹ lingebāt: certa timoȝ ad illū accedebāt: nec ab eo nisi supta bndictiōe recedebāt. Clamāte aūt populo magnū deuȝ xpianoȝ + uiri mille de ppo crediderūt & p xpi ꝓfessione decollati sunt. ¶ Post hec recluditur scūs in carcere. xxx. diebus: & interea ꝑator iubet fieri rotā clauis & gladiis circūseptā: i qua martyr ligat⁹ mē bratim ꝓcidi posset. Post dies aūt. xxx. eductus de custodia ligat⁹ in rota. Et appente ei xpo i similitudine ꝓuera: uincula ei⁹ dirumpuntur: & dissoluta machina quinq; pagaȝ nosq; occidūt. Tūc ipator diligēter de magistro pantaleōis iquirēs: iuenit ꝑsbyterū her molaū: qui cū duob⁹ germanis detētū mīio ꝓmanit: ut supra i eī⁹ passione dictū ē. vical. aug. Et ꝓinuo terra ꝓcutit: & oia idola corruēta ꝓtrūt: ipator hec uidēs pātaleonē iussit decollari: & corpus igne ꝓui. Que milites extra urbē duxerūt: & ad nouella oliuā ligauerūt. Et cū ipm un⁹ militū ꝓcuteret uellet: ferrū sicut cera plicatū est. Milites hoc uidētes ad pedes mīis ꝓcidūt: & uenia petūt: p qb⁹ pātaleon orauit: & uoce de celo lapsa se exauditū audiuit: cui⁹ & illū de cetero ꝓcutere nō audebāt. Sed cū scūs eis diceret: q nisi hoc facerent secum ptem nō haberent: illi hoc audiētes eum decollauerūt. Et statim lac ꝑ sanguine fluxit: & oliua fructus intempestiuos produxit: quod imperator audiens oliuam iussit precidi: & ex ea sactum corpus comburi. Christiani uero ossa rapuerunt: & in ciuitate nicomedia sepelierunt: qui passus est quinto calē. augusti.

¶ De sanctis nazario & celio martyrib⁹. CXLVII

Nazarius & celſus mr̃es tpe nero nis imparoris in ciuitate mediolanī paſſi ſunt ſub anolino pcōſule. Fuit eni nazarⁱ⁹ filⁱ⁹ illuſtris uiri noie aphricani genere & pro uincia aphri incole urbis rome: q ſide iude erat: & ppetue nobiliſſime romanoꝝ xp̃iane & a petro apoſtolo baptizate: cū eēt ānoꝝ. 9 mirabaf ⁊p ei⁹ pentes in religiōe diſſimiliter uariarent: nī cui eoꝝ adhereret plurimū du bitabat. Cū aūt uterq; illū ad ſidē ſuā trahere niteret: ꝑtāt ueſtigiis matris nutu dei ad heſit: & a btō lino papa baptiſmū ſuſcepit: quē dū pr̃ a ſcō ꝑpoſito uellet auertere: nazariⁿ de urbe roma exiit: &. 7. aialia diuitiis onerata ex pentū hereditate ſuſcepit: ac p ciuitates italie tranſiēs oia paupib⁹ diſpēſauit Anno aūt. 10. diſpoſitōis ſue p placentiā uenit mediolan: & ſcōs mr̃es xp̃i geruaſiū & pthaſiū in carcere detētos iuenit: quos & in dño ꝑhortauit. Quod audiēs anolinⁿ ꝑfectⁿ ad ſe illū ꝑrahi fecit: & ſuſtib⁹ ceſū ex urbe deiecit: cui mater: que nup obierat: appuit: & ut ad gallias predicādas ꝑperaret: admonuit. ¶ Cū aūt ad urbē gallie que gimell⁹ dr̃ pueniſſet: & ibidē plurimos ꝑuertiſſet filiū puū lū cuiuſdā nobilis matrone celſum nomie ei oblatum a matre baptizauit: & ipm ſecū duxit: quod ꝑfectⁿ gallia⁹ audiens: nazariu⁹ & celſum catenis uinctos i carcerē recluſit in craſtino tormētis afficiēdos: ⁊ſ ab uxore ſua rdargut⁹: ne deos uidicare ꝑſumeret: ſed ipſe de ſuis hoſtib⁹ uindicarent: ꝑfectⁿ eos abſoluit: ſed ne ꝑdicarēt interdixit. ¶ Deinde ad urbē treueris puenit: ubi & xp̃m primus ꝑdicās multos ꝑuertit: & eccleſiā edificauit. Quod cū neroni celſari ꝑ cornelīū uicariū intimatū eēt: miſſo uentone milite ſuo cū. 100. armatis: nazariū iuxta eccleſiā orantē inuenīt: & una cū puero celſo uinctū ſibi exhiberi ꝑcepit: quos impator in carcere detinuit: donec illos ſuppliciis excogitatis ꝑimeret. Poſt dies aūt multos iuſſu neroīs milites nazariū calcib⁹ tundētes: & pueꝝ uerberātes de carcere eduxerūt: & corā celare ſtatuerūt. Cū aūt facie ei⁹ inſtar ſolis ſplendere ꝑpexiſſet: putans ſe magicis artib⁹ deluſum: iſpm ad tēplū adductū ſacrificare cōpellebat: ſed eo orante idola oia ꝑfracta ſūt Tunc nero ambos in mare ꝑcipitari ꝑcepit. Nazariⁿ uero & celſus nauicule ꝑponunt: & obdormiētes in pelag⁹ a militib⁹ ꝑcipitant: ſed ſtati a nube aſſumunt: cūq; exorta tēpeſtate nauis ꝑcliitaref: ecce nazariⁿ & celſus ſup undas ambulātes appuerūt: quos illi ut dētes: & eoꝝ que in ſcōs cōmiſerāt penitētes eoꝝ auxilium ꝑlorabant: q nauē aſcendētes oſone ſua mare ꝑcarunt: & cū militib⁹ ianuā appulerunt: ubi cū diuti⁹ ꝑdicaſſent: ite rum mediolanū reuerſi ſunt: quod cū anolinus audiſſet: nazariū in exiliū deſtinauit: celſus uero puer apud matronā quandā pmanſit. Nazarius uero romā ueniēs: patrē ſuum ſenē xp̃ianū effectū inuenit: & cū eo dieb⁹ aliquib⁹ fuit. Inde ad urbē mediolanū redire cū iniuria multa ꝑellif: ubi cū celſo puero ꝑcōſuli ꝑſentaf: cuius iuſſu extra portaꝫ romanā in loco: qui dr̃ tresmuri: ducif: & ibidē cū celſo puero decollaf. 5. cal. augu. circa annū dñi. 57. Quoꝝ corpa cū xp̃iani i hortis ꝑriis rapta collocaſſent: in ipſa nocte cuidā cereatio xp̃iano apparuerūt: & ut eoꝝ corpa in domo ſua in ꝑfunda fouea ſepeliret ꝑpter neronis furoꝛ admonuerūt: qui cū filia ſuā palyticā ab eis ſanati petiiſſet: puella ⁊tinuo ſanata corpa martyꝝ tulit: & ut iuſſerant ſepeliuit. ¶ Proceſſu uero tpis eadē corpora dñs ſcō ambroſio epō reuelauit: qui celſum i loco ſuo relinquēs: nazariū q̄ſi eadē hora ſepultū integꝝ & incorruptū cum ſanguine recente cum capillis & barba reperiens: corpus ipſum miro fragrans odore ad eccleſiam apoſtoloꝝ tranſtulit: & ibidem honorifice collocauit pridie id⁹ iunii.

¶ De ſcō victore papa & mr̃e. CXLVIII

ictor papa & martyr natione apher ex pr̃e felice eleutherio romano pōtifici in ꝑtu ſucceſſit: ſeditq; ānos. x. mēſes. 2. dies. 20. Hic ꝑſtituit ſanctū paſcha die dominico celebrari: & ad ſacerdotū interrogationem de termino paſchali celebrauit cōciliū in alexādria paleſtine: cui cōcilio ipſe papa interfuit: narciſſus ꝑiarcha hieroſolymoꝝ: theophilus quoq; ceſaree: & ireneus lugdunēp̄s: ubi ſtatutū eſt: ut ſemp die dñica paſcha celebref obſeruata. 14. luna mēſis aprilis uſq; ad. 21. Multi eni epi aſie & orientis tunc cum iudeis paſcha celebrabāt. Hic etiā ꝑſtituit ut neceſſitate urgente qcūq; homīnū ſiue in flumine ſiue in fontib⁹ ſiue i mari tātū xp̃iane ꝑſſiōe credulitatis clarificata baptizaref. Hic fecit ordinatiōes duas p mēſem decēbrium: ꝑſbr̃os q̄ttuor: diacones ſeptē: eēpos p diuerſa loca numero. 12. qui & ſub cōmodo impatore mr̃io coronatus eſt: & ſepultus eſt iuxta corp⁹ btī petri apoſtoli in uaticano. 5. calē. augu. Et ceſſauit epat⁹ dies. 12. Hic ſup ꝑfata queſtione paſche die dñico celebrandi & nō luna. 14. more iudaico opuſculum perutile ſcripſit.

¶ De ſcō innocentio papa & mr̃e. CXLIX



Nocentius papa & martyr huius nois primus natiōe albanē ex patre innocētio anaſtatio primo rōano pontifici in ep̄atu ſucceſſit: & ſedit ānos. 15. mēſes. 2. dies. 20. Hic ꝑſtituit ſabbato ſcō ieiunium

celebrari: quia dñs in ſepulchro iacuit & diſcipuli ſeiunauerũt. Cõſtituũ fecit: & de regulis monachoꝝ i monaſterio: & de iudeis: & de paganis: & multos cataphrygas ſuenit quoſ exilio relegauit: & celeſtinũ & pelagiũ & iulianũ hereticos dãnauit. Et ꝓſtituit ut q cũq; natus fuerit etiã de xp̃iana p baptiſmũ denuo renaſcaf: qđ pelagius dãnabat. Qui etiã pelagius aſſerebat hominẽ ſine gr̃a dei poſſe ſaluari: & unũquẽq; ſuis meritis propria uolũtate ad iuſtitiã regi. Infantes xp̃ianoꝝ ſine peccato originali naſci. Quos omnes errores inocẽti papa exñs britannie dãnauit. Hic etiã decreuit ad miſſam oſculũ pacis dari. Et oleo ab epiſ ꝓſecrato ad uſus infirmoꝝ oium xp̃ianoꝝ i extremis laborãtiũ uti. Hic etiã excõicauit. Archadiũ ipatorẽ: qa cõſenſit ut ioãnes chryſoſtomus de ſede ſua ꝓtãtinopolitana eiiceret ab eudoxia uxore ſua pp predicatiõẽ quã fecerat contra eã: q circa ſtatuã ſuã quã erexerat mulieres & puellas ludere cõpellebat: qđ eſſe uitium idolatrie chryſoſtom⁹ ꝓdicabat: ut dictũ eſt ſupra i legẽda ioãnis chryſoſtomi. vi. calen. das februarii. ¶ Hic fecit ordinatiões. 4. in urbe p mẽſes decẽbriũ preſbyteros. 30. diacões. 14. epos p diuerſa loca nũero. 54. Qui & mrio coronat ꝑe archadii ꝓcipis ſepultus eſt in cemiterio aduerſũ pileatũ. v. cal. auguſti. Et ceſſauit epatus dies. 22. ¶ Hic etiã orientaliũ & occidẽtaliũ eccleſiaꝝ aduerſus pelagianos ſcripſit decretũ: quod ſucceſſor ei⁹ zozimus ampliauit.

¶ De ſcõ ſampſone epõ. CL.

SAmpſon archiepus doleñ. ꝑe iuſtini iunioris claruit. Qui demotiana ciuitate pentib⁹ nobilibus ortus ẽ: Cuius mater anna cũ ſterilis eſſet: & de ſetu iã deſperaſſet: audiuit a domino p uiſionẽ nocte quadã ſe filiũ paritura q ſapſon uocari deberet: & epũs futurus eẽt. Natus aũt puer & ſampſõ uocatus ãnoꝝ. 5. ſcholis tradit⁹ ẽ: factuſq; ẽ monach⁹ ſub diſcipla eltachi egregii britanoꝝ magiſtri: q p ſpm de illo pñũciauit: q adhuc futurus foret epũs mirabilis in iſula britanoꝝ. Cũ aũt ãnoꝝ. 15. iã intraret ab eode magiſo pleni us eẽt ibutus: die q̃dã dũ de qõne ſubtili dubius mediteret: ſolutionẽ ipi⁹ diuinitus pcepit: & a dño audiũ pmeruit qcũq; ſibi dubia celeſti reuelatiõe referãda. ¶ Plurimoꝝ miraculoꝝ gloria claruit. Nã i horto fratrẽ a ꝑete pcuſſũ exiſtẽtẽ q̃ſi mortuum liberauit. Dũ aũt primo diaconatus & dehic ꝓbyter a ſacto dubrithyo epõ ordinaret uiſa eſt colũba niuea ſup caput ei⁹ & dorſuꝫ reſidere: qđ ſi⁹ eidẽ accidit: dũ ꝓeſſu tpis epũs ꝓcerat⁹ eſt. ¶ A duob⁹ ei emulantibus frib⁹ uenenũ in potu ꝓpinat adeo pualidũ: ut de ipſo primitus aial guſtãs repente crepuerit: qđ tñ ſanct⁹ uir ſine leſiõe potauit: unde & un⁹ ex aduerſatib⁹ frib⁹ ad penitẽtiã puocat⁹: alter uero obſtinat⁹ pmanens a diabolo arripit: & tã diu diſcerpens ſeipm uexatur q̃ diu ſcõ orante demon ab ipſo pellitur: & frater de commiſſo conteritur. ¶ Cumq; pater ſampſonis dura oppreſſus egritudine decumberet: diſcebat ſe nunq̃: nec moriturum: nec euaſurum: nec penitentiã percepturum: niſi ſampſon filius eius ad eum ueniret. Quod cum ſanctus audiſſet: quãuis inuitus ad eum uenit: & patrem corpore ac mente ſanauit: quapꝑ ipſe cum uxore & filiis duobus omnibus pro xpo erogatis monaſticam uitam elegit. Veg cum ſampſon ad monaſteriũ rediret: & ſerpentem i ſilua: qui fratres precedẽtes aggreſſus fuerat: inueniſſet: circulo i terra ſignato ipſum iclusit: factoq; ſigno crucis repentinam circulum reptile iteremit. ¶ Hic ſanctus dolenſe monaſterium fundauit: cuius abbatie anno dimidio preſuit: inde ad antrum ſecreti ſſimum ſecedens ſolitariam uitam duxit: ubi deficiente ſibi aqua ſõtem oraõs de terra produxit. ¶ Cum quidã epiſcopi in cathedra ſancti petri: ut moris erat: ad ordinandos tres epiſcopos conueniſſent: & duos ſolũmodo habẽtes de tertio dubitarent. Vi ſum eſt ſampſoni per nocte m: q a tribus epiſcopis in eccleſia ducereꝫ: quos ex nomine didicit & petrum iacobum & ioãnem apoſtolos: & itellexit ſe procul dubio epm conſecrandum. Statimq; ſcõ dubrithyo epiſcopo ãgel⁹ dñi reuelauit ſampſonem abbatẽ eſſe tertium: q eũ i epm pmouendus. Sicq; ad archiepiſcopatũ diuinitus ſublimatur & eccleſie doleñ ꝓficitur. ¶ Hic cũ die ꝓcrationis ſue celebraret miſa ẽ flãma ex ei⁹ ore pr̃ũpe: uiſi ſũt & ãgeli ei admiſtrare. Deide p uiſionẽ mõitus matrẽ ꝑ priã patre defũcto uiſitauit: eq; i dño cõſortauit. Dũq; nauigio britãniã redirer: priuatũ quẽdã nobilẽ ſe anxie ꝓſtolãtẽ i littore reperit: & iterrogãs quid ſibi ueller audiuit: q ſibi fuerat a dño reuelatũ uxorẽ ſuã leproſã ab ignoto ſibi peregrino curandam: quẽ ſapſonem eſſe nullatenus dubitabat: unde & ſibi pro cõiugis liberatiõe ſupplicabat. Quã ſanctus uir illico a lepra mũdauit. & uirum ad perfectam uitam reduxit: ipſe uero poſt modum in ardua penitentia ꝓſeuerauit. Nã nunc poſt biduum: nunc uero poſt triduum: nunc autem poſt ſeptimanam integram cibũ ſumebat. Aliquando per totam quadrageſimam ter omnino nec ultra guſtabat. Sicq; gregem ſibi cõmiſſum morum exemplo docens pariter ac ſermone: quieuit in chriſto. 5. calendas auguſti. Sepultuſq; eſt i ſuo: quod primus erexerat: monaſterio doleñ clarẽs

miraculis.

¶ De ſancta martha uirgine. CLI

MArtha uirgo hoſpita xpi ſyro pa
tre eucharia matre regali ex pro
genie deſcẽdit. Nã pr ei⁹ ſyrie &
maritime & multaq; oraruꝫ dux
exſtitit. Tria at oppida. ſ. magda
lum & utrũq; bethaniã & pte⁹ hieroſolyme
martha cũ ſorore iure materne hereditatis
poſſidebat: ut ſupra de his actũ ẽ in hiſtoria
magdalene. xi. calẽ. augu. Miniſtrabat autẽ
dño nobilis hoſpita: & ſororẽ ex ſũmo zelo
piter miſtrare uolebat. ¶ Illã uero hemor
rhoiſam quã xps a fluxu ſanauit ſanguinis:
Ambro⁹ dicit martha fuiſſe. Refert etiã euſe
bius i. 7. libro eccleſiaſtice hiſtorie: q; muli
er hemorrhoiſa poſtq; ſanata fuit i ſuo uiri
dario ſtatuã ſuã fecit: & imaginẽ xpi cum ue
ſte & fimbria ſicut eũ tetigerat: & eam pluri
mum uenerabaſ. Herbe uero ſub ſtatua cre
ſcẽtes cũ fimbria attingerẽt: tãte uirtutis fie
bant: ut eos; ptactu infirmi ſanarenẽ. Ipſam
aũt xpi imaginẽ: ut hẽ in triptita: iulian⁹ a
poſtata iñ ſubſtulit: & ſuã ibidẽ collocauit:
que ictu fulmis ptracta fuit. ¶ Poſt aſcenſio
nẽ aũt xpi cũ facta eẽt diſcipulo⁹ pſecutio:
martha cũ maria magdalena & lazaro fratre
ipſaꝝ & marcilla marthe pediſſeq; & cũ ſcõ
maximino: q; eas baptizauerat: & aliis pluri
b⁹ ablatis uelis remis & gubernaculis oib⁹
naui a iudeis iponunt: & ſic in pelago dimit
tũt: q; deo duce maſſiliã applicuerunt: ut ſu
pra dictũ eſt: i hiſtoria magdalene. Qui poſt
q̃ maſſiliã ad fidẽ xpi duxerũt: territorium
aqueñ adierũt: & ibidẽ populũ puerterunt.
¶ Eodẽ tpe erat i nemore ſup rhodanũ iter
arelatũ & auinionẽ draco qđã medius aial:
medi⁹ piſcis: groſſior boue: lõgior equo: ha
bẽs dẽtes ut enſes acutos: q; lates in flumine
tráſeuntes pimebat: & naues ſubmergebat:
ad quem martha a populis rogata acceſſit:
ipmq; in nemore hoiem mãducantẽ inuenit:
quẽ cruce dñi pducta aqua benedicta aſper
ſit: mox q; ipm uelut agnũ cingulo pprio al
ligauit: quẽ popul⁹ ptinuo láceis & lapidib⁹
interemit: uocabaſ aũt draco ab icolis tara
chonus: unde in hui⁹ memoria loc⁹ ipſe ab i
colis tarachon⁹ dr: q; ãtea nerbac. i. niger lo
cus uocabaſ. Ibi igit martha de licẽtia ſci
maximini & ſororis remãſit: & ſoror; multa
rũ ggregato quẽtu eccleſiã i honorẽ dei ge
nitricis edificauit: mõaſteriũq; pſtruxit: ibi
q; ieiuniis & oꝛoib⁹ quotidie uacabat: & mi
ra ſe penitẽtia affligebat. ¶ Quadã uice cũ
apud auinionẽ inter urbẽ & rhodanũ pdica
retq; iuuenis ultra flumẽ pſiſtens: eiuſq;
uerba audire cupiens: cũ nauigio careret: na
tare cepit: ſ; ipm ipet⁹ fluis necauit: cui⁹ ca
dauer uix ẽ a die ſ ptũ: añ pedes btẽ marthe
ducẽt: cui⁹ oꝛõe ptinuo iuuenis ſuſcitatur.

¶ Btã igiſ martha i uirginitate pſeueraui
& nũq; uiri ptuberniũ habuit. Obitũ ei⁹ añ
p annũ ei dñs reuelauit: in quo toto ãno fe
brib⁹ elaborauit: ante octo uero dies ſui exi
tus ãgelicos choros ſororis ſue aiam ad ce
los deferre ſpexit: & ꝓocatis ſororib⁹ nũ
ciauit. Cũ at finẽ ſuũ appropinq̃re ſentiret:
aſtãtes admonuit: ut luminarib⁹ accenſis cir
ca ſe uſq; ad nocteꝫ mediã uigilarẽt. Cuſtodi
b⁹ uero ſono grauatis uẽt⁹ uehemẽs irruit &
luiaria extixit: malignoq; ſpũus turba aſſu
it. Sed dũ uirgo oraſſet: ororẽ ſibi aſſiſtentẽ
aſpexit: que facẽ tenẽs lãpades accẽdit: dũq;
ſe ex noie mutuo uocarẽt: ecce xps aſſuit: &
martha ad celeſtia inuitauit. Cũ aũt ad extre
ma aduenifſet: ſe foras deferri fecit: ut celũ
aſpiceret: ac cineri ꝑſo ſe ſupponi iuſſit: &
ſignũ crucis corã ſe teneri: atq; paſſionẽ ſm
lucã ſibi legi: & dũ diceret: pr̃ in manꝰ tuas
ẽ. ipſa ſpiritũ emiſit. 4. cal. augu. ¶ Sequẽ
ti die dñica dũ laudes circa corp⁹ ei⁹ exolue
rẽt: & hora tertia btũs frãter eps petragori
ce celebraret: & pⁿ epiſtolã in cathedra dor
mitaſſet: xps ei appuit: & ut ſe ſequereꝰ ad
monuit: q; ãbo ſubito tharachonũ uenerunt
& circa corp⁹ martheꝰ ceteris rñdentib⁹ exe
quias pegerũt: ac corp⁹ ꝰ ſepulchro ſuis ma
nib⁹ ſepelierũt. Cũ aũt petragorice finito gra
duali diacon⁹ lectur⁹ euãgeliũ bñdictione⁹
petẽs ẽpm excitaret: ille ſe a xpo aſſeruit ta
rachonũ ductũ fuiſſe: & corp⁹ marthe ſepul
ture tradidiſſe: anulũq; ſuũ & chirotheas: q̃
corp⁹ locatur⁹ depoſuerat: ſe ibidẽ pbibuit
dimiſſiſſe. Miſſi igiſ nũcii: & ut eps dixerat: i
uenieteſ anulũ & unã ex chirotheciſ rettule
runt: aliã uero ibidẽ i miraculi teſtimoniuꝫ
dimiſerũt. ¶ Proceſſu uero tpis: ſclodouеus
rex frãcoꝝ: grauẽ rheniũ doloꝛẽ patiẽs: cuꝫ
ad ei⁹ tumulum liberat⁹ fuiſſet: eccleſiam &
locum dotauit: & trium miliariorũ ſpatio
in gyro predia cuncta eidem conceſſit.

¶ De ſca marcilla pediſſequa marthe. CLII

ARcilla marthe pediſſequa fuit.
Hec mulier illa fuiſſe phibet: q̃
luce. xi. ca. Extollens uocẽ q̃dã tur
ba: uentrẽ q̃ xpm portauit: & u
bera que illũ lactauerũt: btifica
re ꝓmeruit. Hec cũ ipſa dña ſua a iudeoꝝ ſi
nib⁹ expulſa: & cũ aliis diſcipulis: ut ſupi⁹
actũ eſt: maſſiliã deuenit: ipſaq; uſq; ad eius
obitũ nõ dimiſit: ipſiuſq; uitã & geſta ſcri
pſit: que poſt ei⁹ uite finẽ in ſclauonia pgẽs
& ibidẽ xpi euãgeliũ ꝓdicãs poſt decimum
ãnum a dormitiõe marthe i pace quiit: cor
pus cuius aquis tranſlatum iuxta corpora
beate marie magdalene & ſancti maximini
ac ſancti cedonii ſepultum eſt: ut ſupra di
ctum eſt in geſtis maximini epi. 4. id⁹ iunii.

¶ De sancto simplicio faustino & beatrice martyribus. CLIII

Simplici⁹ & faustin⁹ atq; beatrix sub diocletiāo ipatore passi sūt in urbe roma. Qui diocletianus pdictos duos germanos detētos multisq; suppliciis affectos: iussit pro xpi noie decollari: & corpa p pōtem lapideū i tyberim iactari. Que dei nutu iuēta sūt i loco q uocat sextū philippi uia portuēn: q scā beatrix eoꝝ quōdā germana collegit: & cum scis crispo & ioāne pbris i ipo loco sepeliuit. Et exide apd scām lucinā morabat. Cū aūt lucretius ipatoris uicari⁹ audiret pdictū quoddā ipius beatricis pdio suo uicinū occasione repta eā teneri fecit: & diis imolare precepit. Quā renuentē carceri mācipauit: deinde noctu a seruis suis eā prefocari mādauit. Cuius corp⁹ lucina rapies iuxta germanoru⁹ corpora sepeliuit. Qui passi sūt. 4. cal. augu. ¶ Post hec lucreti⁹ prediū beatricis itrauit: ubi scō amicis suis quiuio mīb⁹ isultabat. Insānlus uero lactēs pānis iuolutus de gremio matris que ibi adeat ex clamauit. Audi lucreti: occidisti & iuasisti: ecce datus es i possessionē inimici. Statimq; lucretius tremēs a demone arripit: & p tres horas adeo uexatus ē: ut in ipo quiuio more retur. Quod astantes uidētes querti sūt. Pasi sūt aūt circa annū. dñi. 287.

¶ De scō felice papa ⁹o & mre. CLIIII.

Felix papa & martyr hui⁹ nois ⁹s natione roman⁹ ex patre anastasio: liberio pape i epatu romano successit: sedit q; ānū unū. Hic fuit catholicus. uir: & constituit ut eps uocatus ad concilū ueniat. Hui⁹ pdecessor liberius cū nollet arriane hereſi ꝑsentire missus ē i exiliū a pstantio augusto filio constantini: & ibi p triēniū moratus ē. Quapp uniuersus clerus & populus romanus loco eius felicē ordiauerūt. Qui qdē felix pcilio puocato corā. 48. epis: pstantiū ipatorē arrianū hereticū & duos pbyteros ei fauātes sci lice⁹ urbatiū & ualētē ꝑdenauit: p eo uide licet: qa idē pstatius i hereſim arrianoꝝ pabēs ab eusebio nicomedieñ epo fuerat reba ptizatus. Qui ursati⁹ & ualēs: post dies aliquot rogauerūt pstantiū: ut liberiū de exilio reuocaret: ut una tātū pticipatiōe cōicarent. Quoꝝ suasionib⁹ augustus iductus: & qa felix eū dānasset idignat⁹: felicē de epatu suo eiecit: & liberiū eo pacto ꝛuocauit: ut si bi & aliis quos dānauerat cōicaret: liberius igit i heretica prauitate cōsensit exilii tedio affectus. Et sic in tātū ꝓsecutio excreuit: ut quāplurimi pbyteri & clerici liberio nō p hibēte intra ecclesias necarent. Tenuitq; liberi⁹ potēstialiter basilicas apostoloꝝ petri & pauli: & pstantinianā annos. 7. Felix uero de epatu eiectus habitabat i predio suo uia portuēn. Inde ab hereticis post annos. 7. ad urbē tractus mītiꝰ capitis obtrūcatiōe pro meruit. Et sepult⁹ ē i basilica quā ipe pstruxerat uia aurelia. 4. cal. augu. circa annum dñi. 340. Et cessauit epatus usq; ad obitū liberii. Nā dies felicis oēs sub tpe liberii ꝑpu tantur ꝓpter occasiones memoratas.

¶ De scō felice papa. 4. ꝓfessore. CLV.

Felix papa huius nois. iiii⁹. natione samni⁹ ex patre pstantino. Ioāni pape prio i pōtificatu romāo succes⁹it. Et sedit annos. 4. mēses 2. dies. 13. Hic pstituit ut infirmi ante eoꝝ trāsitū oleo scōiungantur. Hic patriarcham pstantinopolitanū arriane hereſi maculatū excōicauit: & hereſiarchā damnauit. Et postq; i ei scitate seden apostolicā se liciter gubernauit: uirtutib⁹ fulgēs ad xpm migrauit. Et sepultus iacet apud scūm petꝝ apostolū. Et cessauit epat⁹ mēsē. i. & dies. 15.

¶ De scō lupo episcopo. CLVI.

Vp⁹ eps trecheñ leucoꝝ familie primus fuit. Qui uxorē quādam noie punimolā sci germani arelatēñ epi germanā in sectō habuit. Anno uero. vii. ꝓiugii sui ambo ipi cōi uoto ad deum conuersi monachalem uitā elegerūt: unde & lupus seculo relictō ad scūm honoratū abbatē lerinēñ adiit: & factus mōachus biēnio secū mānsit. Dehic cū scō germano cognato suo i britānia ꝓuexit. Post annū aūt regrediēs: ut que sibi remanserant pauperibus dispensaret: diuino nutu trechasine ciuitatis pōtifex fact⁹ est. Hic ciuitatē sua⁹ sua oratione ab hunoꝝ exercitu oēs galliaꝝ urbes deuastāte saluauit. Cum enim attile flagello⁹ dei hunoꝝ principi occurriſset: & pro patria intercederet: & principes ferox ciuitatē omnino delere ꝓponeret diuina uirtute tā ipe q; ois exercit⁹ cecitate ꝓcussi transierunt ꝓ ciuitatē a porta usq; ad portā neminē uidentes aut ledentes. Sicq; patria saluata ē. ¶ Hic mulierē palyticā sanauit. Puellā que demonis oppressione muta effecta fuerat: ne dū a demonio liberauit: sed etiā ei loquelā restituit. Aliaq; plurima miracula ꝓfecit. Et āno. 52. epat⁹ sui scitate pol lēs ad dñm migrauit. 4. cal. augu. Sepult⁹ in ecclesia sua.

¶ De scis flora & lucilla uirginib⁹ & sociis martyribus. CLVII.

Flora & lucilla uirgies cū sociis suis eugegio & aliis rōe mītium sub helio urbis ꝓfecto passe sūt. He cum essent sorores xpiane sā timoniales: & ex urbe roma ori unde ab eugenio barbaroꝝ rege capte sūt:

& in aphricam ducte. Quas cũ tyrãn⁹ uiola re uellet: dixerũt regi: se deum celi habere sue uirginitatis custodẽ: & corruptionis ulterem. Quod ille audiens timuit: easq; reuereri cepit: atq; quodã cubiculo inclusit ad hibitis ancillis ad ministerium eaꝝ: que ieiuniis & orationib⁹ intendebant. Rex uero cũ sepius ad bellum pdiret: earum se ofonib⁹ cõmendabat: & cõtinuo de hostibus victoriam reportabat. Omiaq; ipsi ad uotum pspere succedebant. Sicq; uiginti annis apud barbaꝝ permanentes: post ipm tempus diuinitus admoneñt ut romam redeant: & martyrium pcipiant. Quod cum regi retulissẽt ipse iam mente xpianus essẽt⁹ diuino spiritu tact⁹: uirgines deferere noluit: sed relicto regno una secum romã peruenit. Ipse autẽ ab helio pfecto cõprehense cum sacrificare nollẽt capite puniunt: cũ qb⁹ &. ✣ eugenius se christianum pfitens simul etiã decollat. Hoꝝ exemplo ✣ antonius ✣ theodorus ✣ dionysius ✣ apollonius ✣ capanus ✣ pius ✣ corseus ✣ chorigenes ✣ pacus ✣ saturnus ✣ victor ✣ & alii nouem: quorum noia mime repta sũt: se xpi cultores acclamãtes ab eodem pfecto gladio cesi martyrio coronantur: quorum omnium passio agitur. 4 calendas augusti.

¶ De sanctis abdon & senen mrib⁹. CLVIII

Abdon & senen martyres passi sũt rome sub decio cesare. Cum eni idem imperator babyloniam & quasdam persaꝝ puincias superasset: quosdam xpianos iuenit: quos omnes teneri fecit. Et pollochronium quidem epm in babylonia ciuitate interfecit: ut supra in eius passione dictũ est. 15. calen. martii: cuius corp⁹ duo subreguli persarũ scilicet abdon & senen christianissimi sepelierũt. Ceteros uero xpianos uidelicet parmenium: elimã: chrysotellũ pbyteros: & lucã: ac mutiũ diacones in cordulam ciuitatẽ persarum tractos martyrio coronauit: ut supra in eoꝝ passione dictũ est. 10. calẽ. maii: quorum etiã corpora pdicti sancti subreguli tumularunt. Quod cũ decius cognouisset: eos teneri fecit: & uinctos catenis atq; diuersis afflictos penis romã secũ adduxit. Eosdem quoq; in pspectu totius senatus psentari mãdauit presente ualeriano pfecto: ut aut sacrificarent: & rerum suaꝝ libertatẽ reciperent: aut seraꝝ morsibus interirent. Quos sacrificare ptemnẽtes tradidit ualeriano pfecto puniendos: qui eos ad amphitheatrum adduxit ante simulacrũ solis: eosq; ad sacrificia compellebat. Cõtemnẽtes aũt & in simulacrum expuentes: primo plũbatis diutius cedunt⁹: deinde in amphitheatrum itroducunt⁹: & ad eos duo leones & quatuor ursi dimittunt⁹: qui cũ sanctos nõ lederent: sed pedes eorum lingentes ipsos custodirent: iniectis in feras gladiis leones & ursi occisi sunt. Deinde abdon & senẽ iussu ualeriani gladio capite trũcati sunt: & ligatis pedibus tracti ante solis idolum dimissi sunt. Sed cum eorum corpora ibidem triduo iacuissent: quirinus quidã subdiaconus ea collegit: & in domo sua occulte sepeliuit: ubi latuerunt usq; ad tẽpora constantini: & tũc beati martyres se fidelib⁹ reuelauerunt. Sicq; corpora eoꝝ inde leuata sunt: & in cemiterio pontiani trãslata: passi sunt autem tertio calen. augusti.

¶ De sanctis maxima donatilla & secunda uirginibus & martyribus. CLIX

Maxima: donatilla: & secũda uirgines passe sunt apud aphricam in ciuitate taburbo lucernaria sub psecutiõe galieni imperatoris iudice anolino: qui scãs uirgies sorores maximã & donatillam cõprehensas ad ciuitatẽ taburbitanã duci iussit aceto & felle potatas omniq; eis cibo negato: Quas dum pertractas uidisset secunda uirgo: que erat in supioribus domus sue annoꝝ. xii. oibus pẽptis ipsas secuta ẽ. Sequẽti uero die anolin⁹ duas germanas sibi assistẽtes & xpm pfitẽtes iussit uerberib⁹ diu affligi: & calcem sup plagas pspgi atq; fricari: deinde ĩ equuleo extẽdi & torqueri. Et post hec cisdẽ statuã ad sacrificandũ offerri: in quã dũ ille cõspuissent: fecit eas iudex in craticula ad carbones ignitos sterni: & prunas sup eaꝝ capita adiici. Postmodũ uero in theatꝝ ad ludibriũ poni: & ab oib⁹ pculcari. Cui cũ nunciatum esset: q& secũda xpiana eis adhereret: oẽs tres insimul ferro uinctas anolin⁹ ad bestias in harena dãnauit: laxatusq; eis ursus ferocissimus⁹ uestigia eaꝝ lingebat: qd cernẽs iudex eas gladio cedi iussit: quaꝝ corpa xpiani sepelierũt ĩ urbe pfata. iii. cal. augu.

¶ De scõ santino pfessore. CLX

Antinus pfessor nobilis syracusanus de domo de madica fuit: cuius pr̃ santius cũ uxore nobili de lerino noie deodata: q̃uis gẽtiles eẽnt elemoynas tñ largas pauperibus tribuentes: cũ ple careret: deos pagan⁹: p̃ suscipienda sobole iugiter exorabat. Nocte aũ quadã pr̃ i somnis uidit se cũ piu ge corã deo pr̃e assistere ad iudiciũ uocatũ: & pp infidelitatẽ ad iſerna dãnari: sed xp̃s ĩterueniẽs & plagas deo pr̃i obiiciẽs, promittit illis filiũ nasciturꝝ & santinũ noiandũ: q; ano etatis sue. xii. pẽres ad fidẽ puerteret: & a gẽtilitate liberaret: & sic a sũmo iudice dãnati onis sententia reuocaẽ. Nato aũt puero crux niue candidior & in medio rubicunda carni eius sup cor impssa pspicitur: & iuxta uisũ

niuit. Et ſepultus ē ad ſcūm petrū. Et ceſſa
uit epiſcopat⁹ dies. viii.

¶ De ſcis theodora & filiis mrib⁹. XIIII.

Theodara cū tribus filiis ſuis ſub
diocletiano ipatore apud niceaꝫ
ciuitatē paſſa ē. Hec ex pudicia bi
thynie ciuis nicena cū apud ſiri
niū ꝑſecutionē fugiēs declinaſſꝫ
a paganis tēta: & diocletiano a macedōia re
deunti oblata ē. Qui ea tradidit leocadio co
miti ipatori ꝓmittēti: q ea aut idolis imolā
tem i uxore aſſumeret: aut crudeli morte pi
meret. Cū ãt comes ei⁹ ꝓsugiū peteret: theo
dora ei ſuadet: ut prio ad facultates ſuas ex
q̄rendas & obtinēdas pgat: & poſtmodū re
diēs ipſam aſſumat. Quod ille adiplere cu
rauit. Interea q; ſcā dei cum anaſtaſia xpiana
ſcis pauprib⁹ miniſtrabat. ¶ Reuerſus aūt
comes cū eā expeteret: illaq; ei ꝓſentire nol
lentem uellet: ipſam uictā ferro cū trib⁹ fi
liis ad ꝓſularē bithynie deſtinauit. Qui filiū
ei⁹ primogenitū noie ✝ enodiū xpm ꝓfitētē
ſuſtib⁹ cedi iuſſit: mater uero aſſiſtēs illum
hortabat ad palmā. Poſt hec tradita ē hyr
taco lenoni: ut eā pri⁹ illuſam iter publicas
ſtitueret meretrices. Et dū ipſā leno trahe
re uellet appuit iuuenis q eū i uultu pcuſſit
ſanguiq; de narib⁹ ei⁹ ſtillare cepit. Tūc cō
ſulariſ bec uidēs ipſā cū trib⁹ filiis igne cō
ſumi fecit. Qui paſſi ſūt. 4. noñ. auguſti.

¶ De inuentione corpoꝝ ſanctorum ſtepha
ni ꝓmartyris & ſocioꝝ. XV.

Nuentio corpoꝝ ſcōꝝ ſtephani
ꝓmartyris: nicodemi: gamalie
lis: & abibon ano dñi. 415. anno
uidelicet. 7. honorii ipatoris ſa
cta ē. Quoꝝ reuelatio facta ē preſ
bytero luciano eccleſie gaphargamala: que
eſt i territorio hieroſolymitano. Dum eni in
ſtrato ſuo quieſceret: & pene uigilarer i baſi
lica baptiſterii feria. vi. illuceſcēte i exceſſu
mētis raptus: uidit uiꝝ ſene ſtatura proce
uultu decoꝝ plixa barba: pallio candido a
mictū: cui gemule auree & cruces erāt con
texte calciatū caligis i ſupiciē deauratis: q
māu uirgā aureā tenēs: de q eū tetigit: & ter
tio ex nomie uocauit: ſuſtiq; ut ſūma diligē
tia ſuū & ſocioꝝ tumulū pateſaceret: q ide
center i deſpecto loco ſepulti eēnt. Mādauit
q; ut ioāni hieroſolymitano epo diceret: ut
ipſoꝝ corpa i honorabili loco repōeret: qa
cū ſiccitas & tribulatio orbē cōcuteret: eoꝝ
ſuffragiis deus mūdo ppiciari decreuiſſet.
Cūq; lucian⁹ eū interrogaſſet quis eēt: & qui
illi forēt quos ſecū facere diceret: dixit ſe eē
gamalielē q paulū ap̄m enutriuit: & ad pe
des ſuos legē pdocuit. Qui aūt ſecum face
bant prim⁹ erat ſtephan⁹ ꝓmartyr: qui a
judeis lapidatus extra ciuitatē ꝓiectus fue
rat: auibus & feris deuorādus: cui⁹ corpus
ipſe collegerat & i ſuo tumulo ſepeliuerat.
Alius aūt erat nicodemus nepos ſuus q no
cte ad ieſum uenit: & a petro & ioāne baptiſ
ma ſuſcepit: q a judeis oi ſubſtātia ſpoliat⁹
& uſq; ad ſeminecē ceſus ab ipſo gamalielē
collectus & refectus fuerat. Cui⁹ & corpus
ex ipſis nerberib⁹ moriētis: ipſe i eodem ſe
pulchro locauerat. Tertius uero erat abibō
filius ſuus: q āno etatis ſue. xx. una ſecū ba
ptiſma ſuſcepit: & i uirginitate ꝑſeuerās in
maxima iuuētute i pace dormiuit: uxor ue
ro ipſius gamalielis artea & primogenitus
eius ſelemias: q fide xpi noluerūt ſuſcipere
nequaq; ſcōꝝ ſepultura digni fuere: ſ alibi

depositi fuerant: quoꝝ tamē sepulchra inania & uacua erant. Hoc dicto sanctꝰ gamaliel disparuit. Lucianus uero euigilans dñm exorauit: ut si hec uisio in ueritate fieret: eidem secūdo ac tertio appareret. ¶ In sequēti uero sexta feria eidem sicut prius appuit: & cur ea: que ei iusserat: neglexisset: Lucianū interrogauit: & ad uisionis certitudinem ex his que ei dixerat: similitudinem obtulit: singulosq; loculos & reliquias docuit: dicens q; in possessione ipsius gamalielis inuenirent: que ligua syra dicit delagabria siue debatralia: ostenditq; ei gamaliel tres calathos aureos: quorum unus plenus erat rosis rubeis: alii duo rosis candidis: qnartum etiā calathū argenteū croco plenum. Dixit q; calathos esse sanctoꝝ singuloꝝ loculos. Nam calathꝰ rosis rubeis plenus: erat loculus sci stephani: qui solus ex illis martyrio meruit coronari. Alii duo rosis albis referti gamalielis & nicodemi erāt loculi: q syncero corde in pfessione perseuerauerant xpi Quartus uero argenteus croco plenus erat abibon filii suf loculus: qui candore uirginitatis floruit: & mundꝰ de mūdo exiuit. Hiisq; dictis itēꝝ disparuit. ¶ In tertia uero sexta feria sequētis hebdomade eidem itēꝝ iratus appuit: & de dilatiōe & negligētia ipm grauiter increpauit. Cōcitus igit lucianꝰ hierosolymā adiit: & ioāni epo cuncta p ordinem enarrauit: qui cōuocatis eustonio sebastēn: & eleutherio hiericontin epis ad locum dest gnatum accessit: & i quodam aceruo lapidū fodi iussit. Eademq; nocte sanctꝰ gamaliel puisum cuidam migetio monacho apparuit: dicens q; i uanū in illo loco foderent: qa ibi corpora nō essent: sed ea regrerent in loco illo: qui dr uiroꝝ bonoꝝ possessio: qui cū uita ioāni epo & luciano pbytero retulissent: & locū designatū ostendissent: ad locū ipsum oēs accesserunt. ibiq; fodere ceperūt. Tūcq; subito terra cōcutitur: & odor suauissimus sentitur: ad cuius fragrantiā. 75. hoies a diuersis infirmitatib⁹ liberant. Sicq; sanctoꝝ corpora prout ostensa fuerant inuenerunt: & ea i sanctam ecclesiā syon: ubi quondam ipse stephanus archidiacon⁹ fuerat: detulerunt: & ibidem honorifice cōdiderunt. Hec aūt inuentio facta est ea die: qua sci stephani passio celebratur: uidelicet. 7. calē. ianuar. & eius passio hac die fuisse creditꝰ. s. iii. nōn augusti. Quare aūt festa ab ecclesia mutata sunt: supiꝰ in alio eiꝰ festo dictū est: uidelicet 7. calē. ianuarii. ¶ Corpus autem beati stephani pcessu tēporis hoc modo ꝓstantinopoli translatuꝫ est: ut ait augustinꝰ. Alexander quidā senator cū uxore iuliana hierusalem adiit: & ptomartyri stephano pulcherrimū oratoriū ꝓstruxit: ac locutum argenteum obtulit: & post eius obitum iuxta corpus martyris ex summa deuotione i simili argenteo loculo se sepeliri fecit. Euolutis igitur septē annis cum uxor repatriare uellet: corpꝰ uiri secū deferendū ab epo postulauit. Qui precibꝰ eius annuens loculos ac genteos ptulit: dicens q; ex illis nō nouerat loculum uiri sui: at illa se illud nosce asserens: dū corpus uiri putat accipere: calu p tomartyris corpus accepit. Cū aūt nauem cum corpe ascendisset: hymni angelici resonant: & suauissimus odor effragrat. Demones clamant: corpꝰ stephani se exurere: seuā q; tempestatē excitāt. Sed nautis naufragiū formidantibus stephanus inuocatur: ipsoq; eis apparente subito tēpestas sedatur. Tunc princeps demonū demones quoꝝ misit: ut nauem incenderent: quos statim angelus dñi cunctis uidentib⁹ in profundū demersit. Et cū chalcedoniam uenissent: demones ululabant: q; stephanus illuc adductꝰ eos incēdebat. Constantinopolim igitur incolumes p uenerunt: & corpus ibidem reuerenter deposuerunt. Hec augustinus.

¶ De sanctis gamaliele & abibon confessoribus. XVI

Gamaliel pfessor honorabilis legis doctor: & occultus xpi discipulus: & apli pauli i lege moysi didascalꝰ cū abibō filio suo ānorum. 20. ab apostolis sactis post ascensionem domini sacrum baptisma suscepit. Et ipsorum apostoloꝝ predicantium in scilio phariseoꝝ caute defensor fuit: sicut legitur act. 5. cap. Qui corpora stephani ptomartyris & nicodemi discipuli in sua possessione. xxii. miliario a hierosolyma distante necnon in pprio tumulo sepeliuit. Et cū eodem filio suo: qui in uirginitate iugiter perseuerauit: omnibus diebus uite sue deo seruire studuit. Qui post opera laudabilia tēporibus apostolorum i xpo quieuerunt: & iuxta corpora sanctoꝝ stephāi & nicodemi in eodem sepulchro recōditi fuerunt.

¶ De sancto stephano anachorita. XVII

Stephanus anachorita i parte locorum mareotidis per annos sexaginta deguit: qui tantum in discernēda reꝝ ambiguitate iudicium habuit: ut nullus ad euꝫ quacunq; causa ueniret: qui post eiꝰ sermonem tristis abscederet. Hic licet in uerendis nature sūma egritudine laboraret: funes tñ fugiter de foliis palmaꝝ texēs: nec ab opemanuū aliqñ desistebat: nec sermones aliis exhortatorium intermittebat: ceteras uero corpis partes medico ferro patiēter pbebat. Tanta enī erat patiētia pdotatꝰ: ut mēte celestibus occupatꝰ a dolore corpis quodāmō

fieret alienus: adeo ut genitalibus exclis nihil omnino sentire uideretur. Quieuit in xpo.5.non.augusti.Hec heraclides.

¶De scō iustino ꝓsbytero & mrē. XVIII.

IVstinus presbyter & martyr rōe passus est sub decio imperatore. Hic̄a beato sixto papa.2.presbyter ordinat⁹: ei⁹ scitatis imitator effectus ē. Ad hunc beatus laurē rius martyr uenit i uicum patricii latentem i crypta nepotiana:ut thesauros a beato sixto sibi cōmendatos pauperib⁹ erogaret: ut infra dicet in passione ipsius.4. idus augu. Inuenit⁹q; cum eo.lxiii.xpianos:quoꝝ singulis ipse beatus laurentius cum iustino presbytero pedes lauit:& pacis osculum cū eleemosyna tribuit. Hic scūs presbyter postq̄ beatoꝝ sixti pape & sociorum & laurentii archidiaconi ac hippolyti:& omnis eius familie:aliorumq; plurium martyrum corpora: sepulture cōmendauit: euoluto anno & ipse sub persecutione decii galieni & uolusiani confessionis gloria insignis martyriū capitis obtruncatione ꝓmeruit. Sepultus rome uia tyburtina iuxta corp⁹ beati laurentii i agro uerano pridie non.augusti.

¶De scō aristarcho discipulo. XIX

ARistarchus discipulus beati pauli apostoli:un⁹ ex.72. discipulis xpi fuit. De quo ad col.4.cap.& act.20.mētio spalis habet. Qui comes indiuiduus pauli & pcaptiuus in uinculis rome fuit: & cum eo usq; ad finē eius perseuerauit. Sed post passionē pauli:quia ab eo episcopus thessalonicēsiu⁹ ꝓstitutus fuerat:uel ut abbas Dorotheus ponit:eps apamie post lōgos agones a xpo coronatus fuit. Quieuit in pace pridie nonas augusti.

¶De scō tertulino martyre. XX.

TErtulinus martyr rome passus est sub ualeriano imperatore. Hic cum esset procurator reꝝ olympii tribuni. Qui pro xpi nomine passus fuerat: ut supra in eius & sociorum passione gestum est.vi.cal.augusti: & licet adhuc gentilis tamen tormenta que xpianis inferebantur abhorreret:corpora sanctorum boni ꝓsbyteri & sociorum sepeliuit:ut dictum est in eorum passione supra cal.augusti.Et dehinc ueniens ad scūm stephanum papam ab eodem fidei rudimēta ac baptisma suscepit: atq; presbyter ordinatus fuit. Quem imperator ualerianus teneri fecit: ut sacrifactes olympii ꝑderet:& diis sacrificaret. Qui cum diuitias dñi sui diceret in celis per manus seruorum xpi sublatas:& deos gentium uti demonia confutaret. Iussu cesaris extenditur:& fustibus diutius ceditur. Ignisq; quoq; latēribus eius subter ponitur. Deinde prefecto sapritio examinandus tradit. Qui tertulinū ante suū tribunal adductū:cū ab eo nec facultates olympii exigere: nec ipm ad sacrificia cogere posset: iussit in equuleo extendi & neruis diutius contorqueri. Deinde ignibus concremari. Et cum nunciatum esset ualeriano: ipsum nec oīa constanter pertulisse:data ab eo sīa de equuleo depositus est:& uia latina miliario .so. ab urbe ductus atq; ibidem decollatus. Cuius corpus ibidē a fidelibus in crypta hareneria sepultus est. pridie non.augusti.

¶De festo niuis sancte marie uirginis. XXI.

FEstum sancte marie ad niues ab ecclesia celebrari institutū ē:nonis augusti propter miraculum qd rome apparuit:ꝓpter qd ecclesia scē marie maioris in honorem dei genitricis edificata ē tpe liberii pape. Cum enī usq; ad illud tpus nulla ītra urbis ambitū i honorē btē uirgis fuisset ecclesia fabricata. Accidit ut quidā ioānes patricius rome morib⁹ & nobilitate preclarus di uitiis & possessionib⁹ abundaret. Qui duꝝ filium minime procreasset:qui tot diuitiarum heres fieret:ad beatam genitricem dei mariā una cū coniuge sua ſpalem deuotionē elegerunt. Rogantes ipam assidue: ut eis uel filiū heredē ꝑcederet uel eos de aliquo ei grato: in quo facultates suas possent impendere iformaret. ¶Mense itaq; augusti.v.uidelicet ipi⁹ mēsis die:quo tpe homines solis aduſtionibus magis decoquuntur:uolens beata uirgo in monte qui superagius dicitur sibi ecclesiam edificari:aerem repente contra naturam fecit immutari:& copiosa niue miraculose cadente locum illum ipsius montis tantum insudit in illo uidelicet ambitu:in quo fuerat ecclesia construenda. Eadem̄q; nocte beata uirgo liberio pape apparuit: sēq; dei genitricē esse dixit:omniaq; ei gesta narrauit:atq; mandauit:ut mane cum uniuerso clero & populo ad predictum montem accederet:& intra niuis ambitum sibi ecclesiam fabricaret. Quam de facultatibus ioannis patricii construi uolebat:& iccirco eidē similem uisionem ostenderat. ¶ Eadem hora apparuit ioanni & uxori sue beata uirgo maria:dicens orationes eorum exaudisse:& seipsam sibi succetricem bonorum suorum a domino impetrasse. Precepit igitur ut in predicto monte in loco uidelicet quem tantum nix operuerat de consilio pape liberii ecclesiam suo nomini fabricarent: & largiflue dotarent. Mane autem facto ioannes ad papam accessit: eique uisionem narrauit: atque ab eo similia percepit. Et con-

nocato clero & uniuerso populo ad mon?
tem superagium accesserunt : & niuem loci
ambitum miraculose repleuisse inuenerũt:
ubi de mandato pape ioannes ecclesiam i no-
mine dei genitricis erexit:ipsamq; sacte ma-
rie maioris nominauit:& de suis facultatib?
largissime dotauit:quam & liberius pontifex
consecrauit : Vbi de capillis & uestimento
ipsius alme uirginis:& corp? beati matthie
apostoli:ac glorioſi doctoris hieronymi re
quiescunt.

¶De sancto dominico confessore ordinis
predicatorum. XXII

DOminicus ordinis predicatorũ
dux & fundator inclytus ex hi-
spanie partibus: uilla que dicit
calaroga exomeñ diocesis pre
felice matre ioanna origine? du
xit:cuius mater ante ipsius ortũ uidit i ſom-
nis se catulum gestantem in utero ardentẽ-
tem in ore faculam baiulãtem:qui natus to-
tam mundi fabricam incendebat. ¶Cuidam
matrone: que ipsum ex sacro fonte leuaue-
rat:uidebatur:q; puer dominicus ſtellã ha-
beret in fronte : que totum orbem illustra-
bat. ¶Dum adhuc esset puerulus: a nutrice
sepe deprehensus est lectum dimittere:& su
per terram iacere :quaſi iam carnis delitias
abhorreret. ¶Missus deinde palẽtiam amo
re sapientie adiiscende uinum per decennio?
non gustauit:ubi cum fames esset ualida:li-
bros cum omni supellectili uendidit: & pre
cium pauperibus erogauit. Ab epo quoq;
exomeñi in sua ecclesia canonic? regularis
efficitur:& a canonicis supprior odinat : q
lectioni & orationi iugiter uacabat: assidue
deum exorans : ut gratiam sibi infunderet:
qua se totum aliquando saluti proximoru?
impenderet . Pergens autem cum episcopo
tolosam:hospitẽ suũ heretica prauitate cor-
ruptu? ad fidei ueritatem reduxit. ¶Cui die
quadã aduersus hereticos pdicaſſet: aucto-
ritates suas in scriptis redegit:& cuidam he
retico schedulam ad deliberãdum tradidit:
qui sociis sero ad ignem congregatis sche-
dulam produxit. Ipſi uero omnes ad inuicẽ
condixerunt: ut schedula in ignem proiice-
retur:ut sic ex eius combustione uel conser
uatione:fides eorum uera uel falſa probare
tur. Que tribus uicibus in flammas iniecta
tertio de igne prosiliuit illeſa . Heretici ta-
men in sua duritia permanentes : sibi uici-
ſim super miraculo silentium imposuerunt.
Quod tamen nutu dei ab astante milite ca-
tholico reuelatum est. Episcopo uero exo-
meñi defuncto ceteris recedentibus:Domi-
nicus cum paucis ibidem permanſit:& uer-
bum dei instanter predicans : multa ab e-
mulis opprobria & persecutiones pertu-
lit : quas omnes diuina gratia superauit.
¶Reperiens quendã qui ex pauptate hereti
cis adheserat:decreuit seipm uendere:ut sic
illius inopie subueniret : & illum ab errore
subtraheret:quod & fecisset:niſi eius inopie
diuina gra puidiſſet. ¶Alias etiã mulieri:q;
filium a saracenis captum deflebat:se uendẽ
dũ pro ei? redẽptione obtulit:sed mulier no
acquieuit. ¶Post hec cepit de iſtitutiõe or-
dinis cogitare:cuius officiũ eẽt per mundũ
discurrere: & fidem ab hereticis defensare.
Qui postq; decẽ ãnis tolose permanſerat:ad
ꝑcilium generale : quod rome celebrabat:
cũ fulcone epo suo adiit: & ab innocẽtio ter
tio papa ordiné predicatoꝝ instituendu? &
ꝓbrmandũ postulauit . Cũq; in hoc se papa
difficilẽ exhiberet:nocte quadã uidit in ſom
nis lateranẽsem ecclesiam ruinã minantem:
& dominicũ humeris suppositis casturã illã
fabricam substentantẽ. Qui exigilans & uiſi
onem intelligens petitionem uiri dominici
acceptauit: & ut sibi approbatam aliquam
regulam eligeret mandauit. Dominic? ergo
cum.xxv.fratribus regulam augustini do-
ctoris & predicatoris assumpſerũt:& sic or
dinem incoharunt. Confirmationem uero i-
nocentio iã defuncto ab honorio.3.eius suc
cessore obtinuerunt anno dñi.1216. ¶Dum
ergo rome in ecclesia ſci petri,pro dilatione
ordinis exoraret:apostolorum principes ei
dem apparuerunt:quorum petrus baculu?
paulus librum ei tradiderũt: atq; ad predi
candũ miserũt:qui fratres innumeros sui or
dinis mox aspexit per mundũ discurrentes
& uerbum domini predicantes. ¶Quidam
frater minor uidit in spiritu xp̃m in aere exi
stentem:& tres lanceas cõtra mundũ uibran
tem:seq; illis omnes homines uelle perime
re protestantem:cui occurrens beata uirgo
orauit:ut modicum subsisteret: cum duos
strenuos pugiles haberet: qui ad mundũ cõ
uertendum sufficientes essent . Obtulitq; fi
lio beatos dominicum & francisicum : quos
ambos christus approbauit: & ut mater il
los ad mundum predicandum mitteret: im-
perauit. ¶Existente eo bononie quidam cõ
uersus frater a diabolo arripitur:& a fratre
rainerio dominico presentatur. Adiuratusq;
spiritus dixit in eum introisse:cum die pre-
cedenti sine licentia & absq; signo crucis in
ciuitate bibisset. Sed cum signum ad matuti
num pulsaretur:demon se amplius stare ibi
de? nõ posse dixit:quia capuciati surgebãt.
Et sic orante sancto exire ꝑpulsus est. ¶Cũ
in partibus tolose libri eius in flumine sine
ꝓbatorio cecidissent:post dies duos a pisca
tore in rete inueniũtur:adeo omni aque hu-
more illesi acsi fuissent i armario custoditi.
¶Veniens ad quendam locum nocte cum

fratres iquietare nollet dormiētes oratiōē fudit:& clauſis ianuis cum ſocio introiuit. ¶ Alias etiā exñs cum quodā cōuerſo ordinis ciſtertiēſ:cum ſero ad eccleſiā uenifſent eamq; clauſam reppiſſet:oratiōe ſuſa ſe ſtra eccleſiā ſubito inuenerūt:& nocte in oratione duxerūt. ¶ Scholaris qdā lubricus cum ipſius celebrātis manum deoſculatus eſſet: maximā inde fragrātiā ſenſit:moxq; ieo ois carnalis eſtus refriguit. ¶ Quidā magiſter ſcia & fama preclarus tolose in theologia legens:quodā mane uidit i ſomnis. 7. ſibi ſtellas lucidas preſētari:que eo de nouo xenio admirante totū mūdū illuſtrare uidebant. Et ecce dum ſcholas ſtraſſet: beatus dñicus cum ſex ex ſuis fratrib⁹ magīm adeūt:& ut eos i ſuos auditores ſuſcipet humiliter depoſcunt. Qui uiſionē recolens illos eſſe ſtellas quas uiderat itellexit:eoſq; gratiſſime recepit. ¶ Exiſtēte rome beato dñico:quidam magiſter rhegynald⁹ ſci auiani aurelianē de canus cū ordinē ingredi ꝓpoſuiſſet: & hoc uiro dei indicaſſet:ſubito ad mortē infirmatus eſt: pro quo dñicus beatā uirginem cui ſpecialiter curam ordinis cōmiſerat exoratuit. ¶ Regina ergo miſericordie cū duabus uirginibus rhegynaldo i extremis laborāti nocte appuit:& unctione mirifica ipm p ſingulas corporis pres iunxit:formaſq; uerborum ad ſingulas unctiones ptulit ac die tertia ipm plene ſanādum promiſit:eiq; habitū predicatoꝝ ordinis demonſtrauit. Quam ut ſtonem cū per oia ſimiliter uir dei ꝓpexiſſet:mane ad rhegynaldū acceſſit:& ipſum ſanatum reppit nedū ab eſtu febris ſed etiam a ꝑcupiſcentia carnis. Aquo ſeriem uiſiōis audiuit: & habitū a uirgine demonſtratū aſſūpſit. Nā ātea fratres ſuperpelliceis utebāt. Rhegynaldus ergo ſanatus ordinē introiuit & miſſus bononiā officium predicatiōis ferueter pegit. ¶ Iuuenis quidā nepos domini ſtephani cardinalis de foſſa noua cū equo i foueam precipitio lapſus: inde mortuus é eductus:qué beatus dñicus oratione ſuſa cū lachrymis ptinuo ſuſcitauit. ¶ In eccleſia ſācti ſixti architectus quidā cecidit diuq; ſub cumulo cadentis macerie iacēs expiranit. Cuius cadauer ad ſe delatū:uir dñi orationum ſuffragio a mortuis excitauit. ¶ In ea dem eccleſia apud urbē cum fres. 40. manerent:& panis ei quadā uice deficeret: modicum panē reptum per bucellas fribus diſcūbentibus diuiſit. Et ecce duo iuuenes forma & habitu decori refectoriū ſtrauerunt:palliaq; plena panib⁹ detulerunt: quibus uiro dei cunctis uidentib⁹ ſilenter oblatis ſubito diſceſſerūt. ¶ In itinere poſitus cum grauis pluuie iundatio fieret:a ſe & ſocio imbrem adeo ſigno crucis reppulit: ꝙ circa eos ad ſpatiū triu; cubitoꝝ nec aque uel unica gutta deſcendit. ¶ Conſtitutus in itinere cū quodam uiro religioſo: ꝙerſationis domeſtico ſed loquela alieno:dolēs ꝙ diuinis eloquiis ſe mutuo refouere non poſſent:impetrauit a dño ut alter alteri⁹ lingua loqueref:& ſic p triduum uerba alterutrius idiomate uarian tes mutuis ſe collationib⁹ ꝑfortarunt. ¶ Hominē quendā pluribus uexatū demoniis ſtolam collo ipſius imponens fugatis imundis ſpiritib⁹ liberauit. ¶ In partibus tolofanis ex pluribus puictis hereticis & incendio dānatis unum reſeruari fecit: quem ſpiritu ꝓphetico futuꝝ ffrem & egregium predicatorem preuidit atq; predixit: & ut predixerat ſic euenit. Nam & ſpm prophetie ipm habuiſſe multoꝝ que predixit euentus probauit. ¶ Apud ſcām ſixtum in urbe fratrib⁹ ad capitulū ꝑuocatis oib⁹ prenunciauit. 4. ex fratribus i breui: duos uidelicet in corpore & duos in aia morituros: Et poſt modicū duo ad dñm migrauerūt & duo ex ordine receſſerunt. ¶ Exiſtens bononie in uigilia aſſumptionis dñe: priori monaſterii ſalemaris ordinis ciſtertiēſ ſibi amiciſſimo exigente materia familiariter reuelauit: ꝙ nunq; a dño a liquid poſtulaſſet:qđ iuxta uotum non obtiuiſſet. Cui cum prior ille diceret: ut a domino impetraret ꝙ magiſter cōradus teutonicus ordinem aſſumeret:qđ fratres ſummo deſiderio affectabant:finito completorio cū ctiſq; diſcedentibus fratribus: ſolus ipſe in eccleſia manſit:& in ordine more ſolito per noctauit. Conuenientibus ergo fratribus ad primam:cum cātor hymnum: iam lucis.ſce piſſet:ecce noue lucis nouum ſidus futurus magiſter conradus aduenit:& ad pedes uiri domini ſe proſternenſ habitu; ut petiit per ſeueranter accepit. ¶ Frequenter dum corpus domini leuaretur in tanto mentis rapiebatur exceſſu acſi ibidem chriſtum incarnatum uideret. Mira uero penitētia corpus affligebat: & nocibus orationi intentus dies predicationibus impendebat. ¶ Tandem ap propinquante peregrinationis termino apd bononiam grauiter infirmatus: uidit iuuenem pulcherrimum ſe ad celi gaudia inuitātem. Conuocatis igitur duodecim ex fratribus conuentus bononie teſtamentum condidit:& que poſſederat eis iure hereditatis dimiſit:charitatem ſcilicet humilitatem ac uoluntariam paupertatem:prohibens omnino ne quis in ordine ſuo poſſeſſiones induceret temporales: maledictionem dei & ſuaꝝ impcans ei:qui ordinem illum quem paupertatis precipue decorat ꝑfeſſio:terrenaꝝ diuitiaꝝ puluere ꝑpſperit maculare. Frib⁹ quoq; deceſſum ſuum egre ferentibus eos dulciter conſolatus eſt:promittēs ꝙ utiliorē ipm

forent post obitū habituri. Sicq; ad extrema deueniens anno dñi. 1221. nonis auguſti obdormiuit in dño: ſepultus interra i ꝓuntu bononiē. ¶ Eadē hora frater guale prior conuentus brixiē & poſtmodū ipſi⁹ ciuitatis epūs: uidit in ſōnis celū apertū: & duas ſcalas candidas ad terrā demitti: quaꝝ ſūmitas xp̄s cū matre tenebant: & angeli p eas aſcendebant: in medio aūt frater ordinis i ſede poſita reſidebat: quē ieſus & mater ſurſum cuꝫ ſcalis trahebāt: donec ipſo in celum eleuato aptura celi clauſa eſt. Qui diē & horā notās ueniens bononiā inuenit ſanctū eodē tēpore a corpore migraſſe. ¶ Eadē hora frater rhaposit⁹ apud tybū cū miſſam celebraret: & in canone patrē dñicum more ſolito cōmen dare uelle⁹: in extaſi rapt⁹ uidit ſanctū dñicum corona aurea & imenſo lumie adornatum: duob⁹ reuerendis uiris comitatū extra bononiā ꝓcedentē: q diē & horā ſimiliter notauit: tūcq; uigi dei i pace quieſſe cognouit. ¶ Cum aūt corp⁹ eius ſub terra multo tpe iacuiſſet: miraculis creſcentib⁹ & fama a fratribus i eminentioꝛē locū translatū ē: quod tam mira fragrantia redolebat: ut tota q̄ſi ciuitatē repleret: & cunctoꝝ aromatū odoreꝫ ſuparet: que tranſlatio facta eſt. 9. calē. iunii Quieſcit; ibidem ſanctum corpus inſignibus miraculis pollens.

¶ De ſcō oſualdo rege & martyre. XXIII

Sualdꝰ rex bernicioꝝ & martyr ut ſcribit beda. 5. libro prio ca. ſucceſſit fratri ſuo eanfrido: qui fuerat xp̄ianus ſed apoſtatans a rege britonū cedualdo in bello fuerat interfect⁹. Poſt cuius occiſionē oſual dus cū puo exercitu fide xp̄i munitus ſuper uenit: & ſuos in xp̄i noie exhortans crucē ligneā terre affixit: & ante ipam cum exercitu procidentes: & xp̄m in ſui adiutoriū inuocā tes de hoſtibus uiriliter triūpharunt. Inteſtimonium ergo miraculi & ſāctitatis oſual dis de ipſa cruce lignea fruſta ꝓciduñ: & in aquā mittunt: cuius aque potus ſanitatē cuiuſcūq; egritudinis preſtat hominibus ac iumentis. ¶ Oſualdus igit̄ percepta victoria regnoꝝ ſuſcepto in fide xp̄i aiatus ad gentē ſcotoꝝ: inſule miſit: in qua dudū fuerat delegatus: ut ſibi catholicū aliquē epm mitterēt: qui gentem ſuam fide xp̄iana imbueret. Miſſuſq; eſt epūs hadrianus cuius ꝓdicatione regiſq; fauore atq; ſuaſu gens bernicioꝝ xp̄i fidem ſuſcepit. Rex eni epō linguā ignorāti ſemp aſtitit: eiuſq; interpres ad populum fuit. Tūc cepit rex eccleſias ꝑtruere: & pauperib⁹ largiſſue miſtrare. ¶ Quodā die paſche poſita meſa & diſco argenteo cū regalibus uaſis: nunciatum eſt ei infinitā paupeꝝ multitudinē pre foris⁹ aſſiſtere elemoſynas poſtulantes: qui tedū oēs eſcas ad prandiū paratas eis largiri fecit: ueꝝ etiā diſcū argenteum cū uaſis oibus p fruſta ꝓciſa eiſdē impartiri mādauit. Quo pietatis ope uiſo epūs manū utrāq; tangens dixit. Nunq̄ putreſcāt he manus: quod & euenit: nam & rege interfecto: ut dicef: manus cū brachiis a cetero corpore ꝓciſe uſq; in ꝑſens incorrupte pmanent. Hic rex ſcūs inter berbenoꝝ & dorico rū ꝓuincias dudā ab inuicē diſcordes pacē ꝓcurauit: & ad finē optatuꝫ ꝓduxit. Totūq; regnū britānie primus acquiſiuit: & obtinuit: cuius ꝓtem ſoluīo eius deceſſores poſſiderant: ipm autē felici regimie gubernauit. Poſtq̄ autē. 9. anis regnaſſet ꝑa paganorū exercitum gentiliq; regem mercioꝝ ꝑ fide dimicans ac regni ſalute in bello martyr occiſus eſt ano etatis ſue. 38. noñ augu. In quo loco oīs quoq; cūq; languentiū hominū uel animaliū egritudines ſanant. Puluis quoq; d loco ubi interfect⁹ fuerat aſſumpt⁹ quocūq; delarus: & in potum lāguentib⁹ datus: eādē obtinet gratiam ſanitatū. Sepultuſq; eſt i ciuitate regia nomine beba miraculis inſignis. Manus autem cum brachiis per ſe i uale ante genteo poſite oīno incorrupte ſeruant.

¶ De ſcō emigdio epō & martyre. XXIIII

Migdius epūs de ꝓuincia francie auſtrali: que dr̄ germania: cum eēt adhuc preſbyter inde egreſſus eſt cū. 12. fratrib⁹ ſuis tribuſq; diſcipulis. i. euplo germanio & ualentino tpe quo rex polymnius gētilis in ciuitate eſculana xp̄ianos ꝓſequebat: uenit: q; romā multa miracula feciendo. Quod audiens cec⁹ quidā aſſumpto ductore uenit eū regrendo: ut ab ipſo illuminaret: cui in uia adiunct⁹ eſt miles habēs filiā fluxum ſāguinis ꝙnquēnio patientē: qui cū ſāctū emīgdium inueniſſent: cecū quidē preſentē illuminauit: filiā uero militis abſentē: dū ꝑ illa oraſſet: a ꝑſuuio liberauit: ipſoſq; oēs cum ꝛ50. hominibus ꝑmiſcui ſex⁹ baptizauit. Sed poſtq̄ idolū aſclepii ſigno crucis cōminuit: facer dotem ei⁹ puertit cū. 1050. uiris & aliis paruulis & mulierib⁹ multis. Quod audiēs urbis preſect⁹ querebat emigdiū occidēdū: ueniens quoq; ad marcellū papam ab eodē epūs eſculan ciuitatis ordinat: & ad ꝑdicādū illuc deſtinat. Ipſe aūt miracula multa oſtendens uenit eſculū: ſecutus a multitudine fideliū. In cui⁹ ingreſſu demōes ſe incendi clamabāt. Qua ꝑpter ad eū uenientes egri nūero. 150. q ab eoꝝ diis curari nō poterāt: ꝓpter ꝓpto ab eo ſacro baptiſmate oēs a diuerſis lāgorib⁹ ſanati ſūt: uñ & ꝑp hec miracula populi tēpla. xii. euerterūt: idola q; igni tradiderūt: ueꝝ cū ſcūs oratione ad deū fudiſſet: mox ſcō terremotu cetera phana idoloꝝ nu

mero. 22. subito corruerũt: multiq; ad xp̃m uiſis tot miraculis ꝓuerſi ſunt: & i ipſo oppido tres eccleſias ꝓſtruxerũt. Cũ autẽ a rege quereret perſecutionẽ fugiẽs ad urbẽ picenam uenit ſuſcepta matrona xp̃iana: ubi de merſo in fluuiũ ſimulacro phanoq; oratiõe deſtructo multos ad xp̃m ꝓuertit. ¶ Tandẽ rex polymnius ipſm detinuit: & hortabatur ut diis ſmolaret: ꝓmittẽs ei ſe filiã ſuam i cõiugẽ datuꝝ. Quãq; ei tradidit ut ipſm ad ſacrificia ꝓuocaret. Emigdius uero puellã ſe tẽtãrem ad xp̃s ſua predicatiõe ꝓuertit: aquãq; de ſaxo ꝓducẽs ipſam ꝓtinuo baptizauit. Alios quoq; plures quos a diuerſis primus langoribꝰ ſanos effecerat: eadẽ unda ꝓfudit. Quod rex audiẽs ipm i eodẽ loco iuxta flumẽ rheõti decollari precepit. Sed anteq̃ decollaret dicitur oraſſe: ut in ciuitate eſculo nullus aliquãdo eſſet leproſus uel demoniacus: & q̃ nullus exercitus ipſam urbẽ ultra 9. dies obſidere poſſet aut ibi perſeuerare. decollatus quoq; caput ſuum in byrrho ſuſcepit: & trecẽtis paſſibus pambulauit uſq; ad montem cenobitaꝝ: q mons ſe mirabiliter apuit: & corpus cũ capite ita ſe recepit ſeq; ꝓtinuo recluſit: ubi uſq; in pñs quieſcit: Sanguis aũt ipſius a xp̃iana quadã colleꝯ: eſculi reſeruatur i eccleſia ſua. Qui paſſus ē noñ. auguſti.

¶ De ſcõ menio epõ & pſſore. XXV.

MEnius catalanẽ epꝰ nobilis rõanus a ſcõ petro apoſtolo in epm ꝓfectus: cũ ſcõ dionyſio & aliis epꝭs ad gallias ꝑdicatiõis gr̃a directus ē: adiunctõ ipſi ſubdiacono maximiano. Sed cũ. xviii. miliario ab urbe elongati forent: ſubdiaconus mortuus eſt. Menius uero ad petrum rediit: & ſocius defunctũ nunciauit. Accepta quoq; ab apoſtolo de ſimbria ueſtimẽti eius particula: reuerſus cadauer adhuc ihumatũ tetigit: & cõtinuo mortuus reſurrexit. Alia quoq; ſigna plurima ꝑ illos dñs oſtẽdit. Cũ aũt ad urbẽ catalanẽ ueniſſet: & populum ad cõuertendum dux reppiſſet: miliario uno a ciuitate i loco deſerto cepit in ſpelũca cõtemplationi uacare: multiſq; inibi miraculis clarescere. Nã puerꝰ nobilẽ qui cadens i fluuiolo q nauta dicit & iuxta ciuitatẽ labitur necatus fuerat: ſuſcitauit: multoſq; piſo mirabili ſigno ad xp̃m ꝓuertit. Sicq; a populo cuꝰ honore ad ciuitatẽ ducitur & i epꝭ ſublimat. In ipo quoq; urbis ingreſſu tres leproſos mũdauit & totidẽ cecos illumĩauit: demonẽ quoq; ab obſeſſo quodã eiecit. Gregẽ aũt dñicũ uerbis & exẽplis refouẽs ánis. 80. ſedẽ illã feliciter gubernauit. Et ꝓfectus ſenio in pace quieuit noñ. auguſti.

¶ De ſcõ iuſto epiſcopo. XXVI.

IVſtꝰ epꝰ lugduneñ fuit. Qui cũ epatu relicto aliquot annis i eremo angelicã uitã egiſſet. ibidem ſcõ ſine migrauit ad dñm. Cuius ſcũm corpꝰ lugduneñſes ciues ſo licite requiſitũ: ac i eremo uaſtiſſima reptũ & remotis terre ptibꝰ ad ſuã ciuitatẽ tulerũt: & ibidẽ in eccleſia ſui ſacerdotii honoriſice ꝓdiderunt noñ. auguſti.

¶ De ſcõ caſſiano epiſcopo. XXVII

CAſſianus epꝰ ex alexãdrinoꝝ nobili genere ortꝰ a ſcõ zenone eiꝰ urbis epõ diuinis litteris eruditꝰ eſt. Qui oĩa pro xp̃o reliquẽs in horteñ ciuitate eccleſiam ꝓſtruxit. Ibiq; degẽs ſub iouinião iperatore xp̃ianiſſimo a populo epũs ꝓſtituꝰ ē. Et cũ ipam ſedem dudũ i ſcitate gubernaſſet: pegrinationis gr̃a ide diſceſſit: & ꝑ mare maſſilia nauigauit. Indeq; auguſtuduñ uenit: & ſcõ ũplicio epõ triẽio adheſit. Quo defuncto oĩs clerus & populus caſſianũ ſibi i epm ꝓſtituit. Qui uita & miraculis clarens ãno. 20. ſui epatus i pace quieuit noñ. augu. ¶ De hoc frater uincẽtius ait ꝙ dũ ſcũs germanꝰ antiſtodoreñ epꝰ de britãnia rediẽs ad tumulũ huius oraret. Interrogauit caſſianũ quomodo ſe haberet. Qui ſtatim ex tumulo cũctis audiẽtibus rñdit: ſe ꝑrui dulci quiete: & ẽm ſaluatoris aduẽtũ expectare. Cui ſe germanus oſonibꝰ ꝓmẽdauit: & ut i ipſo ſo aduẽtu ꝑtẽ ſecũ hẽre mereret: hũiliter ſupplicauit.

¶ De ſcã aphra martyre. XXVIII.

APhra martyr apud cretã i citate auguſtana mſiuꝫ paſſa ē. Hec cũ ſeẽt pagana & meretrix matrẽ hilariã de lenocinio uitã exigẽtem hẽbat. Ipa uero cũ tribꝰ ancillis ſuis: uidelicet: digna: eumẽia: & eutropia ſe cũctis petẽtibꝰ ꝓſtituebat. Sed ꝑ predicatiõẽ narciſſi hieroſolymoꝝ epi ad xp̃s ꝓuerſa & cũ oi domo & matre baptizata: atq; a pecato reuocata eſt. Que a iudice ꝓhẽſa cũ ſacrificare nollet: ſed diceret ſuſticere ſibi peccata ſua: qbꝰ de corpe ſuo & ancillaꝫ lubrij faciẽs deũ offenderat: q tñ eã peccatricẽ ad pniam ꝓerterat: uiua icẽdi iuſſa ē: unde iuxta ſiluã lethei flumis adducta flammiſq; tradita: ſic ſpm emiſit: ut corpꝰ oĩno pmaneret iuſtũ. Ancillas uero q eã ad mrũ ſecute fuerãt: puer cũ nauicula appens cõtinuo trãſluadauit. Que cũ corpꝰ ſcõbuſtũ in ueniſſẽt: nec ipm ſepelire poſſent nec nũcũ ꝙ quẽ matri nũciarẽt patũ hẽrẽt: puer q eas trãſtulerat eis flumẽ natauit: & ꝑdicta hilarie matri nũciauit. Que ueniẽs noctu cũ ſacerdotibꝰ & ancillis corpus abſtulit: & ſo miliario ab auguſta ciuitate i monumẽto ꝓprio ſepeliuit noñ. auguſti.

¶ De transfiguratiõe dñi nr̃i ihesu xpi. XXIX

TRansfiguratio dñi in qbusdã ecclesiis. 8. id⁹ augusti celebratur: nõ q̃ ea die: ut qdam aiunt: trãsfiguratio ipsa facta fuerit: sed ea die p apostolos publicata. Nam ut dicunt transfiguratio facta est circa principium ueris. Veg. discipuli ꝑpter ꝓhibitionem eis a dño factã: ne uisionẽ quã uiderãt: alicui dicerent: donec filius hois a mortuis resurgeret: ipsam tã diu celauerunt: & i hac die manifestauerunt: ita legit in libro: q dr̃ mitralis. ¶ Circa hanc transfigurationẽ q̃tuor sunt attẽdenda. Primo q̃re dñs se transfigurare uoluit. Secũdo quõ se trãsfiguratũ ostendit. Tertio quos sue glorie testes adhibuit. Quarto qualiter ipsam uisionẽ ꝓfirmauit. ¶ Circa primũ sciendũ: q̃ xps coram discipulis transfigurari uoluit ꝑpter tria. Primo ad ꝓfirmandã eorũ fidem: cũ eni paulo ante dñs apostolos interrogasset: quẽ ipm hoies esse dicerent: illi q̃ uarias hominum opiones rnderent: petro uero in ꝑsona omniũ apostolo⁹ ipm esse xpm filiũ dei uiui prestante: ad ꝓfirmandã fidẽ ipsoꝝ xps eis gloriã diuinitatis sue ostendere uoluit: ut tam ex uisione uultus splendentis q̃ ex auditione patris ipm esse dei filiũ exclamãtis: qd ipsi primo de ieſu credabãt: i eoꝝ cordib⁹ efficaciter & sine ulla hesitatiõe firmaret: ut q̃a passur⁹ erat: cũ apostoli eũ tã q̃ hoiem uer̃ mortuũ cernerẽt: etiã tã q̃ uer̃ dei filiũ resurrectur̃ non dubitarẽt: & q̃a ipsa trãsfiguratio sũme deitatis mysteriũ repñtat: nõ nõ oib⁹ discipulis tã q̃ secretũ dinũ reuelãda fuit: ꝛs eis solũmõ q̃ ceteris excellẽtiores erant: & nõ uni tãtũ: q̃a testimoniũ uni⁹ q̃ti nulli⁹ reputaꝛ: sed tribus discipulis: eo q̃ in ore duoꝝ aut trium testiũ stat oẽ uerbũ. ¶ Scõo ad augẽdũ eoꝝ spem: ut p talẽ uisionem discipuloꝝ aios ad passionẽ firmaret. Oporter eni ad hoc: ut aliq̃s directe ꝓcedat in uia: q̃ finẽ aliq̃liter ꝓcognoscat: sicut sagittator nõ rcte iaciet sagittã nisi signũ ꝓspiciat: unde dicebat thõas ioã. 14. Dñe nescim⁹: quo uadis: & quõ possum⁹ uiã scire? Et xps p passionẽ nõ solũ gloriam aie obtinuit: quã habuit a principio ꝑceptionis: sed etiã corpis: & iõ ꝓueniens fuit: ut discipulis gloriã sue claritatis corpalis ostenderet: ut sic spem future glorificatiõis i eoꝝ corpibus demõstraret: sm illud phi. 2. Reformabit corp⁹ humilitatis nr̃e ꝓfiguratum corpori claritatis sue. ¶ Tertio ad ꝑficiẽdũ charitatẽ. Apostoli eni licet in xpõ diuinitatẽ crederent: solã tñ humanitatẽ ꝑspexerãt: & iõ uix aliq̃d in xpõ diuinũ diligebãt: quia difficile est amare: qd nõ uidet: iõ q̃ xps eis gloriã sue diuinitatis reuelauit: ut cum ipm etiã deũ ex tali uisiõe ꝑspicerent: etiã in ipso diuinitatẽ manifeste cognoscerent: & ꝑ cõsequens ut deũ ipm diligerent. ¶ Circa secundũ sciendũ: q̃ iuxta textum euangelii facies eius resplẽduit sicut sol: & uestimẽta eius facta sunt alba sicut nix. ¶ Et notandũ: q̃ iter quattuor dotes corporis claritas ẽ ipsi⁹ ꝑsone in seipsa. Alie uero tres nõ percipiuntur nisi aliquo actu uel motu. Xps aũ licet aliis tẽporib⁹ alias corpis dotes in se ostenderit: uidelicet agilitatẽ: q̃n sup mare ambulauit. Subtilitatẽ: q̃n clauso uirginis utero in mũdum ꝓdiit. Impassibilitatẽ: q̃n iudeis eũ lapidare uolentibus de manib⁹ eoꝝ exiuit: nõ tamẽ ꝓpter illas dr̃ transfigurat⁹: sed ꝑ solam claritatẽ quam discipulis in mõte ostẽdit: que sola ꝓtinet ad aſpectum persone. Figura eni circa extremitatẽ corpis ꝓsideraꝛ. Nam figura est: que terminis ꝓtinẽt: & ideo sola claritatis assumptio dr̃ transfiguratio: & hec claritas deriuat ab aie claritate: quã xps semper habuit: eo q̃ ipsi⁹ aia semp btã fuit: iõ & corpora nr̃a post resurrectionem sicut sol refulgebunt: que lux ex aie claritate: que beata erit: originẽ habebit. Matth. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno pr̃is eoꝝ. Nec est dicendũ: q̃ xps ostenderit tantã claritatẽ: quantã habuit: sed quantã oculis discipuloꝝ percipiẽdã possibile fuit. Et sicut caro xpi ex claritate aie splẽdorem illum cõtraxit: sic etiam uestes eius ex carnis splẽdore candorem niueum cõtraxerunt: sicut uerbi gra: aqua ex solis radio percussa resplendet: & paries ex aqua splẽdẽte repcussus, refulget. ¶ Circa tertiũ est sciendũ: q̃ christ⁹ huius sue glorioſe uisionis testes adhibere uoluit patres noui ac ueteris testamenti. De ueteri aut̃ testamẽto duos: de nouo autem tres assumpsit: quia uidelicet uetus testamẽtum tanq̃ ex dualitate: qui est numer⁹ diuisionis: imperfectũ fuerat: nouũ aũt ex trinitate perfectiorem in se gr̃am ꝓtinebat. Verus⁹ per moysẽ & heliam lex & ꝓphetia designaꝛ in quibus omnia ueteris testamenti mãdata continenꝛ: quod enim lex primo mandauit: ꝓphetia postmodũ confirmauit. Vel ꝑ moysen & heliam denotanꝛ duo ſtatus antiqui temporis. Quorum unus fuit coniugatorũ designatus in moyse: alius continentum designatus in helia. Vel per moysen significantur omnes defuncti suscitandi per heliam in corpore uiuentem omnes uiui reperiendi & a domino in nubibus rapiendi cum uenerit in gloria sue maiestatis ad iudicandum uiuos & mortuos & seculum per ignem: quod iam per hãc transfigurationẽ denotatũ est. ¶ Tres autem discipuli: uidelicet petrus iacobus & ioannes significant tres ordines ecclesie militantis: qbus aureola daꝛ: ad quos omẽs ceteri reducunt̃. Petrus eni significat

doctores:quia ipse fuit eccleſie omniu3 pri mus paſtor. Ioānes oēs uirgines : quia uirgo a dño electꝰ ē. Iacobꝰ uero mſes:qa primꝰ inter apoſtolos martyriū pertulit . Primus aūt ordo pugnat ꝑa diabolum. Secundus ꝑa carne. Tertiꝰ cōtra mundū. Ad primu3 ordinē reducuntur ꝓfeſſores:ad ſm ꝓtinētes ad tertiū penitētes ¶ Vel p iſtos tres apoſto los ſignificant tres uirtutes theologice p qs ad gloriā eterne felicitatis puenire debemꝰ. Petrus eni denotat fidē:quia ipſe ſolus ꝓfeſſus ē gloriā deitatis dicēs. Tu es xps filiꝰ dei uiui . Iacobus denotat ſpem qui a primus oi um apoſtolo3 paſſus fuit pp ſpem retribu tionis eterne. Ioānes uero charitatē: qa ipm xps ſpeciali ꝓrogatiua ſup oēs dilexit. ¶ Vt p ipſos tres apoſtolos ſignificāt tres pnie p tes ſine qa ad claritatē eternā nemo puenit. ¶ Petrus eni qui interpretatur agnoſcēs de notat ꝓtritionē:que ex ſola peccati notitia p uēit.ps. Quoniā iniq.me.ego cognoſco.un & petrus : culpa ſua cognita fleuit amare . ¶ Iacobꝰ qui interpretat ſupplātator deno tat ꝓfeſſionē:qua diabolus ſupplātatus elidi tur. ¶ Ioānes q interpretatur gra dñi deno tatat ſatiſfactionē: qua hō penitēs ad gra3 re uocat . ¶ Circa q̄rtū ſciendū ē q̄ i baptiſmo xpi:qđ fuit myſteriū prime ꝛ generatiōis:& i trāſfiguratiōe:qđ ē myſteriū ꝛe:declarata ē operatio trinitatis. Nā in xpi baptiſmate ap paruit pater in uoce: filius in carne:ſpiritus ſāctus i columbe ſpecie. Hic autē ſe reuelat pater eadē uoce & eadē uerboꝝ platione:fi lius eadem carne ſed refulgēte:ipſe autē ſcūs in forma nubis perlucide. Nam ſicuti in bap tiſmo ſpirituſcūs dat innocētiā: que per co lūbam deſignatur:ſic in reſurrectiōe dabit claritatē glorie & refrigeriū ab omni malo: qđ in nube oſtendit . Et quia xps uenit gram actualiter daſ i re: gloriā uero icredibiliter ꝓmittere i ſpe. Ideo in tranſfiguratiōe in du cu ntur homines ut ipm audiant non autem in baptiſmo. ¶ In hac die uinū nouū ſi inue niri poteſt i ſanguiné xpi ꝓficitur:uel ſaltez de matura uua i calice aliquātulū eliquat . Racemi etiā benedicuntur & populꝰ cōicat. Cuius ratio ē:qa dñs diſcipulis i die cene di xit. Non biba3 amō de hoc gemine uitis do nec illud biba nouum i regno pris mei. Illa uero tranſfiguratio dñi:& qđ dixit nouū ui num repreſentat glorioſam inouationē:quā xpus poſt reſurrectionem habuit. Et ideo in hac die trāſfiguratiōnis que reſurrectionem repreſentat nouum uinū inquiritur : in quo nouitas eterne dulcedinis onditur : que ſcis poſt reſurrectionē i patria propinabit . Hec ex libro mitrali.

¶ De ſāctis ſixto papa ſecūdo & ſociis mar tyribus. XXX.

SIxtus papa & mr̄ huiꝰ nois ꝑs fe liciſſimus & agapitꝰ diacones ro me ſub decio ceſare paſſi ſunt . Hic natione grecus ex patre ſo phoro athenieñ prius quidē phi loſophus poſtea uero xpi diſcipul⁹ ſtepha no pape prio i pontificatu romano ſucceſſit: ſeditq; annos.2.meſes.xi.dies.vi. Hic ꝓſtitu it ut miſſa celebrarē ſup altare:qđ ātea nō fiebat. Et ut ſacerdote ſcipiēte miſſaꝝ actio nē:chor⁹ decātaret hymnū. Scūs:ſcūs:ſcūs: dñs deꝰ ſabaoth ꝛc. Qui cū ꝑſatis duob⁹ dia conib⁹ detētus. Decio ceſari & ualeriano p fecto pnītus:cū nullis ꝓuſionib⁹ ad ſacri ficandū poſſet ſclinari iuſſus ē duci ad tēplū martis:ut aut ſacrificaret: aut i cuſtodia ma mertina recipeſ. Sed dū ſacrificare renuens i cuſtodiā ducereſ:beatꝰ laurētius eiꝰ archi diacon⁹ eidē obuiauit : & quo ipe pater ſine ſe filio tēderet clamare cepit: atq; ne ſe dere linqueret inſtanter exoꝛauit. Sed beatꝰ ſixtꝰ eidē predixit:q; ipm ñ deſerebat ſed ad mar tyriū precedebat : cū ipſi maiora certamina poſt triduū deberētur. Mādās ut theſauros eccleſie quos ei commēdauerat paupib⁹ diſ penſaret. Quod & laurēti⁹ fideliter ad iple uit:ut dicēt ifra i ei⁹ paſſione. 4. idus augu. ¶ Poſt duos dies btūs ſixtꝰ de cuſtodia edu ciꝫ cū duob⁹ diaconib⁹ feliciſſimo & agapi to:& pītatus decio & ualeriano iubēt duci ad tēplū martis:& ibi ſacrificaꝫ. Quod ſi re nuerēt:ibidē capite trūcari. Ducti ſūt ergo foras muros porte apie ad tēplū martis. Et cū oraſſet ſixtꝰ cecidit aliqua ps tēpli & ido la ꝓminuta ſūt. Cūq; duceret⁹ ad decollādū btūs laurētius pꝰ eū clamare cepit : rogans ne ſe deſereret:eo q; theſauros ſuos quos ſi bi tradideraꝛ tā expēdiſſet. Tūc milites audi entes de theſauris laurētiū tenuerūt. Sixtu3 uero cū feliciſſimo & agapito ibidē decolla uerūt. Xpiani aūt cū iuſtino ꝓſbytero corpꝰ ſixti raptū ſepelierūt i cemiterio calixti uia apia . Feliciſſimi uero & agapiti poſuerūt in cemiterio pretexati. viii. id⁹ augu. Referun tur etiā paſſi cū btō ſixto. iiii. alii diacōes ui delicꝫ:ianuariꝰ:magnꝰ:uincētiꝰ:& ſtephāꝰ: & ſeuerꝰ ꝓſbꝰ & claudiꝰ ſubdiacon⁹:& cre ſcentiꝰ lector & romanꝰ hoſtiariꝰ. ¶ Hic ſe cit ordinatiōes duas p meſes decēbris preſ byteros.4.diacones.7.epos uero duos. Et ceſſauit epatus dies.xx.

¶ De ſcō ſixto papa tertio. XXXI.

SIxtꝰ papa huiꝰ nois.3.natiōe rōa nꝰ ex pre priſco celeſtio.i.pape i epatu rōano ſucceſſit:ſeditq; an.8 & dies.9. Hic de regiōe celi mō tis:ꝓſtituit ut nll⁹ clic⁹ i gecia al teriꝰ ordiari ꝓſūat. Hic ꝓgregata ſynodo p crimie ſibi illato corā.57.epis ſe purgauit.

Et condemnatur bassus : qui hoc ei apud augustum crimen intulerat:ita tamen ut ultimo die uite ei' uiaticum ipsi non negaretur:propter humanitatem pietatis ecclesie: qui bassus cū defunct' eet corp' eius sixtus eps manibus pprijs sepeliuit.Hic edificauit eccleiā scē dei genitricis marie:que dr ad p̄ sepe:& hodie maior uocatur in monte supagio iuxta macellū libye. Hic & in distribuē das paupibus elemosynas studuit & multas auro & argēto basilicas decorauit:plenusq; sanctitate feliciter in xp̄o quieuit:& sepult' est in uia tyburtina in crypta iuxta corpus beati laurentii:& cessauit epat' dies.22.Hic occidentalium epoz sententias nestorii damnantes errorem:orientalibus scripsit epis:in signi uolumine contentas.

¶De sanctis mrib' iusto & pastore.XXXII

VStus & pastor martyres apud urbē cōplutum hispanie puicie sub daciano pside passi sunt . Hi germani frēs xp̄ianis pentib' ori ti & ipsi xp̄iani : cū adhuc pueri litteris imbuerent:ad passionē animati:pie cis in schola tabulis sponte ad martyrium cucurrerūt:idola spernentes: qui a daciano pside tenti nec auditi:eo q̄dubitarent:ne ipsorum utpote sanctū exemplo alii puectiores ad martyriū incitarent : uerberibus diris affecti sunt. Cū at presidi relatū eet: q̄ se mutuis exhortationibus pstantius roborarent: eos extra ciuitatē adductos gladio cedi iussit:quoz aias etiam ipsi gentiles ab ipso xpo cōcinētib' angelis ad celū deferri uiderunt: corpora uero a xp̄ianis in eo quo passi fuerāt loco tumulata fūt multis clarētia signis: ubi & basilica desup edificata est: passi sunt autem.8.idus augusti.

¶De scō donato epo & mr̄e. XXXIII

DOnatus eps & martyr apud arretium ciuitatē tuscie passus est tēpore iuliani ipatoris. Hic cuz iuliano impatore pdictō nutrit' & eruditus: atq; cū eodē cleric' effectus est a scō pygmenio pbro i urbe roma:qui iulian' ad subdiaconat' ordinē ascēdit:ipse uero donatus lectoris officiū suscepit.Sed cū iulianus apostatasset:& in impiū sublimatus eet:patrē & matrem donati occidit.Donatus uero fugā arretiū petiit:& cuz hilariano mōacho habitauit. cū quo & multis claruit signis. ¶Cū eni mulier q̄dā noie syrana gētilis & ceca ad eos uenisset: petēs i xp̄i uirtute illuminari ab eisdē: primo mentis cecitate sanata una cū filio suo : oia idola pbuffit:& ad fatyg epz arretinū adducta ab eodem cū filio baptizata est:& cuz sacro chrismate liniret oculog; mox lumen recepit. ¶Deinde donat' cum hilariano aproni ani pfecti ciuitatis filiū demoniacū asterium noie ad se adductū ab imūdo spū liberauit: clamāte demone q̄ donat' ipm de domo sua coarteret exire. ¶ Vir quidā eustasius noie exactor fisci in tuscia publicam pecuniā euphrosyne ziugi custodia dereliqt:& abiit: Que timore hostiū supuenientiū pecuniam absc̄ondit:& repentina morte puenta sepulta est. Cūq; uir eius rediens p exactiōe thesauri cū filiis ad suppliciū traheret:ad donatū ꝓfugit:qui una secū ad sepulchꝝ uxoris prexit:& oīone fusa euphrosyna de tumulo ex noie uocauit:& ubi eet pecūia interrogauit. Que rndit:q̄ in ingressu domus sustosta iacebat:qua ibidē repta eustasius liberat' est. ¶Post hec donat' a satyro epo in pbrm ordinatur:eoq; defuncto ab oi populo in epm eligit. Cūq; die quadā celebrans populum cōgregaret:& diaconus antimus sanguinē xp̄i i calice uitreo populo ppinaret:subito pagano; impulsu cecidit:& calicē fregit.Cumq; ex hoc omnes tristarent:donatus fragmēta calicis collectis oīone fusa ipm in formam pristinā restaurauit:una at pticula a diabolo absc̄ōa defecit:q̄ tñ ad testioniū miracli pfecit.Quo signo uiso.79.gentiliū ad xp̄m uersi sūt. ¶Post dies aūt.28.quadrianus augustalis pses tenuit btōs hilarianū & donatū. Et primo quidē hilarianū in ciuitate ostia detentum sustib' cesum martyrem xp̄i fecit:ut supra in ei' passiōe actū est.17.cale. augusti.Deinde donatuz in ciuitate arretina detētū:cū sacrificare nollet:& deos blasphemaret:iussit cum lapidibus ore contundi:& deinde in custodia retrudi:ubi dū egrorum multitudo ad eū accedens a diuersis langoribus sanaretur:iussit illum quadracianus i eadem custodia capite truncari:cui' corpus a christianis in eadem ciuitate tumulatū est 7.idus augusti.

¶De scō donato epo & pfessore. XXXIIII

DOnatus eps apud ciuitatē epiri veteris in tēpore theodosii imperatoris iunioris multis ibidē miraculis clarebat. ¶In quodā loco nomine hisauria erat fons a que adeo infectus:ut quicunq; de illo biberet protinus moreretur . Ad quem locum sanctus uir cum clero & populo processionaliter accessit:ut oratione aquam sanaret. Et dum uectus asinulo fonti propinquaret:celo nubibus tenebrato:& fulgurib' actonitruis erumpentibus:draco terribilis in de erupit:& pedes asini cauda inuoluens cōtra donatum se erexit:quem ille leui ictu baculi percutiens : uel ut alibi legitur in os eius expuens continuo interfecit . Quem octo boum paria uix traxerunt ad ignem . Orauit autem uir sanctus ad dominum : &

omne uenenum a fonte fuganit. Missō quoq; puero cū situla aquā haustā bibit: & oībus ad bibendū saluberrimā exide ꝓcessit. ¶ Alias etiā dū ipse cū sociis siti urgeret: sua oratione fontē de terra ꝓduxit. ¶ Cū filia theodosii ipatoris a demone uexaref: & patre ad huc gentile ad singula sacrificia deoꝝ ducereturꝫ: & nullo modo liberari posset. Impertor audiēs de uirtutibus sci ipm ad se accersiuit: & ut nata suam libaret istanter rogauit. Qui demonē interrogauit: unde illuc uenisset. Illeq; de eremo se uenisse rndit: quē scūs dei ad locū ipsum redire coegit: demonq; uniuersam domū ꝓcutiēs euanuit. Sicq; ipatorē cum uxore & filia & uniuersa familia ad xp̄m uertit. ¶ Cū quidā mortuus efferretur aduenies creditor chirographū ꝓtulit: dicēs sibi deberi solidos ducētos & iuxta legē impialē nō ꝑmittebat eū sepeliri. Quod cū uxor eius donato cū lachrymis idicasset: asserens ꝙ homo ille pecuniā totaliter recepisset: assurgēs hō dei ad locū iuit: & manū defūcti tenēs corā oīb⁹ excitauit: atq; ut crediton satisfaceret iussit. Qui resides in pheretro ipm de solutione debiti cōuicit & chirographum manu scidit: atq; iubēte scō iterū obdormiuit. ¶ Cū fere trib⁹ annis nō pluisset & sterilitas magna esset. Insideles ad ipatorē ꝑueniunt: peretes sibi tradi donatū: q; ꝑ artem magicā hoc feciſſet. Ad ipatoris ergo instātiam scūs egressus dñm exorauit: & ista tim pluuia copiosa descēdit ceteriscq; infusis ab imbre ipse leuibus idut⁹ & siccis uestib⁹ domū rediit. Et sic omnē ciuitatē ꝑstantinopolitanā ad fidē ꝑuertit. ¶ Post hec ab imperatore ꝑetrauit imunitatē loci ubi ipse fontē sanauerat. Ibiq; iuxta ciuitatē lusioniā ecclesiam ꝑstruxit & clarus uirtutibus i pace quieuit. 7. idus augusti. Corpusq; ei⁹ post multos annos a uenetis inde sublatū positū est i ecclesia beate marie de muriano sub epatu torcelleñ: ubi & signis mirabilibus fulget.

¶ De sāctis cyriaco largo & smaragdo martyribus. XXXV.

RAdegundis regina nitigoq; nobilissima clotharii regis francorū uxor:claruit āno. 530. iustini imperatoris:ut ait sigibertus. Hec natione barbara patre rege berēgario noie progenita:dum regio sua a francis esset depopulata:de patria sua in galliā i predam abducta : ueniens in sortē clotharii ob nimiā speciositatem ab eo i coniugē ducta est. Que tamē deo potius q̄ regi seruiebat ieiuniis:uidelicet elemosynis & orationibus uacans:carnē cilicio domās:desuper regalibus induebatur. Adhuc in palatio regis consistēs:dū in pruina uilla p pomeriū ambularet:& audisset uoces ꝓditoꝝ eius misericordiā implorantiū: pro ipsis in orationem se dedit:& ꝑtritis cōpedibus illico omnes absoluit. Dum aūt frater regis in bello occisus eēt: ille ex hoc mot⁹ uxori dudū potstulatā & optatā petitionē pcessit:q. l. deo libere seruire posset. Que ueniens ad scūs medardum nouionē epm: ab eo cōsecratur in xpi sponsam:& pictauis monasterio cōstructo:ordināte rege clothario ibidē se iclusit: omnibus suis paupibus traditis:multisq; in ibi sororibus ꝓgregatis:eaq; abbatissa facta cuꝫ eisdem ancillis xpi in scitate uite pollēs solis diuinis iisistebat: pauperes quotidie recreans:& carnē pnia dira castigans. Multis quoq; miraculis claruit. ¶ Nā mulierem a diabolo obsessam solo imperio in xpi nomine liberauit:qui cū fluxu uentris ea in ecclesie pauimēto distenta egressus ē. ¶ Arbores lauri de aliquo loco euulsaꝫ & in horto suo pro solatio transplantatā : dum aruisset:oino ad uitā & uiriditatē reuocauit. ¶ Infantu lā unam ex monachabus nup defunctā i celula sua reclusam dudum sup corpus orans cū lachrymis a mortuis suscitauit. ¶ Cū imperator iustinus eidem per nūcios suos ptem ligni crucis dñice auro ꝓtectam destinasset: illiq; redeuntes i mari naufragiū paterent: scām iuocātes reginā: columbā tertio circa nauem uolantem ꝑspiciunt. Cui dū unus ex cauda tres pēnas auelleret:& in mare missī set:tranquillitas mox subsecuta ē. ¶ Tribunus quidam nomie domebenus gutturis p̄ fessionē patiēs: die quo scā migrauit a carne:uidet in extasi reginam radegundem ad se uenientem & eadē hora se de corpore exisse nuntiantem:eūq; admonentē:ut ecclesiaꝫ sci martini in loco sibi ostenso edificet:& detentos relaxet:& sic sanitatem recipiet. Qui postq̄ hec promisit ad se rediit:eoq; sanatuꝫ reperiens:diem horāq; notauit:& iuenit sanctam a seculo tunc migrasse : unde mox dimissis. 73. detentis in uinculis ecclesiam sancti martini in loco ubi nunc est de proprio edificauit. Quieuit in pace scā radegundis idibus augusti i suo cenobio pictauis tumulata.

¶ De scō helia propheta. LXI.

HElias propheta de galaad originem trahens: cuius tñ nomē patris in scriptura non habetur:nō solum ecclesiastici .48. ca. Inter patres antiqui tēporis gloriosius ꝓmendatur:sed etiam ab ipo saluatore in aliqua euangelii parte magnificat. Qui tempore achab regis israel & iorā filii eius i israel claruit:non solum insignis ꝓphetie gratia: sed etiam excellenti miraculoꝝ gloria : que a. 17. ca. iii. libri regū usq; ad ꝑm quarti cōmemorantur. ¶ Cum enim achab rex israel ad instantiam impie ꝑuigis iezabel omnem israel adeo preuaricare & baal adorare fecisset:ad preces helie prophete in ultionē tanti sceleris:dñs clausit celum : nec dedit pluuiam sup terram ānis tribus & mēsib⁹ sex: propter qđ fames & sterilitas magna fuit p uniuersum regnum israel. Helias aūt ex precepto dñi latuit i torrēte charit iuxta iordanem :ubi corui deferebāt ei panes & carnes mane & uespere & bibebat de torrēte donec siccaretur. Postea uero ueniēs in sareptā sidonioꝝ que est inter tyrum & sidonē urbs modica:uidit mulierem uiduā colligentem ligna. Ad quam cum petiisset modicū aque ad bibendum:& illa pergeret ut afferret: petiit & bucellam panis ad edendum. Cumq; illa diceret se non habere nisi modicum farine in hydria q̄tum est pugillus & parum olei in lecytho. Iussit helias sibi fieri subcinericium panem de ipsa farina : promittens per nomen domini:quia nec farina nec oleū deficerent usq; ad tempus fertilitatis. Et sicut ipse predixerat sic factum est. ¶ Deinde cum filius uidue ipsius apud quā helias cōmanebat defunctus eēt. Helias puerū mortuum super lectulum suum posuit : & oratione facta:eum a mortuis suscitauit. Hunc tradunt hebrei fuisse ionam prophetam: sicut dictum ē supra in gestis ione prophete. vi. cal. februarii. Tunc iezabel regina omēs prophetas domini quos inuenire potuit occidi mandauit. Abdias uero procurator domus achab abscondit in spelūca. 100. uiros prophetas:& pauit eos pane & aqua: ꝑpter qđ postmodū spiritu ꝓphetico dotat⁹ ē. De quo supra actū ē i gestis eī⁹. 9. cal. ianuarii.

¶Post tres ānos & dimidiū ſterilitatis & fa
mis helias ppheta:qui uſq; tunc latuerat: a
chab regi iſrael ſe oſtēdit:dū ipſe rex ppter
ſterilitatē quereret pabula equis ſuis:&non
inueniret:increpauit q; eū ppheta:q; dñm re
liquiſſet:& deos gentiū ſequeret:& coleret:
Deinde hortatu ei⁹ ad impium regis ꝓgrega
tis multitudie populi & octigēties & qnqua
ginta ꝓphetis baal in monte carmeli:Helias
ad populū ait:ne in duas partes claudicarēt
ſed aut dñm deū patrū ſuoꝝ:aut baal ſeque
rent:dediq; eis optionē talē: ut duo boues
educerent: quoꝝ unus daret ꝓphetis baal:
& alius ſibi ſoli:& una queq; pars bouē ſuū
in fruſta cōciſum ſuper ligna ponerēt: igne
nō ſuppoſito:& inuocaret deū ſuum: & qui
exaudiret igne dato de ſublimi: ipſe eſſet ue
rus deus. Placuitq; ppoſitio populo. Cūq;
ſacerdotes baal feciſſent: quod dixerat heli
as:inuocantes baal a mane uſq; ad meridiē
tranſiliebant altare:quod fecerant:& incide
bant ſe iuxta ritum ipſoꝝ lanceolis:ut ſāgui
ne perfunderenē. Demones enim plurimum
delectantur perfuſione ſanguinis humani.
Tunc helias ſpente populo altare ipſoꝝ de
deſtruxit:& nouo in honorē domini cōſtru
cto ligna & fruſta bouis ſuppoſuit: & aquā
abundanter deſup iactare fecit: donec aque
duct⁹ impleret:ne putaret arte magica ipm
de uiſceribus terre ignem ſuſcitaſſe. Factaq;
oꝛone ignis de celo deſcendit:q holocauſtū
ligna & lapides ac puluerem: etiā ipſā aquā
ꝓſumpſit. Quo uiſo miraculo populꝰ puer
ſus ē:& iuſſu helie oēs ꝓphetas baal occidit
iuxta torrentē ciſon. ¶Deiñ dixit achab: ut
comederet:& feſtināter deſcenderet: ne ipm
pluuia ſupuēturā occuparet.quo comedēte
helias iclinato capite orauit:& miſſo puero
ſepties ad uidendū ꝑtra mare:ſeptia uice ui
dit nubeculam aſcendentē: que uſq; tunc nō
appuerat. Feſtināteq; achab domū:facta eſt
pluuia grādis:& oēm terram irrigauit. Iezа
bel aūt audito quod helias fecerat de ꝓphe
tis baal querebat:ut occideret eū:qui timēs
fugit i berſabe iuda:& dimiſit ibi pueꝝ ſuū:
& prexit in deſertū uia unī⁹ diei:ſedēſq; ſub
ter iunipeꝝ:petiuit aīe ſue:ut moreret:poſt
modū uero dormitauit:& excitat⁹ ab āgelo
& ꝑcortatus:at⁹ pane celico ei delato refe
ctus ambulauit in fortitudine cibi illius.xl.
diebus:uſq; ad montē dei oreb: ubi ꝓceptū
accepit a deo de ungendo azael regem ſup
ſyriam in damaſcū:& iehu filiū namſi reges
ſuper iſrael:& heliſeū filium ſaphat de abe
la in ppheꝑ ſe:ut iſti tres interficerēt ido
latras iſrael. Que omnia helias adimpleuit
iuxta mādatum dñi. ¶Mortuo aūt ocho⁹ ab
rege iſrael:regnauit ꝓ eo filius ei⁹ ochozias
qui ambulauit in uiis malis patris ſui & ma
tris ſue impie iezabel:ꝓpter quod de⁹ puni
uit eū:ut cadens de cancello cenaculi ſui ad
mortē egrotaret in ſamaria ciuitate. Miſit q;
nuncios ad ꝓſulendū beelzabuth deū acha
rob:an liberari poſſit de infirmitate ſua:qui
bus ex ꝓcepto dei occurrēs helias:eos redar
guit: dicens q; ochozias de ipſa egritudine
morereť. Cumq; rediſſent nuncii ad regē:&
ei uerba narraſſent:queſto ab eis de habitu
uiri:intellexit ipm eſſe heliā:miſitq; ad eum
principem qnquagenarium & qnquaginta:
qui erant ſub eo:ut uocarent heliā:uel inui
tum traherent. Et ad mandatum helie deſcē
dit ignis de celo:& deuorauit eos. Rex quo
q; miſit alium quinquagenariū & ſuos quin
quaginta:qui ſimilia paſſi ſunt. Deſtinat⁹ ue
ro tertius:q abdias fuiſſe dicit:curauit ge
nua cōtra heliam:& eius miſericordiā ip lo
rauit. Et ppheta dñi cū eo iubēte angelo de
monte deſcendit: & ingreſſus ad ochoziam
ipm de idolatria redarguit: mortēq; ei imi
nere ꝓphetauit:qui & mortuus eſt iuxta uer
bum helie. Pro quo ioram frater eius regna
uit:eo q; ochozias filiū nō haberet. ¶Anno
uero primo ioram regis iſrael:cum helie re
uelatum eēt: q; de⁹ ipm tollere uellet: iue
runt helias & heliſe⁹ de galgalis ī bethel: &
deinde in hierichō:ac demum deuenerūt ad
iordanem ſequentibus eos qnquaginta ex fi
liis ꝓpheтarum:qui diuino ſpiritu raptuꝝ
helie prenouerant. Tunc helias ſtans ſup ri
pam iordanis:tulit pallium ſuū:& percuſſit
aquas:que diuiſe ſunt in duas partes:& trā
ſierunt ambo per ſiccum:helias uidelicet &
heliſe⁹. Dixit q; helias ad heliſeū: ut peteret
quod uellet ab eo:anteq; ab ipſo tolleretur.
Qui petiit:ut duplex ſpiritus eius in eo re
quieſceret. ſ.ad ꝓphetandū & miraculа faci
endum. Cūq; pgentes ad inuicem loquerēť:
helias curru igneo & equis ignеis rapt⁹ eſt
ab heliſeo &per turbinem in celum:hoc eſt
in ſuperiora aeris aſcendit: tranſlatuſq; eſt i
paradiſum terreſtrem:ut creditur: ubi cum
enoch corporaliter uiuit reditur i fine ſe
culi:& contra antixp̄m cōflictum habitaꝝ:
quos ipſe demū occidet:ſed eos dñs ſuſcita
bit:ut habeť apocal.xi. Leuauit autem heli
ſeus pallium helie:quod ceciderat ei:& per
cuſſis aquis iordanis ſecūda uice diuiſe ſūt:
& tranſiuit heliſe⁹ per ſiccū ad aliam ripam
ubi erant filii ꝓpheтaꝝ: qui uiſo miraculo
diuiſionis aquaꝝ intellexerūt ſpiritum helie
in heliſeo quieuiſſe. Celebratur autem dies
raptus helie prophete ab hebreis.19.calen.
ſeptembris:quo die tradunt eum in paradiſu
fuiſſe tranſlatum. Hec ex libris tertio & q;r
to regū:capitulis quibus ſupra:ex dictis io
ſephi:& hieronymi:& ex hiſtoria ſcholaſti
ca:at q; ex chronica guilelmi.

¶ De scō eusebio presbytero. LXII.

EVsebius presbyter rome claruit tpe pstantii augusti: & liberii pape hereticoꝝ: q uir catholicus & doctrina pclarus: dū fidē catholicam pstanter defenderet: & constantium augustū atq; illum arbium urbis rome epm hereticos predicaret: eo ꝙ arriane fidei psensisset. Ab eodē pstantio rogatu liberii detentus est: & in quodā cubiculo domꝰ sue inclusus habēte in latitudine pedes. 4. & ibi multis mensibꝰ i oratione pseuerauit. Inclusus tñ adhuc post mēses. 7. dormitionem accepit. 19. cal. septēbris. Cuius corpus gregorius & orosius presbyteri sepelierūt uia appia in cemiterio calixti: iuxta corpus beati sixti pape & martis in crypta. Quod audiens pstantius augustus ✝ gregoriū pbyterum cepit: & uiuum i eadē crypta sepeliuit: ubi post dies tres in pace quieuit.

¶ De scō eusebio epo emesseno. LXIII

EVsebius epꝰ emessenꝰ tēpore cōstantii ipatoris claruit: q uir elegantis rethoricię igenii innumerabiles ppositi libros magis secutus historiā: & qui ad plausuꝫ ptinent ab his qui declamare uolūt maxime leguntur. Quoꝝ precipui sunt aduersus iudeos & gentiles atq; nouatianos. Ad galatas quoq; scripsit libros. x. Et in euangeliis homelias plurimas breues. Quieuit aūt i xpo apud antiochiā. Ibidē sepultus in pace. Hec hieronymus libro de uiris illustribꝰ.

¶ De scō eusebio abbate. LXIIII

EVsebius abbas discipulus beati hieronymi fuit. Hic natione cremonensis nobili prosapia ortus: cū ad terrā sanctā uisitandā presbiterat beatum hieronymū ibidēꝫ repperit qui apud bethleem puū monachorum pstruxerat de nouo cenobiū. Cuius sapiētia & moribus accensus relicto seculo ei adhesit: & monachus scūs in scē puerlatiōis ordie uitā laudabilē duxit. Quē & hieronymus decedēs eidē ꝓgregatiōi i abbatē prefecit: & eidē bibliothecā suā ꝓmēdauit. ¶ Cū post obitū bti hieronymi grecoꝝ quedā heresis pullulasset: asserens ꝙ aie beatoꝝ usq; ad corpoꝝ resūptionē eternā nō percipiunt gloriam: nec aie dānatoꝝ sentiūt gehēne penam: multisq; fidelibꝰ tali errore iuolutis cū talis opinio i ptibus hierosolymitanis resonasset: per cyrillum epm hierosolymitanuꝫ idictum est triduanū ieiuniū cū assidua oratione cunctis fidelibꝰ: ut deꝰ sue fidei catholice subueniret. Expletis aūt tribus diebus nocte precedēte appuit beatꝰ hieronymus. Eusebio i oratiōe cū lachrymis pstituto dicens: ꝙ deus fideles suos respexerat: & ꝙ in teruētu ipsius ecclesie sue subuenire decreuerat. Mādauit ergo ut triū iuuenum in ipa nocte i bethleē defunctoꝝ corpora ante solam in qua corpꝰ ipsius doctoris quiescebat deferri faceret: que sacco cilicio quo uiuus induebaꝫ tangeret: q continuo resurgerent: & predictā heresim uti testes ueridici pdicarēt. Qui itaq; post dies. 20. i xpo quiescerēt: cū quibꝰ & ipse eusebius migrare deberet. Mane aūt facto: cyrillo epo uisio ꝙ eusebii narraꝫ: omnisq; clerus & populꝰ in ecclesia bethleem ꝓgregatur: trium iuuenū ipsa nocte defunctoꝝ cadauera ad tūbam hieronymi deferuntur: & ꝓ eusebii ipsius sacco cilicino tanguntꝫ. Mox quoq; iuuenes quasi de sōno euigilantes surrexerunt: & que uiderāt in alio seculo i gehēna & in gehēna cūctis populis narrauerunt: & sic grecoꝝ heresim cōfuderūt: ꝓ triduū uero ante dies illos. 20. q. bus hieronymus predixerat: eusebius egrotare cepit & per dies. 3. febre correptꝰ ecclesiasticis sacramētis ꝓmunitus apparente sibi beato hieronymo & ipm ad celestia uocante i dño feliciter pausauit. Eadēq; hora festi tres iuuenes itē a corpe migrauerūt. Corpus aūt eusebii iuxta corpus hieronymi sepultū fuit. In cuius sepultura monachus q lumē oculoꝝ dudum amiserat cadauer deosculatus uisum recepit.

¶ De assumptiōe btē uirginis marie. LXV.

ASsumptio gloriose uirginis marie in anima facta est. xviii. calē. septembris ut sācta tradit ecclesia. In anima dixi quia ipsa & in corpore assumpta est: ut infra pluribus rationibus comprobatur. Assumptio autem ipsius facta in corpore ꝑm qd in eius historia infrascripta traditur: facta est tertio die post eiꝰ dissolutionē aie a corpore quo uidelicet die anima corpi eiꝰ reunita: & ipsa corporaliter ē assumpta. f. xv. cal. septēbris. In uisione aūt scē helisabet de scōnagia habetur: ꝙ beata uirgo. 40. die ab obitu eiꝰ fuerit in corpore assumpta: uidelicet. 9. cal. octobris: sicut eidē scē fuit diuinit' reuelatum. Sed quicqd ueritatis sit de corporali assumptione: planuꝫ ē qd tenet ecclesia de aie sue glorificatiōe. Qualiter aūt ipa assumptio scā sit: ex quodā libello licet apocrypho: qui ioāni euāgeliste ascribit edoceē. ¶ Apostolis nāq; predicatiōis gra diuersas mūdi partes subeutibꝰ: uirgo beata i domo iuxta mōtē syon posita dicit remāsisse: oīaq; loca filii sui. f. natiuitatis: baptismi: passiōis: sepultur: resurrectiōis: & ascēsiōis quoadiuxit: deuotione sedula uisitabat. Et ꝑ ꝙ ait epiphani⁹ 24. ānis post ascensionē christi supuixit. Refert eni ꝙ beata uirgo annorum. xiiii. xꝑm concepit: & in. xv. peperit: & cum eo mansit

annis.xxxiii. & ꝑm hoc obiit annoꝝ. lxxii. Aliis ꝙbabilius uidet: ut. 12. anis filio super uixerit: & sic ꝺexagenaria sit assumpta: cum apostoli totidem annis in iudea & circa partes ipsas predicauerint: sicut ecclesiastica historia tradit. In uisione aũt ꝑdicte helisabet asserit: q̃ uirgo maria post xpi ascensionem anno integro supuixit: & tot ꝺieb⁹ ultra annum: quot sunt ab ascensione xpi usq; ad assumptionẽ uirginis: & hoc uerius iudicatur ex eo ꝙ dicit dionysius: omes apostolos dormitioni uirginis interfuisse: quod esse nõ potuisset: si ipsa post ascensionẽ ulterius uixisset. Cum iacob⁹ apostolus filꝰ zebedei passus fuerit ad litterã biennio post dñi passionem. ¶ Cum igit̃ die quadã cor uirginis i filii ꝺesideriũ uehementer eẽt accensũ: ita ut lachrymas prumpet abundãter: gabriel angelus eidem cũ lumie astitit: eãq; reuerẽter salutauit: ac eidẽ ex pte ei⁹ filii dixit: q̃ post triduum eẽt a carne migratura: & cũ xpo ꝑpetuo regnatura. Ramus quoq; palme eidẽ de paꝺiso allatum ꝑsentauit: quẽ añ ei⁹ phetę portari mandauit. Virgo aũt ꝺe nuncio leta ꝺo grãs egit: & duas petitiões ab angelo postulauit: primo ut filii ei⁹ & fres oés apostoli ad ipsam piter ꝓgregarent: quib⁹ ꝑsentib⁹ spiritũ deo redderet: q̃ sibi sepulture officiũ exhiberent. Secũꝺo ut cũ ꝑfm emitteret: malignũ sathanã nõ uideret. Angelus aũt ꝑfatim ei optata ꝑmisit: quia & ille qui abbacuch ꝑphetã ꝺe iudea in babyloné in impetu spũs sui attulit: ipse ad eam in momento oés apostolos ꝓgregabit: malignum quoq; spiritum ei i tranſitu nõ uisure repromisit: & cõtinuo ab ea ꝺiscessit. Palma aũt illa in stipite uiridis erat: sed in foliis ut stella fulgebat. ¶ Cum aũt ioannes in epheso ꝑdicaret: ecce post tonitruũ nubes eũ rapuit: & ipm repente ante marie ianuã collocauit: quẽ ingrediẽté ad se maria obstupuit: & ꝑ gaudio lachrymas continere nequiuit. Dixitq; ei qualiter suisset a dño euocata: ut ꝺebitam humane cõꝺitionis exoueret: ideo q; ipm xps ad se uenire feciss̃et: cui corꝑ⁹ sum tumulandũ commendauit: atq; palmam ante pheretę ꝺeferendam mandauit. Cũ aũt ioannes alios coapostolos ibidem presentes optaret: ecce oés ipsi ꝺe locis ubi ꝑdicabãt: in nubibus rapiunt: & ante marie hostium subito congregant: qui cum se ibidem translatos admirarent: & cãm ad inuicem scisciarent: ioannes ad eos exiit: & ꝺominam mi grauram predixit: admonens: ne cum obiit: aliquis ꝺefleat: ne forte eis imputari possit: q; ipsi qui resurrectionem ꝑdicant: mortem timeant. Cumq; beata uirgo omnes apostolos congregatos uidisset: ꝺominum benedixit: & in eoꝝ medio luminaribus accensis consedit: sicq; usq; ad ꝺiem tertium perseuerauit. ¶ Circa uero horam noctis tertiam ihesus aduenit cum omnium angelorum & sanctorum agminibus: & ante torum uirginis acies ordinant: & ꝺulcia cantica usq; ad noctis medium frequentantur. Tunc iesus eam bis ut ad se ueniret: ꝺulciter aduocauit: ipsaq; spiritum ei reꝺꝺere se paratam esse letanter respondit. Omnesq; qui cum iesu uenerãt: ꝺulcia canticorum cantica solebant. Sicq; marie anima de corpe exiit: & in ulnas filii aduolauit. Fuit q; tam a ꝺolore mortis extranea: sicut a corruptione carnis fuerat aliena. Dominus autem mandauit apostolis: ut corpus matris sue i uallem iosaphat tollerent: & in monumento nouo ibi ꝺe repto ponerent: ipsumq; triduo ibidem ꝺonec ad eos reuerteretꝰ expectarẽt. Statim aũt circũꝺarunt eam flores rosarum rosei scilicet cetus martyrum: & lilia conuallium agmina: uiꝺelicet angelorum confessorum & uirginum. Ad consensum quoq; ascenꝺentium: cetus qui remanserant concite obuiã processerunt: uiꝺentesq; regem regum: semine animam in ulnis ꝑpriis baiulantẽ: illaq; super eum innixam: que ista eẽt interrogãte admirantes ipsamq; matrem ꝺomini & regi nam celorum respondent eam comitantes. Sicq; in celum gaudens suscipitur: & a ꝺextris filii in throno collocatur. Apostoli aũt eius animam tanti candoris eẽ uiderunt: ut nulla mortalium lingua posset effari. Tres autem uirgines: que ibi erant: cum corpus lauandum spoliassent: tanta corpus eius claritate splenꝺuit: ut tangi quiꝺem ad lauanꝺum posset: sed minime uiꝺeri: que tamẽ ꝺiu lux resplenꝺuit: ꝺonec corpus totum fuit. ¶ Corpore ergo in pheretro posito pia contentio inter apostolos oritur: quis eoꝝ palmam ante loculum portare ꝺebeat. Desert ioannes petro propter apostolicam ꝺignitatem: petrus uero ioanni ꝓpter illibatam uirginitatem. Tandem omnium apostoloꝝ sententia ioanni palma traꝺitur ꝺeferenꝺa. Petrus autem & paulus pheretę eleuare cepe runt: & ceteri apostoli circa ipsum se posuerunt. Incepit petr⁹ canere: Exiit israel de egypto. & ꝺeliqui psalmum ꝺulciter psequuntur. Dominus quoq; pheretrum & apostolos nube contexit: ita ut auꝺiri quiꝺem possent: sed minime cerni. Affuerunt & angeli cum apostolis concinentes. Ad melodiam autem tota ciuitas excitat: & quid nam hoc sit omnibus ꝺeclaratur. Iuꝺei ad arma conc urrunt: ut corpus rapiant: iḋq; oꝺiose cõburant. Tũc princeps sacerꝺorum cum impetu manus ad loculum misit: ut ipm euertet: & corꝑ⁹ ad terrã ꝺeꝺucret: cui⁹ man⁹ subito aruerit: & lectulo pẽꝺẽtes aꝺhesunt.

Reliquus uero populus ab angelo cecitate purgatus est. Cum autē princeps sacerdotū petri auxilium inuocaret. Petrus ei rndit: q̄ si maria dei esse genitricē confiteret: ei⁹ suffragium postulās continuo sanaret. Qui cū se credere rndisset: manus ei⁹ a pheretro solute sunt: sed tamen in eis ariditas permansit donec corpus deosculās intergam sanitatem recepit. Tūc de petri pfilio palmā princeps ille accepit: & singulos de populo tetigit: & qcūq; in uirginē credidit uisum recupauit: qui autē credere noluit cecus permansit. Corpus igit marie apostoli i monumēto statuto cōsiderunt: & iuxta illud triduo pseuerāt. ¶ Tertia uero die dñs cum angelor⁹ multitudine uenit: & apostolos salutans pacē eis nunciauit. Deinde eos interrogauit: qd eis uideret honorif sue genitrici pferēdū. Illi uero rnderunt: ut sicut ille deuicta morte regnabat: sic & matris corpusculū suscitaret: & ad sui dexterā collocaret. Quo annuente michael archangel⁹ marie aīmā p̄inuo pfectauit: eāq; dñs illico corpi reuniuit: statiq; corp⁹ de tumulo prodiit glorioſū: & a xpo assumit ad ethereū thalamū comitāte secuꝫ multitudine angelor⁹. Quod autem dicit de thoma q̄ abfuit: & resurrectionem uirginis credere noluit: zonā q; ipsi⁹ ex aere delapsaꝫ recepit: deluſorū & friuolā reputatur. Hec oia in libello p̄dicto licet apocrypho. ¶ Et notandū q̄ quis hieronym⁹ i sermone huius festi ad paulā & eustochiū asserere nō audeat: uirginē corporaliter assumptā: dicēs: tutius esse pie dubitare q̄ aliquid temere diffinire: ecclesia tamē hoc indubitanter tenere uidetur: & plurib⁹ rationibus cōprobatur. ¶ Prima quaq; sumit ex parte iustitie dei. Deus enī iudex est iustus librans merita singulor: & unicuiq; ad pdignum retribuens premia meritorum. Iccirco & resurrectionē corpor⁹ futurā ordinauit: ut sicut aīa cū corpore meruit uel deliquit: sic cum corpore p cipiat gaudia uel subſtineat tormenta. Illud ergo qd plus meruit plus debet habere de premio. Quō ergo corpus uirginis qd cunctis aliis plus meruit xp̄m ex se generando: plus aliis premiaf: si cum aliis corruptū in cineratur. Non ne dei iustitia depit: que corpus uirginis cum aliis scōr⁹ corporibus ultimam resurrectionē expectare facit. Et hec ratio ē damasceni. ¶ Secūda ratio sumitur ex pte doni i hac uita. f. i xpi natiuitate recepti. Nā cui conceditur maius debet p̄cedi & minus: maxime ubi respiciūt eundem finē: sicut cui conceditur regnum faciliter conceditur nobile uestimentum. Sed maius est sine corruptione carnis parere qd uirgini est collatū: qd est omnino excedens naturam & artem: q̄ carere corporis corruptiōe qd pōt fieri per artem. ¶ Tertia sumitur ex obligatione precepti. Cum enī lector legit q̄ nō debet facere contra legis preceptū: pueniens ē q̄ filius dei: qui legē dedit: non faciat contra sue legis mandatū. Sed credendū ē q̄ impleuit preceptū qd dedit de honore materno: sed hoc non ipleſſet nisi corp⁹ integrū seruasset. Nā fm augustinū putredo & uermis opprobriū ē humane p̄ditionis. Qui autē in aliquo subſtinet opprobriū nō honorat. ¶ Quarta sumitur ex conformitate uirginis ad corpus xpi. Nā idem locus debetur pti & tori nisi uiolenter alteg; impedia tur: qa fm philosophū. Idem est locus tori⁹ terre & glebe: totius ignis & scintille. Sed corpus xpi sumptū ē de corpore matris sue ergo utriq; idem locus debet. Corpus autē uirginis nulla uiolentia impediri potest: qa ibi est ubi corpus filii est. Et he p̄dicte tres rationes sunt augustini. ¶ Quinta sumitur per locum a simili: quia de similib⁹ idem est iudicium: sed deus trium puerorū corpora iter flāmas seruauit illesa. Ionam uiuum seruauit in uentre ceti: danielē in rabida fame leonum seruauit icolumē: cur ergo corpus matris nō seruabit icorruptū: Et hec ratio ē anselmi. ¶ Sexta sumitur per locū a minori: quia si de quo minus uidetur ineſſe & ineſt: & de quo magis. Sed minor ratio est q̄ corpora scōr⁹ qui cū xpo surrexerūt sint glorificata: & in eis perfecta resurrectio sit comple ta: q̄ q̄ corpus glorioſe uirginis sit ad celos assumptū. Et tamē in illis pfecta resurrectio pleta est: ut supra probatuꝫ est in historia resurrectionis dñi. vi. cal. aprilis: ergo multo fortius hoc p̄cludendum ē de resurrectione uirginis. Et hec ratio sumit ex dictis hieronymi in sermone p̄dicto. ¶ Septima & ultima ratio sumitur ex euidentia facti: quā rationem bernardus assignat dicens. Quoniā scōr⁹ corpora deus preciosa sublimauit: ut puta petri pauli & iacobi: tamq; glorioſo uenerabilia redditi: ut & ipīs deputet locus eorum uenerationi congruus: & ad ea mund⁹ properet uniuersus. Si igitur marie corpus super terram esse dicatur: cum nec deuota frequentet uisitatione fidelium: nec eidem locus deputetur honoris: nimis uidebitur christus honorem materni corpis cōtempſiſſe: cum tamen super terram aliorum sanctorum corpora sic honoret: unde & egregius quidam uersificator ait. Scandit ad ethera: uirgo puerpera uirgula ieſſe: non sine corpore sed sine tempore tendit ad esse. ¶ De uestimētis enim & capillis uirginis & de lacte ipsius in pluribus locis ostendit: de membris autem corporis uel minima pticula necubi repit: nec q̄ alicubi habeaf ab aliquo unq̄ asserit.

¶ De sancto tharsitio martyre. LXVI

THarsitius acolyth⁹ & martyr rome passus est sub psecutione ualeriani & galieni imperatoꝝ. Qui cum corpis xpi sacramenta portaret: tenentes eū pagani discutere ceperunt: ut quid gereret indicaret: at ille indignū iudicans porcis pdere margaritas: nequaq; uoluit detegere sacrosancta mysteria: quę fustibus ac lapidibus ꝯtra dū mactauerunt: quousq; spiritum exhalaret. Reuolutoq; eius exanimi corpore sacrilegi discussores: nihil in manibus eius: aut uestibus sacramentoꝝ christi inuenire potuerūt: sed relicto corpore cuꝫ terrore fugerunt: quod a xpianis sublatuꝫ: & uia apia in cemiterio calixti sepultum est. i8. calen. septębris.

¶ De scō ursatio pfessore. LXVII

VRsatius cōfessor claruit in nicea bithynie ciuitate. Hic eni genere persa: primū sub rege licinio cōfessor effect⁹: deinde solitariā uitam in turri ciuitatis ipsius agebat inclusus. Qui iter cetera signa: cum obsessus a diabolo gladio arrepto per urbem discurreret: cunctis fugientibus eidem sol⁹ occurrit: ꝙmq; a demonio liberauit. ¶ Draconem etiā ante nicomediam ciuitatē existentem: soloq; flatu homines pimentē of one sua de ualle productū leuiq; baculo capite percussum extinxit. ¶ Hic etiam niceā ciuitatē terremotu diruendā longe ante pdixit. Duꝫ autē dies terremotus aduenisset ad ecclesiā currens: & clericos admonens: ut pimineti periculo deū orarent: ab eis irrisus ad turrim rediit: prostratusq; in oratione cum lacrymis se dedit. Interea uero supueniente terremotu: pluribus oppressis: reliquis per montana dispersis: ursatius in turri mortuꝰ repert⁹ est: prius iacens: sicut orare solebat. Sermo tame est: ꝙ deū orasset: ut prius uitā finiret: ꝙ uideret excidium ciuitatis. Omnis aūt urbis structura ex illo terremotu diruit: sola turris in qua sanct⁹ orabat: pmanit. Quieuit in pace. i7. calē. septębris.

¶ De scō armulpho epo meten. LXVIII

ARmulphus epūs meten: ut ait petrus damiani: pater pipini fuit: & auus caroli magni imperatoris. Qui lotharingie ducatū tenens: uxore & filiis ac seculo derelictis eremum petiit: & solitariam uitā elegit: ueniens aūt ad pontē fluminis mosellę: auulum suum in aqua demersit tali ditione: ut quādocūq; ipm reciperet: se a dño intelligeret peccatis oibus absolutum: indeq; in eremo mundo mortuus deo uixit. ¶ Defuncto aūt meten epo in pontificē elect⁹ est. Dūq; piscis eidem ad edendū fuisset oblatus exenterato pisce anulus eiꝰ i uentre repertus est: cū tamē p duas dietas a loco ubi anulū dese cerat: piscis captus esset. Intelligens aūt ſa ct⁹ peccata sua sibi dimissa: nihilominus penitētie operibus arti⁹ insudauit: pauperibus large ministrauit: & multis miraculis claruit. Nam in diebꝰ rogationū ad pcessionē tendens: demoniacū liberauit: leprosum quendam barbaꝝ in domo susceptū ad xpm conuertit: quē baptizans spū piter & carne mūdauit. ¶ Ciuitatē suam incendio pene totam flagrantē: dū omēs ausugerent: ipse se igni obiiciens signo crucis edito flāmas cōpescuit: & ulterius pcedere nō pmisit. Quo die p uisum quidā lōge pstitutus crucē igneaꝫ in aere pspexit: audita uoce ꝙ tali signo meten ciuitas per armulphū ab incendio fuerat liberata. ¶ Tandem uir dñi famā populi fugiens eremū repetiit: & cū aliquib⁹ monachis deo seruiuit: successore sibi georico ordinato: ubi & post tēpus modicū i pace quieuit i7. calē. septębris. Successor autē⁹ eiꝰ obitu ipsi⁹ cognito cū clero & populo locū adiit: & sanctū corpus ad suam ciuitatem transferens in ecclesia apostoloꝝ ꝑdidit: ubi & qescit signis effulgens.

¶ De scā serena regina. LXIX

SErena regina uxor quondā diocletiani augusti a sacto cyriaco martyre cōuersa & baptizata ē: quia filiā eius artemiam a demonio liberauit: ut supra dictū est in passione cyriaci. 6. id⁹ augusti. Que uidēs psecutionē dirā xpianoꝝ: quā uir eiꝰ exercebat: que p anos. x. duraueratita ut infra dies. 30. per diuersas puincias. i7. milia martyrio coronarentꝰ & in phrygia ciuitas una xpianoꝝ undiq; cōclusa ne ullꝰ euadere possetsigne cū oibꝰ cremata fuisset: uidēs quoq; susanna neptē eiꝰ passa: & alia mala que sibāt: dolore cruciata & febre correpta i pfessione dñi migrauit ad xpm. i7. cal. septębr. sepulta a xpianis iuxta corpꝰ susane i crypta.

¶ De scā artemia uirgine & martyre. LXX

ARtemia uirgo rome passa ē sub maximiano filio diocletiani fratre suo: filia nāq; diocletiani fuit & serene auguste. Que cum eēt ab immundo spiritu obsessa a sacto cyriaco martyre liberata & baptizata ē: ut supra in passiōe dei martyris actū est. 6. id⁹ augusti. Post morte aūt diocletiani: cuꝫ maximianus filius eiꝰ in impium sublimat⁹ eēt: xpianosꝙ plequeret: cyriacū quidē cū ejus sociis diuersis suppliciis martyrizauit. Artemiam uero sororem suam gladio i xpi pfessione necari fecit: que iuxta matrē & pobrinam sepulta est: cuius: qa dies passionis ignorat: passio eius recte matri subiicit.

¶ De scis liberato abba. & sociis mr. LXXI

Liberatus abbas: bonifaci⁹ diaconus: seruius: & rusticus subdiaconi: rogatus: septimus: & seuerus monachi: & maximus puer apud aphricā p̄secutione uandalica sub hunerico fge passi sūt: q ex territorio ciuitatis caprosen mōasterio abstracti: & carthaginē ducti: primo sūt custodie mācipati ferro uincti: deiñ nuī ipositi fuerūt: māib⁹ ac pedibus ligatis: ipsaq; naucula siccis lignis impleta: igne immisso ut cremarent. Sed diuino nutu ignis extinct⁹ sepiusq; renouatus semper deficiebat. Demum remoq; uectibus mactati cerebris excussis extincti sunt. Corpora uero i mare iactata: sed diuina dispensatione littori euecta i mōasterio ptiguo loco basilice qđ dicit celerine: a xp̄ianis sepulta sunt: ut uictor scribit aphrican⁹. Qui passi sunt. xvi. cal. septēbris.

¶ De scō mámete martyre. LXXII.

Mmmes puer. 7. ānoꝝ apud cesaream cappadocie tpe aureliani ipatoris & p̄sidis antiochi passus est. Qui desūctib⁹ pentibus p̄secutionem fugiens i siluā secessit: ubi orationi iugiter uacabat: & de lacte suaꝝ ouium se pascebat. Sed admonitus de celo i campū descendit: ibiq; codicē euangeliorꝝ & baculū reppit: quib⁹ assūptis i mōtē ascendit. Et dum lectioni iſisteret: ferarus multitudo ad eus puenit: quib⁹ mālue facturis de lacte ipsaq; scūs emūgebat: de quibus ad refectionē sui utebatur. Residuū uero cum ad portā ciuitatis cesaree ad uendēdū deferret: ut precium pauperib⁹ erogaret. Alexander preses hoc audiēs: misit ad eus duos milites capiendum. Quos ille in domū suā adducens benigne refecit. Dūq; illi ajalia feroc ia ad eū uenientia p̄spexissent territi fuerūt. Scūs uero mámes eos secutus ē: corā p̄side se p̄fitans: & asserens xp̄ianū. Qué preses detentum iussit i equuleo iuspēdi & torquēri: deinde in carcerē recludi: ubi plusq̄. 40. xp̄ianos reppit fame deficētes: ueḡ orante puero columba de celo aduolans lac & mel attulit: quibus illos scūs refecit: & apto carceris hostio uectib⁹ p̄fractis omnes emisit. Quod audiēs preses mámete i caminū ignis mitti fecit. Igne uero bis extincto bisq; renouato: dū flāmis deficientibus illesus exisset: bestiis subiicitur: sed ab his intact⁹ minime leditur. Amphitheatro quoq; ab angelis inclusō: ut nemo exire posset: leo soueā egressus: multos iudeoꝝ ac gentiliū interemit: q & humana uoce locutus est. Hec a deo se iuſſum facere in ultionem xp̄i militis mámetis. deniq; iubente scō leo solum p̄sidē cū omni officio suo illesum dimisit. Tandē sanctus martyr cū lapidibus obrutus maneret illesus: ab angelis de celo uocatus emisit spiritum. xvi. cal. septēbris.

¶ De scā helena regina. LXXIII.

Elena regina mater fuit ip̄atoris constantini magni. Que sicut in hist̄oria britonuꝝ legit: quam ioānes ueroneñ in sua chronica ponit: filia fuit cloelis ḡis britānie. Cum enī iā britones xp̄i fidem suscepissent tp̄e: uidelicet eleutherii pape. Helena a patre suo i fide edocta: non tñ baptizata: eo q̄ de his que audierat dubitaret: ut tñ ea ura cē ex parte aliqua ꝓbarꝛet: audiēs miracula que rome fiebāt p merita apostoloꝝ petri & pauli: dū a patre pegrinādi romā licentiam obtinere non posset: desiderio peregrinatiōis accensa cū unica ancilla fidelissima clam inde discessit: & mutato habitu romā uenit. Quā constantius ip̄erator uidens eius nimia pulchritudine allectus amauit: & ut pegrina raptā ad se introduxit. eamq; carnaliter cognouit: ac plurib⁹ diebꝫ secū habuit. Sed uolentē omnino abire pegnātē dimisit: que nec patrē ei nec patriā indicare uoluit. Et cū multos sibi thesauros offeret nihil acceptauit: sed solum anulū eius suscepit. Inde igit discedens habitu iduta uilissimo i uillam secessit: ubi cum ancilla sua morabatur: & de labore manuū suaꝝ uictū cō sequebatur. Erat q; i domo quadā que olim fuerat stabulū equoꝝ: unde & stabularia dicta est. ¶ Natū ergo pueꝝ ex p̄ris noie p̄stātinum uocauit. Qui cū sapiētia etate & uirtutibus creuisset: a uicinis mercatorib⁹ munerib⁹ allectus abductus ē. Et dū bizantiū que postmodū fuit p̄stantinopolis dicta nauigassent: simulatas litteras ex parte imperatoris regi bizantii offerunt: filiā eius filio imperatoris qué secū aduxerant petūt: ex hoc i peratoré pacé fecum habituꝝ ppetuo ꝓmittentes: cum dudum adinuicé discordiam habuissent. Quod rex bizantii facere omnino curauit: filiāq; suam i ꝓiugem iuuenī tradidit: thesaurosq; maximos & seruos & ancillas eidem dedit. Mater uero filiā suā diploidē gēmis ifinitī ualoris plēa induit: ut si qñ cāus aduersus occurreret: exinde sibi in necessitatib⁹ suis prouidere posset. Redeuntes aūt mercatores insulam maris appulerunt: in qua constantinū cū uxore dormitātes dimiserunt: familiā eoꝝ interfecerunt: & omnē thesaurum abstulerunt. Illi aūt excitati hoc uidentes amarissime flebant. Puella iuuenē interrogat si uere filius imperatoris eēt: eo q̄ de hoc aliquātulū dubitaret. Ille uero se matrem habere romanā pauperem respondit. Patrē uero suum quis esset omnino ignorare se dicit. Qué illa ꝓtans diploidē cū

gēmis pducit:illi uero die sequenti a roma nis nauigantib⁹ assumpti:simulantes se nau fragio in insula deiectos romā reperunt: & ad domū matris pstātini tendunt. Iuuenis āt se & cōiugem matri psentauit:omia que sibi contigerant narrauit: & diploidem cū gemmis rradidit. Tunc de cōmuni pilio urbem adeunt:palatium emunt. & nobilē uitam ducunt. Cōstantin⁹ uero armis exercitabatur & in omnib⁹ famosus & cunctis amabilis habebat. ¶ Cum aūt die quadam in quodam torneamento plures pstrasset:& obus igno tus esset:cuꝫ ipso imp̄atore pgreditur:& cū ip̄m ad terram deiecisset:& impator ei⁹ stre nuitatem p̄sideras:ip̄m q̄plurimū honorat set:illum de pgenie sua interrogauit. Ille ue ro patrem suū ignorare se dixit: matrem ue ro helenā ad imp̄atorem adduxit:que ab eo dem uix cognita:& secreti⁹ interrogata:he lenam se esse dixit:patrem suum ac patriam prodidit:omesq; suos euentus pandit:con stantinū quoq; imperatoris filium esse asse ruit:& i signū hoꝝ anulū ei⁹ cesari pītauit. Quod audiens pstantius letus ultra modꝫ efficitur:& quia uxor nuper defuncta erat: helenā in cōiugem desponsauit:atq; cū rege bizātii matrimoniū p̄firmauit:eo q̄ mortuo orientis impium acquisiuit. Filiū quoq; suū pstantinum in cesarem ordinauit. Quo defū cto eidem pstantinus in imperium successit. Helena autem bizantii existens a iudeis cir cūuenta xp̄m in qué adhuc plene nō crede bat:cū neq; baptismū accepisset reliquit:& iudaismū accepit. ¶ Postq; aūt pstantinus a scō siluestro baptizat⁹ est: & a lepra munda tus:& post disputationē habitā de fide inter iudeos & siluestꝝ:& ipsa quoq; helena puer sa est ad xp̄m:ut habitum est supra in gestis siluestri pape pridie calen. ianuarii. ¶ Post hec aut helena amore passionis dñi ajata hie rosolymā perrexit:& crucē dominicā requi siuit. Sanctū quoq; quiriacū: q̄ prius iudas est uocatus hierosolymoꝝ epm ordinauit: partē quoq; dñice crucis pstantinopolim ad filium suū imp̄atorem attulit:partē uero in hierusalē dimisit:ut hec oja acta sunt supra in hystoria de inuētiōe scē crucis. v. nonā maii Ipsa uero bta helena opibus pietatis & reli gionis instudens:octogesimū etatis annum agens in sanctitate uite in pace quieuit apud urbē romā. ix. calē. septēb⁹. Sepultaq; est in eccl̄ia scōꝝ marcellini & petri. Cuius cor pus fili⁹ ei⁹ pstantinus imp̄ator inde pstanti nopolim transtulisse dr̄: postq; ad ipsā urbē habitaturus accessit. ¶ In tēporis uero pces su de ipsa urbe regia a uenetis translatū esse fertur uenetias ipsum corpus: & sepultū ia cet in monasterio suo nomini edificato.

¶ De scō agapito martyre. LXXIIII

AGapitus martyr passus est apud ciuitatē p̄nestinā sub aureliano imp̄atore p̄side uero antiocho qui a scō porphyrio martyre e nutritus & in side doct⁹: cū esset annorū. ix. & amore xp̄i martyrio ferueret: sponte se imp̄atori in urbe obtulit:& se xp̄a num uiua uoce asseruit. Iussu ergo imp̄ato ris tētus & neruis crudis duriss̄ime cesus:de inde p̄sidi:ut ꝑ llereꝫ sacrificare tradit⁹ est Qui duriss̄imo carcere ip̄m iclusit:& per q̄t tuor dies cōsilū omnē negauit. Attulus uero siue anastasi⁹ corniculariꝰ eū custodiebat: & ab eo uerba uite audiens:pene in xp̄m cre debat:inde de carcere p̄sidi exhibit⁹: pru nas ardentes sup caput eius iussit imponi: & cum gras martyr deo ageret:flagellis ce ditur:& nud⁹ capite deorsum uersꝰ suspen ditur:atro subter eū fumo scōrꝝ oibusq; abeū tibus sic stare mandatur:donec in ipso cru ciatu deficeret. Mandatūq; est p̄ p̄side ut nullus oino ad eū accederet. ¶ Post dies aūt quattuor anastasi⁹ corniculariꝰ illuc acce dens:uidit eum solutū sup fumū ambulātē & p̄sallētē. Et puersus ad xp̄m hoc p̄sidi nū ciauit:quē preses carceri mācipauit: agapi tum uero iteꝝ detentum a quattuor sibi in uicem succedentibus flagellis cedi duriss̄i me iussit: deinde bullientem aquam super uentrem eius ministri diaboli effuderunt:& maxillas eius confregerunt. Interea preses subito de tribunali suo cadēs a mīstris colle ctus:& in lecto reclinatus est:& sentiens dei uirtutem in martyre post modicum tristem animam emisit. Quod cum imperatori nun ciatum esset:iussit agapitum ad ciuitatem p̄ nestinam duci:& ibidem in amphitheatro le onibus subici. Sed manusfacte fere ad lam bendum pedibus martyris se inclinauerūt. Quod uidentes sceleris ministri iussu impe ratoris tulerunt sanctum martyrem:& uene runt cōtra ciuitatem prenestinā miliario ab urbe uigesimo tertio:ubi sunt due colūne: & eum ibi gladio percusserunt. ix. calendas septembris. Cuius corpus a christianis se pultum est miliario primo ab urbe in sar cophago nouo ibi diuinitus inuento.

¶ De sanctis ioanne & crispo martyribus. LXXV

IOannes & crispus presbyteri ro me passi sūt sub diocletiano au gusto: Qui cum inundante per secutione ipsius imp̄atoris:mul ta sanctorum corpora officiosissime sepelis sent:& ipsi ab imp̄eratore tenti: gladioq; in christi confessione cesi:eorundem martyrū meritis & ipsi sociati:gaudia uite meruerūt is. calē. septembris:ut dicit ado.

¶ De scō magno & sociis mēib⁹. LXXVI

MAgnus mr passus ē in cesarea cappadocie tpre aureliani impatoris sub preside alexādro. Qui ex ipa ciuitate ortus: desūctis paretib⁹ xpianis: ipe in fide xpi cōstantissimus: dū oraret ad dñm: uoce sibi de celo lapsa ad martyriū p̄fortatur. Quā uocem cū audissent pagani eū tenuerunt: & in carcere concluserunt: & post dies quattuor p̄sidi eū obtulerūt. Qui sacrificare diis recusantem tradidit preses alexādro & zozimo sacerdotibus idoloꝝ: ut eum igne p̄sumerent. Qui miserunt eū i caminum ignis ardentis. Statiq; flāma extinguitur: & post dies .3. martyr xpi inde illesus educitur. Hoc preses audiēs caminum amplius accēdi fecit: & ipm iterū intromisit: ubi quinq; diebꝰ inclusus stetit. Flāma quoq; i duas ptes diuisa: ipe intactus omnino permānit. ¶ Post dies .v. accedentes milites: ut uel ossa eius inuenirent: audientes eū psallentem respexerūt: & quasi milia angeloꝝ cum eo uiderūt. In quoꝝ medio magnus inustus deū laudabat. Cū autē iussu p̄sidis eductꝰ eēt: & xpi uirtutē preses magie deputarer. Iussit eū in amphitheatrū duci & feras ei laxari. Et prio qdē ursa pessima ad eum dimissa: in terrā prostrata pedes illius lingebat. Deinde leopardus exiliēs collū eiꝰ amplexus lingua sudoꝝ uultus eiꝰ exterge bat. Tertio leo ferocissimꝰ & ingens a uenatoribꝰ captus itromissus ē. Et cū multitudo paganoꝝ eēt itra amphitheatrū: anteq; abirent: leo de manibꝰ uenatoꝝ p̄siliuit & in gētiles irruit. Angelus uero harenariū p̄cluſit ut nemo aufugere posset. Et laniante leone multitudiné paganoꝝ ad mādatū sci solus p̄ses cū officio suo illesus pmānsit: & leo ad cauam māsuetus rediit. Tūc exiēs preses oēs exire mādauit: & solū magnū ibidē dimisit: leonēq; dimitti fecit: qui ad pedes eius procidit & osculabatur eū. Quo uiso miraculo ✝. 2597. pagani in dño crediderūt. Qui oēs iussu alexādri p̄sidis decollati sūt. Deinde eo mādante gentiles populi scūm mīem tulerunt: & extra urbē eiectū lapidauerūt. Cūq; super eū aceruū lapidū iactassent: cumq; iam mortuū existimassent: subito mr xpi cū ctis audiētibus dñm orauit: ut susciper aiam eius in pace. Et statim emisit spiritū. Cuius corp' a xpianis in ipa ciuitate sepultꝰ est in sarcophago nouo. xiiii. cal. septembris. Martyrum uero aliorꝝ corpa iuxta muros urbis in cemiterio sunt tumulata.

¶ De scō ludouico epo or. mioꝝ. LXXVII

LUdouicus epꝰ tolosanus de ordine minoꝝ filius illustris regis caroli & regis roberti germanꝰ fuit. Qui cū eēt annoꝝ .xii. pro illustri domino carolo patri suo i catalonia obses fuit. Cui astiterūt fres minores: a quibus legē uite & disciplinę p̄cepit: uotumq; dño uouit: q; si de custodia dimitteret minoꝝ fratrum ordinē ingrederet: suiq; ginitatē quoq; suā dño perpetuo dedicauit. Sed post quadrieniū dimissus paterne hereditatis renunciare cupiēs: cepit mūdi cōtemptor esse: miroq; modo deo deuote seruire. Cūq; pater ei uellet i coniuges sororē regis francie tradere: omnino ptempsit: & extunc omnimode ordinē intrare disposuit. Quem fratres eius robertus & carolus martellus: totis uiribꝰ a proposito distrahebāt. Sed nil proficiētes eum clericari pmiserunt. Cū aūt ipm iam subdiacoū effectū papa uellet in epm promouere oino renuit. Cōtemplatiue aūt uite totus intentꝰ etiā actiue se exercens pauperibus largissime ministrabat. carnem quoq; mira pnia macerabat. ¶ Factus tādē frater minor i uigilia dñice natiuitatis & de licentia sūmi pontificis statim professus: eadem die per sūmum pontificē pnunciatus ē epꝰ tolosanus. Qui nō obstante q; eēt epus regularē ordinis p̄fessionē ad litterā mirabiliter obseruabat. Sicq; ecclesiā tolosanā uerbo piter instruēs & exemplo scitate pollēs: diēq; mortis sue ante triduū predicens anno dñi .1295. i4. cal. septēbris cum eēt annoꝝ .55. feliciter emisit spiritū. Sepultusq; e mīssilie iuxta qd decreuerat miraculis clarus. ¶ Anno autē dñi .1319. de mandato pape ioannis xxii. corpus eiꝰ de terra leuatum est: & cap sa argentea honorifice cōditum: presente rege roberto eiꝰ fratre: & multis p̄latis ac clericis & populis infinitis. In cuius trāslatiōe quinq; mortui redierunt ad uitā: & multi infirmi a diuersis langoribꝰ sanati sunt.

¶ De scō donato p̄sbytero. LXXVIII.

DOnatus p̄sbyter apud pagum sigistricum galliaꝝ claruit. Qui ex urbe aurelianēsi ad eādē ciuitatem in mōte qui dicit itura aduenies: anachoritica uita multis annis exegit: multisq; miraculis floruit. Qui inter cetera draconē terribilē sua oratione i de fugatum extinxisse fertur. Cūq; dies uocationis eius istaret: aduenīente abbate mario diuinit' admonitꝰ ut ad eum accederet. Inter uerba orationis migrauit ad xpm: ab eo dem patre ibidē sepultus. i4. cal. septēbris.

¶ De scō iulio senatore & mre. LXXIX.

VIius senator & mr rome passus est tēpore cōmodi ipatoris. Qui audita predicatiōe scōꝝ eusebii: uincentii: pegrini: & potentiani de quibꝰ dicet infra. viii. calē. septembris: puersus est ad xpm: & a ruffino p̄sbytero cum omni domo sua baptizatus. Cūq; omnia sua pauperibus eroga sset: dum xpm

ꝓfiteꝛ: a cesare detentus & exanimat⁹: atq; magistro peditum uitellio traditus est: qui ab eodem in custodia dieb⁹ pluribus reclusus: ide educt⁹: cū sacrificare nollet: tam diu fustibus est cesus: donec ſpiritum emitteret. Cui⁹ corp⁹ ante amphitheatꝝ dimissum: eu sebius & ceteri predicti martyres sepelierūt in cemeterio calepodii. qui passus est. i4. calen. septembris.

¶ De scō heli sacerdote. LXXX

HEli sacerdos & iudex israel un⁹ & ultimus fuit inter iudices populi dei: qui ecclesiastici .xlvi. capitulo in scōꝝ patꝝ ueteris testamenti catalogo numerantur. Qui quāuis ex eo ꝙ remissus fuit i filios suos malos & preuaricatores legis dñi corrigēdos tēporali pena mortis subite a deo punitus fuerit: quia tamē in se bonus & sanct⁹ extitit: credendū est: ꝙ sue sāctitatis premia eternaliter nō amisit. Hic cum eēt de genere aaron sacerdos & iudex in israel: coram arca domini in tabernaculo ministrabat in silo. Ipse quoq; pdixit anne uxori helchane: que sterilis fuerat: filium ex ea nasciturꝝ: ut traduntꝫ hebrei: quē illa uouit dño se daturam. Cum autē heli duos haberet filios ophim & phinees: qui dñm nescientes partem sacerdotalē de sacrificiis anteq; adoleret: adipē tollebant ab offerentibus crudū cōtra legē dei ut lautius sibi pararēt eū: quod nō erat portio sed rapina: dormierunt etiā cum mulieribus obseruantib⁹ ad hostiū tabernaculi: & eas que uenerant ad purificandū polluebāt. Pater eoꝝ hoc agnoscens: tepide eos redarguebat: ꝑpter quod per uiꝝ dei reprobatus est a dño: ne sacerdotio dom⁹ ei⁹ fungeret: & tēporali pena puniend⁹ ꝓmittitur: ut ipse mala morte cū filiis suis periret. ¶ Et cum heli ad talē dei cōminatiōē quasi reddere⁹ tur incredulus: ꝑsidens de magna misericordia dñi. Et samuel adhuc puer oblatus dño a pentibus corā heli i tabernaculo ministrabat: & heli iam senex esset: apparuit deus samueli: eūq; tertio uocauit: ac eidem pdixit: ꝙ quicquid heli sacerdoti cōminat⁹ fuerat: ad litteram adimpleret: ut diceē infra: cū de samuele ageē. Quod ipse samuel heli interroganti p oia rettulit. ¶ Cūq; philistei in p̄lium cōtra israel ꝓgredi uenissent: & quatuor milia ex eis occidissent: & seniores israel hoc egre ferentes ad inuicē ꝓsilium habuissent: arcam dñi de silo in prelium secū tulerunt: & cum duob⁹ filiis heli arcam comitantib⁹ ꝓtra philisteos iuerūt. Videntes aūt philistei arcā dñi timuerūt: sed acri⁹ ex hoc pugnantes israelitas fugere ꝑpulerunt: & ex eis. xxx. milia occiderunt: arca quoq; dei capta est: & duo filii heli mortui sunt. Heli aūt sacerdos p̄ senectute cecutiens sedebat ꝓtra uiam: que ducit ad castra. Et cū audisset nūcium: qui de ꝓlio fugerat: ꝙ populus cesus eēt: & duo filii eius interfecti: siluit: & patiēter tulit. Cum aūt audisset arcā captā: propter dei reuerentiam moleste tulit: & cadens de sella retrorsum fractis ceruicibus expira uit. Iudicauit aūt israel. 40. annis: & sepul⁹ est in sepulchro patꝝ suoꝝ: cuiusq; dies obitus certus nō habet: de samuele ei⁹ discipulo dicit⁹ ipm ꝓmisi: quoꝝ ad inuices gesta continuant. Hec ex primo libro regū a principio usq; ad capitulū quartum: & ex dictis iosephi & hieronymi atq; ex historia scholastica sumpta.

¶ De scis helchana & āna ei⁹ uxore. LXXXI

HElchana uir iust⁹ & āna ei⁹ uxor samuelis ꝓphete parentes inter sanctos priscі tēporis a iosepho & hieronymo ꝓputanē: quorum laus tam ex primo libro regum q̄ ex benedicta eoꝝ ꝓle suscepta pcipit. Fuit aūt helchana de ramathaim ſiue ramatha: que in euāgelio dr̄ arimathia: que sita est in mōte effraim: & fuit de ſtuar auunculo moysi ꝑ chore descendens: & sic ꝑ patrem fuit de tribu leui: ꝑ matrem uero de tribu iuda. Habuit quoq; duas uxores uidelicet fenenā fecundam & annā sterilē: & cū esset anna pulchrior: & uir eā diligeret: fennena ei inuidēs exprobrabat ei: & obiiciebat sterilitatē. Et cum de more suo ascenderet debito tpe helchana: ut imolaret dño in silo: ubi tūc erat arca dei: que i tabernaculo seruabat: & quo dam tēpore ipse helchana cū ambabus uxoribus ascendisset: & filios ac filias quos habebat de fenena secū duxisset. Anna tristis pro sterilitate ad fores tabernaculi egressa orauit ad dñm ꝑ ꝓle habenda: & uotum uouit: ꝙ si de⁹ sibi masculū largireē: ꝙ faceret ipm nazarenū: & altaris ministerio ꝑpetuo deputaret. ¶ Et cū heli sacerdos eā orantē obseruasset: & tristitie eius causam audisset: diuino ſpiritu eidem prenūciauit: ꝙ deus exaudisset eam: que ex ꝓmissiōe sacerdotali secura iam de ſobole facta ē: & reuersa cū uiro i domū ſuam ꝓcepit: & pepit filium: uocauit q; nomē eius samuel: eo ꝙ a dño postulass eū. Nec ascēdit mulier cum uiro in silo: donec ablactaret filium. Et cum ipm ablactasset: uidelicet cum eēt annoꝝ. i2. adduxit eū cum muneribus in silo: & obtulerunt eum parētes heli: ut eēt minister in ꝓspectu dñi: ꝓm uotum quod emisat eius mater. ¶ Et nota ꝙ fūt tres ablactiones. Prima a lacte mā mille: que fit in tertio anno. Secunda a lacte infantie: que fit i septimo. Tertia a lacte pueritie: que fit in decimo. Et sic amouet puer a lacte: a pedagogo: a timore. In hac uero

tertia ablactatiõe samuel deo oblat⁹ é: quasi iam idoneus ad seruiendũ. Post hec uero anna habuit tres alios filios & duas filias: qđ deus facere uoluit: ut filiũ quem quodãmodo ꝑm carnẽ pro deo amiserat: i alia sobole tripliceret: & p hoc ostẽdat: qa qđ deo con ceditur etiã in tẽporalib⁹ nõ amittit. Quieuerunt aũt in pace helchana & uxor eius anna & sepulti sunt in ciuitate sua in ramatha. Quibus aũt diebus migrauerũt expressum non habetur: & iccirco gestis filii eius cui⁹ solẽnitas sequitur: non imerito premittunt. Hec unde supra.

¶ De scõ samuele ppheta & iudice. LXXXII

ioannis celebrari: qua caput eius inuentū ē scilicet. 4. cal. septēbris. ¶ Ipm autē caput postmodū pstātinopoli trāslatū est. Nā ut i triptita habet cū ualens impator caput sanctum uehiculo iponitū pstantinopoli transferri iussisset: cū circa chalcedoniā ueniissent uehiculū nullatenus ulterius trahi potuit: ideo q; ipm ibidē dimittere coacti sunt. Sed cū postmodus theodosius ipm inde auferri uelle: uirginē quādam custodie capitis deputatā rogauit: ut sibi illud inde portare dimitteret. Illa aūt pfensit: credens q; sicut alias ita etiā tūc nō pmitteret se auferri: quod impator purpura sua optum pstantinopoli transtulit: & ibidē locato ecclesiā edificauit. Inde quoq; ad gallias apud pictauiā a pipino rege trāslatū est: ubi eius meritis mortui plures iusciati sunt. Quarto pp digiti ipius trāslatione: & ecclesie dedicatione. Digitus eni ille: ut dicit: quo dñm ondit: nunq; pbuit potuit: q a predictis monachis reptus est: ipmq; scā thecla inter alpes trāstulit: & i ecclesia sci martini collocauit: ut in scholastica habetur. Ioānes beleth etiam dicit: q; predicta scā thecla ipm digitū de ultra marinis ptibus attulit: & in romaniā portauit. Ibidē q; ecclesiā i honorē baptiste fabricauit: quā ecclesiā hac die quidā dedicatam asserunt: & iccirco tale festū. 4. cal. septēbris celebrare ceperunt.

¶ De scā sabina martyre. CXXXIII.

Sabina mr̄ rome passa ē tempore hadriani ipatoris sub pfecto urbis elpidio. Hec fuit uxor cuiusdam preclarissimi ualentini: & filia herodis metallarii. Que a scā seraphia uirgine puersa est ad dñm. Cui⁹ ēt corpus sepeliuit ipa sabina: ut dicet infra in in passione seraphie. 3. non. septēbris. Et p⁹ martyriū eius beata sabina anno ferē integro elemosynis & refectionib⁹ pauperū instūdum it. Demū a pfecto urbis elpidio pprehensa cōpellebatur: ut xpm negaret: & idolis immolaret. Que cū se soli xpo deo uero & nō demoniis sacrificaturā diceret. Iussu nequissimi pfecti decollat: & facultates eius omnes fisco applicantur. Cui⁹ corp⁹ a xpianis sepultum est in oppido uendiensi ad arcum faustini. 4. cal. septembris: ubi ipsa corpus seraphie uirginis posuerat.

¶ De sanctis sauinião martyre & sauina uirgine. CXXXIIII.

Sauinianus mr̄ & sauina uirgo ciuitate trechas uenerāt. Hi nobilissimi uiri sauini: sed gentilis filii fuerunt: qui de prima uxore sauinianū genuit: de ſa coniuge sauinā procreauit. Sauinian⁹ aūt legens uersum illum. Aſpges me ꝛc. & intelligere nolens: in cinere & cilicio prostrat⁹ iacebat: dicēs se malle mori: q; non intelligere sensus uerbi. Cui appuit angelus dñi: et q; dixit: q; si baptizari uellet: niue candidior fieret: & tunc: qđ quereb at intelligeret. Ex inde igit idola cōtemnēs de ciuitate aufugit: & ad urbem trechasinā deuenit. Et cū ad fluuiū se, quane uenisset a presbytero xpiano baptizatus ē: & uoce celica cōfortatus: qa tunc qđ dudū quesiuerat inuēisset. Statimq; baculū suum i terra fixit: & pfesti frondes ac flores produxit. Quo uiso miraculo. tic8. uiri i dño crediderūt. Audiēs hec aurelianus imperator ad ipm capiēdus milites misit. Qui eū orantē inuenientes ad eum accedere timuerunt. Misit iteq; plures priorib⁹: qui cū orate orauerūt: & ut secum ad augustū accederet: solis precibus impetrarunt. Qui cū uenisset & sacrificare nollet. Imperator eū manibus ac pedibus uinctū iussit uirgis ferreis cedi. Deinde super scamnū eneū ligari: & igna ac oleum supponi: & incendio cremari. Et cum in medio flāme illesus oraret: & hec aurelianus magie attribueret: in crastino fecit eū ad stipitē ligari: & a militibus sagittari: sagitte uero a lateribus eius i aere suspendebantur: & a nulla ipaq; mr̄ dñi ledebatur. Et cum iperator ad spectaculū istud accederet: una ex sagittis regem i oculo pcussit: & penit⁹ excecauit: unde iratus impator iussit eū in carcere recipi & in crastino decollari. Sauinianus aūt orās ut ad locū ubi baptizatus fuerat trāsferretur: practis catenis & aptis hostiis per mediū militum illuc uenit. Et uidens milites se insequētes super aquam ut q; ad locū baptismi sui ambulauit. Et cū milites trasuadantes eū percutere formidaret: eos ut se ferirent conf̄ortauit: ac ut de sanguine suo regis oculum linirent: & statim uisus recuperaret. Percussus ergo caput suum lauauit: & passib⁹. 49. illud portauit. De cui⁹ sibi delato sanguine impator oculū tetigit & cōfestim uisum recepit. Quod audiens quidam qui antea per annos. 40. lumen amiserat ad locum se portari fecit: & protinus lumen recuperauit. Cuius corpus a xpianis ibidem sepultum est iuxta flumē. ¶ Sauina autem cum fratrem suū quotidie fleret: & p eo diis immolaret: tandem sibi in somnis angelus dominī apparuit: & eidem iussit ut domum suam relinqueret: & fratrem suū honoratissimū inueniret. Que euigilans collacta neam suam eandē uidisse uisionē audiuit. Ea tēter ergo ambe i crastino recesserunt. Que roma uenies fidē xpi suscepit: & ab eusebio papa baptizata: i uirginitate pmānit. In urbe quoq; duos cecos illuminauit: & duos paraliticos sanauit: deinde post annos quinq; angelica admonitiōe cū comite sua idē recessit: &

ad trechasinam ciuitatē deuenit. Et cum in urbe raucna ad domū cuiusdā diuitis quasi pegrine hospitium quererent: cuius filia q̄si mortua plāgebatur: pedissequa se excusare cepit: q̄ eas recipere nō poterat: qa sua dña in extremis laborabat. Sauina aūt in xpo p̄fa intrauit: & puellam per manū apprehensam sanam erexit. Cum ergo iuxta trechas: ut ei angelus dixerat ad militare uenissent: & ambe p labore quescerēt: uir quendā noie ligerium nobilē de ciuitate uenientē sauina interrogauit: ubi nam frēm suum sauiniapum diu amissum inuenire posset. Qui ei eundem p xpo passum fuisse enārit: & locū sepulture demōstrauit. Ipsa uero ante tumulū fratris prostrata orauit ad dōm: ut susciperet i pace spiritum eius: & cōtinuo in xpo obdormiuit. Ad iustantiā ergo prefati nobilis omnes ciues ad eam cōcurrerunt: & corpus sancte iuxta corpus germani honorifice p̄diderūt: iuxta quos & postmodū p̄dicta collacanea eius sepulta est: quorus festum agitur quarto calendas septembris.

¶ De sanctis felice presbytero & adaucto martyribus. CXXXV

Elix p̄sbyter & adauctus martyres passi sunt in urbe sub diocletiano & maximiano impatoribꝫ prefecto & iudice draco: qui p̄fectus dū felicē presbyterꝫ teneri fecisset: & ad deoꝝ sacrificia inuitasset. illeq; sacrificare nullaten⁹ acquieuisset: iussit illū i equleo leuari: & dudū torqueri: deinde extra ciuitatē uia ostiēn duci: & ibideꝫ gladio capite truncari: corpus quoq; ei⁹ inhumatū lupis & canibꝫ derelinqui. Data sentētia obuius fuit ei quidā xpian⁹ hominibꝫ quidē incognitus: deo uero manifestus. Hic cū diuisset: q̄ btūs presbr iussus fuisset duci: se ex eadem lege & xpianū eē publice p̄clamauit. Mox & ipe ab officio apprehensus: piter dato sibi prius pacis osculo cum beato felice decollatus est. Hui⁹ nomen quia christiani nō inuenerunt: adauctum eum postmodum appellauerunt: eo q̄ sancto martyri felici auctus sit ad coronam: ipsiq; pro confessione fidei corona sit aucta: passi sunt autem tertio calendas septembris.

¶ De sanctis terentiano & flacco martyribus. CXXXVI

Erentianus epꝰ & flaccus martyres passi sunt tēpore hadriani imperatoris apud ciuitatē tudertū sub leciano pconsule tuscie: qui terentianū cōprehensum & sacrificare nolentem: deosq; demonia affirmātes lapidibus ore cōtundi fecit: & cum idola ei oblata cōminuisset: & sacerdos idolop in faciem suā corruisset: iussit pcōsul sanctum in equuleo leuari: & scorpionibus grauiter cedi: ignēq; ad latera eius apponi. Qui cū oia patienter toleraret: fecit lingua eius precidi & pedibus cōculcari: ille uero dū nihilominus xpm diserta uoce p̄diceret: pconsul mutus efficitur: ac si eius nō sci lingua p̄cisa fuisset: & annues manibꝫ: q̄ loquelā amiserat: post modicū expirauit. Luci⁹ uero & sauinꝰ ei⁹ assessores terentianū carceri mācipārūt. Altera uero die cū duceret ad sup. occurrit ei flaccus idolop sacerdos: qui cec⁹ effect⁹ fuerat: sed diuina reuelatione monitus erat: ut ad sanctū p lumine recupando recursum haberet: quē sanct⁹ ad xpm cōuersum baptizauit: & illuminauit. Ambo igitur a militibus tenti sunt: & iuxta flumen secus mugr ciuitatis decollati. 3. calen. septembris. Quoq; corpora exupantius p̄sbyter & laurentia i somnis diuinitus admonita sepelierunt octauo miliario a ciuitate tuderto: in loco qui dicitur petroso.

¶ De sancto firmino epo. CXXXVII

Irminus epus ambianen⁹: que⁹ ab ambitu flumis ambianū dict⁹ ipse ciuitatis oriund⁹ filꝰ fuit fausti ani nobilissimi uiri: q̄ in honorē sci firmini martyris filiū suum firminū uocauit: de quo firmino martyre habet infra. 7. calē. octobr. Hic bone indolis puer etate pcedēte p incremēta uirtutū crescens: fact⁹ est epꝰ ciuitatis: q̄ populū uerbo & exēplo in uia salutis direxit: & ab oi gētilitatis errore urbem purgauit: atq; supra sepulchꝝ sci firmini maris ecclesiā dei genitrī eis pstruxit. & pfecrauit: in qua dū i die scō pasche celebraret: celis aptis palmā sibi de supius illampsam aspexit: & ab eo die ab oi carnis inquinamento & moru mūd⁹ pmānsit. Quienit in pace. 3. calen. septēbris: sepultus in ecclesia supradicta: cui succesit sancti honoratus: de quo. 17. calē. febr. & saluius: de quo. 5. idus ianuarii.

¶ De sco felice p̄sbro & p̄fes. CXXXVIII

Elix presbyter & confessor apud nolam ciuitatem campanie claruit: cuius pater hermias duos filios habens felicem & hermiam substantiam suam soli felici dereliquit: hermiam uero exheredauit. Felix uero omnes facultates fratri dimisit: & spiritualibus disciplinis se dedit: qui sub sancto maximo nolano episcopo officium lectoris deinde exorcistę gradum accepit: ac demū per alios ordines ad sacerdotii honorem puenit. Cum autē christianoꝝ persecutio deseuiret: maximus epꝰ iam senex ecclesiā suā felici p̄sbytero cōmendauit: & ad montū de serta secessit. Cūq; felix p̄dicationi iisisteret: a paganis detinetur: & in carcerem nudus

uinculatur: atq; restarū ei fragmina substernuntur. Nocte uero ipsi diuinitus lux effulsit: angelusq; ei astitit: & de custodia ruptis catenis eduxit: atq; ad requiē duz eius epm ad mōtana transmisit. Qué dudū requisitū: felix tandē fame deficiētem iuenit: & ex dolore tristis igemuit: quia nec unde calefaceret senē algentē habebat: nec unde aleret fame deficientē uidebat. Cui xps mox orāti subuenit: qui de spinosis sentib⁹ media hyeme uuā produxit. Cuius liquoré sup os senis expsit: moxq; ille resūptis faucib⁹ respirauit. Et postq; alter i alterius amplexus ruit: felix senioré i humeris suis tulit: & ad cellulā suaz perduxit atq; refecit. ¶ Et cū itez progrelsus xpm predicaret: & gregē dñi pfortaret: gentiles armati: ut eum caperēt domū eius circūdederunt. Qui egressus per medium illoz transiuit: ita ut eū uidentes nō agnoscerent: ipmq; quasi aliuz de felice iterrogarēt. Ad macerie ergo deserte locū declinauit: statimq; aditum tela ita aranea texit: ut nullus hominū illuc ingredi potuisse quis putaret: quādo unius muscę ipetum tremulus sinus aranee tele ferre nō posset. Sz post abcessuz hostium felix egressus ad domū cuiusdā uidue secreto puenit: & apud ipam aliquo tempore latitauit. Et dum ex nimia siccitate esti uo tēpore in eius puteo aqua defecisset: oran te scō pluuia larga descendit: & puteū abundanter replenit. Sicq; in eo ardoré fidei duplicauit: uez⁹ postq; ecclesie pax reddita est: pfessor dñi de latebris prodiit: & populum suaui predicationis eloquio i dño confortauit. Qui deo gras agebāt: q ipm quem extinctum putabāt in persecutione conseruasset.

¶ Cum aūt maxim⁹ eps ad dñm migrasset: populusq; omnis felicem in epm elegisset: ille oino epari recusauit: & quū presbyteruz elegi fecit. Sub quo & ipe presbyter meritis & uita laudabiliter uixit: & post lōgos agones in dño feliciter requieuit pridie cal. septembris. Cuius corpus apud nolam tumulatum iacet: & signis irradiat.

¶ De scō paulino epo & mre. CXXXIX.

Paulinus eps treuerēn & mr clauit tpe pstantii iaporis. Qui tē pore arriane iestatiōis a cōstantio prefato ob fidē catholicā exilio relegat⁹: & usq; ad morté pp xpi nomē hinc inde mutādo exilia fatigatus tandē apud phrygiā defūctus bte passionis coronā pcepit a dño pridie cal. septembris. Hec ado in martyrologio suo.

¶ De scō aristide pfesso. CXL.

Aristides pfessor claruit apd athenas sub hadriano imperore. Qui philosophus eloquētissim⁹ fuit: fide sapiētiaq; clarissim⁹: & xpiane religionis pietate imbutus. Hic hadriano principi librum apologeticum pro fidei nostre ratione conscripsit & obtulit: & q christus iesus solus esset deus coram ipso imperatore luculētissime perorauit: eo uidelicet tempore quo quadratus uir insignis libellū similem eidem cesari presentauit. Qui & in eadem ciuitate diem extremum in pace conclusit pridie cal. septēbris. Hec hieronymus in libro de uiris illustribus.

¶ De scō optato episcopo. CXLI.

Optatus episcopus milesitanus uitione aper claruit imperantib⁹ ualentiniano & ualēte augustis. Qui fidei pugil & doctor egregius aduersus donatiane partis calūniam libros. vi. edidit: in quibus donatistarum crimē falso in nos retorqueri asseruit. Qui & sanctitate & uita non infimus apud antiochenorū in pace quieuit pridie cal. septembris. Hec hieronymus ubi supra.

¶ Explicit liber septimus.

¶ Incipiūt capitula libri octaui.

De sancto iosue propheta & duce i
De sancto caleph ii
De sancta raab meretrice iii
De sancto othoniele iudice iiii
De scō haioth iudice v
De sanctis delbora prophetissa & barach iudicibus vi
De sancto gedeone iudice vii
De sancto thola iudice viii
De sancto iahir iudice ix
De sancto iepthe iudice x
De sancto abesan iudice xi
De sancto ahyalon iudice xii
De sancto abdone iudice xiii
De sancto sampsone iudice xiiii
De sancta ruth uidua xv
De sancta anna prophetissa xvi
De sancto prisco discipulo xvii
De sancto egidio abbate xviii
De sanctis duodecim fratribus martyribus xix
De sancto lupo episcopo xx
De sancto uiuardo episcopo xxi
De sancto bercario abbate & mre xxii
De sancto agilo abbate xxiii
De sancto antonino martyre xxiiii
De sancto mederico abbate xxv
De sancto cosma confessore xxvi
De sancto elpidio episcopo xxvii
De sancto elpidio abbate xxviii
De sanctis euphemia & sociabus uirginibus & martyribus xxix
De scā seraphia uirgine & martyre xxx

De ſancta plebe diſcipula xxxi
De ſco antidio epo & martyre xxxii
De ſcis antonino & ariſteo mſib⁹ xxxiii
De ſco moyſe ꝓpheta & duce xxxiiii
De ſco muſeo preſbytero xxxv
De ſancto marino pſſore xxxvi
De ſco marcello martyre xxxvii
De ſancto bertino abbate xxxviii
De ſco uictorino epo & martyre xxxix
De ſco uictorino pſſore xl
De ſancto zacharia ſacerdote xli
De ſancta zacharia ꝓpheta xlii
De ſco oneſiphoro diſcipulo xliii
De ſanctis donatiano preſidio & ſociis martyribus xliiii
De ſancto eleutgerio abbate xlv
De ſancto ioanne martyre xlvi
De ſancta regina uirgine & marty. xlvii
De ſancto euurcio epo xlviii
De ſco dunſtano epo xlix
De ſancto clodoaldo ꝓſbytero l
De natiuitate ſcē marie uirginis li
De ſanctis hadriano & ſociis martyribus lii
De ſco hadriano papa & pſſore liii
De ſancto corbiniano epo liiii
De ſanctis dorotheo & gorgonio martyribus lv
De ſancto dorotheo abbate lvi
De ſco ſergio papa & pſſore lvii
De ſancto audomaro epo lviii
De ſco hilario papa & pſſore lix
De ſanctis nemeliano & felice & ſociis martyribus lx
De ſanctis ſoſthene & uictore martyribus lxi
De ſanctis proto & hiacyntho martyribus lxii
De ſancto helia abbate lxiii
De ſancto helia alio abbate lxiiii
De ſancto uenerio abbate lxv
De ſco uenerio alio abbate lxvi
De tranſlatione corporis ſancti hermacore lxvii
De ſancto hiuentio epo lxviii
De ſancto hiuentio preſbro lxix
De ſancto niceta martyre lxx
De ſancta bona uirgine lxxi
De ſco philippo epo & martyre lxxii
De ſancto ligorio martyre lxxiii
De ſco amato abbate lxxiiii
De ſco maurilio epo lxxv
De exaltatiõe ſancte crucis lxxvi
De ſco cornelio papa & martyre lxxvii
De ſco cypriano epo & martyre lxxviii
De ſco tobia iuſto lxxix
De ſancta iudith uidua lxxx
De ſcā heſter regina lxxxi
De ſco nicomede preſbro & marty. lxxxii
De ſancto ualeriano martyre lxxxiii
De ſcā euphemia uirgie & martyre lxxxiiii
De ſcis lucia & geminiano mſib⁹ lxxxv
De ſco lampto epo & martyre lxxxvi
De ſco tharraſi pſſ. lxxxvii
De ſcis emiliano & hieremia mſib⁹ lxxxviii
De ſcis uictore & ſtephana mſib⁹ lxxxix
De ſco methodio epo & martyre xc
De ſco fereolo martyre xci
De ſancto flocello martyre xcii
De ſco ianuario epo & ſociis mſib⁹ xciii
De ſancto goderico epo xciiii
De ſcis peleo & nilo epis & mſib⁹ xcv
De ſcis felice & ſtantia mſibus xcvi
De ſanctis fauſta uirgine & euilaſio martyribus xcvii
De ſco priuato epo & martyre xcviii
De ſco eulogio preſbytero xcix
De ſco mattheo apſo & euāgeliſta c
De ſancta iphigenia uirgine ci
De ſanctis alexandro epo & herculiano martyribus cii
De ſcis mauritio & ſociis mſibus ciii
De ſancto ſiluano epo ciiii
De ſancto ſiluano abbate cv
De ſco ione preſbytero & martyre cvi
De ſco florentio preſbro cvii
De ſco ſantino epo. cviii
De ſco lino papa & martyre cix
De ſcā thecla uirgine & martyre cx
De ſco ſtantio pſſore cxi
De ſancto ſtantio epo cxii
De ſancto ſoſio martyre cxiii
De ſcā ſalaberga abbatiſſa cxiiii
De ꝓceptione ſci ioānis baptiſte cxv
De ſanctis andochio thyrſo & felice martyribus cxvi
De ſcis. 99. martyribus cxvii
De ſco cleopha diſcipulo cxviii
De ſco firmino preſbro & martyre cxix
De ſco herculiano martyre cxx
De ſanctis cypriano epo & iuſtina uirgine & martyre cxxi
De ſco euſebio papa & martyre cxxii
De ſanctis coſma & damiano & ſociis martyribus cxxiii
De ſcis florētio & hilario mſibus cxxiiii
De ſcis adulfo & ioāne mſibus cxxv
De ſancto forſeo epo cxxvi
De ſancto uincellao martyre cxxvii
De ſancto maximo martyre cxxviii
De ſco exuperantio epo cxxix
De dedicatione baſilice ſci michaelis archangeli cxxx
De ſco maximo epo cxxxi
De ſco hieronymo ꝓſbro & doctor cxxxii
De ſco antonino martyre cxxxiii
De ſanctis uictore & urſo mſibus cxxxiiii

¶Explicīt capitula octaui libri.

¶Incipit prologus libri octaui.

Ctau⁹ liber ꝓtis catalogi ꝓtinet gesta & passiões illoꝝ ſcoꝝ quo rū ſeſtiuitates occurrūt infra tps quo repetitat eccleſia propagatio nem filioꝝ qui fuerunt ipſius ec cleſie conſeruatores: quales fuerunt ſci ꝓfes ſores, Hoc aūt tēpus ē a calē. ſeptēbris uſq; ad cal. octobris. Et hoc ſub figura ſanctoꝝ: Iob: Tobie: Eſdre: Iudith: & Heſter: quorū tunc geſta recolunt: ꝓfeſſoꝝ patiētiā & ſanctitatem denotantia: qui i tribulatiõe poſiti: mundū carnem & diabolū triūpharunt. Ad ipſius igit ꝓpris feſta pertractanda tranſeundum eſt. ¶Et notandum q; qa oēs iudices i rael: qui fuerunt poſt moyſem ante reges ge neraliter i catalogo ſcoꝝ ueteris teſtamēti i diuina ſcriptura enumerant: & duorum ex ipſis ſolummodo: uidelicet ioſue filii nun & gedeonis: feſtum in cal. ſeptēbris recolitur: quo uidelicet die ipſi ambo diuerſis tempori bus quieuerunt: ut hieronymus ſcribit: reli quoꝝ aūt prothocoꝝ ſcoꝝ dies dormitionis necubi reperiunt: ſcelicet q̄ duoꝝ ꝑdictoꝝ rum geſta et reliquoꝝ iudicum: qui oēs ſan cti fuerūt i cal. ſeptembris ꝓſcribere uoluit: ut geſta eoꝝ: quoꝝ dies ſcirtus habeē: hiſtoriis ꝓſcioꝝ: quoꝝ dies hic agit: mērito co pulentur. Acta etiā quorūdā aliorū eiſdē tū dicibus ꝓtemporaneoꝝ: quoꝝ ſimiliter feſti uitates certos dies ñ habēt: ut raab: caleph: & ruth: prefatis iudicū hiſtoriis inſerendo.

¶Incipit liber octauus a cal. ſeptēbris uſq; ad calendas octobris.

¶De ſcō ioſue propheta & duce. Ca. I.

Oſue propheta & dux populi iſrael ſi lē nun alio noīe di ct⁹ ieſus filī naue de tribu effraī moy ſi prophete: & ducī eiuſdem populi in ducatu ſucceſſit: de quo dicē ſtra in eī⁹ feſto pridie nōñ ſe ptembris. Hic moy ſe defuncto cum po pulus eſſet ultra iordanē ꝓtra hiericho: lo quente ſibi dño mādauit populo ut ꝑparent ſe ad tranſeūdū iordanē. Miſitq; duos explo ratores de ſethim in hiericho: qui ſub ſimu latione fatuitatis explorauerunt terram: & ad domum raab meretricis declinauerunt: quos illa abſcōdit a facie nuncioꝝ regis hie richo querentium eos: & ꝑ mur⁹ nocte di miſit: ut dicē ſtra in eius legēda. Reuerſis ergo exploratoribus ad ioſue: tribus tranſa ctis dieb⁹ precepit ioſue ſacerdotib⁹: ut tol lerent arcam dei: & intrantes cū ea iordanē: omne populum precederent. Cūq; itraſſent ſacerdotes aquam quā penitus intr̄neabilem iuenerant: eo q; plus ſolito excreuiſſet: ſtete runt aque deſcendētes ad inſtar montis in tu meſcentes uſq; ad locum q; dicit ſarathan: ſi ſeriores uero aque in mare mortuū deſcēde runt: ſicq; ſiccato fluuio omnis populus per arenē alueū ptranſiuit. Tulitq; ioſue. xii. la pides de alueo i ſiccum: & alios. xii. de ſicco in alueū reportauit: in miraculi teſtimoniū. Et cū tranſiſſet populus reuerſe ſunt aque ad locuꝫ ſuū. Deinde ioſue filios populi: q; erāt in circuncciſi: dei mandato circūcidi iuſſit in galgalis. Et fecerunt ſase. 14. die meſis primi i cāpeſtrib⁹ hiericho: & comederunt de fru ctib⁹ terre: eo q; ſibi māna defeciſſet: quo p deſertū aliti fuerāt. 40. ānis. Poſt hec ioſue mādauit arcam dei. 7. dieb⁹ circūdūci circa muros hiericho: precedētib⁹. 7. ſacerdotib⁹ & clangētib⁹. 7. tubis: oiq; populo armato ſubſequēte. Septimo uero die poſt ſeptimā circuitionē uociferātib⁹ cūctis: muri hieri cho funditus corruerunt: & intrauit quiq; p locum q; contra ſe erāt: & interfecerunt oēs uiuentes in ea: & ꝑuaſterunt ea: & omnē ſu pellectilē eius: ſola raab cū domo ſua reſer uata. Mandauerat aūt dñs p ioſue ut nemo aliquid de hiericho tolleret: ſed oia uelut a nathemata igne ꝓsumerent. Achor aūt filius carmi de tribu iuda: latēter tulit regulā au reā & chlamydē coccineā ꝓtectā auro: & ab ſcōdit humo. Cū aūt miſiſſet ioſue tria milia uiroꝝ ad expugnādā ciuitatē hai ꝓcuſſi ſūt a uiris hazi & cecidēſt ex eis. 36. uiri. Cōrī ſtatuſq; ioſue orauit ad dñm. Cui dñs rndit q; non eēt cū populo donec mūdaretur ana thema. Iuſſitq; hoc ſorte ſcrutari. Ioſue aūt omni populo ꝓgregato ſortes miſit. Et pri mo p tribus inuenit ſors tribū iude: deinde p familias inuenit familiā zare: deide per do mos domū carmi: deinde per capita caput a chor: Qui confeſſus peccatum ſuū ab omni populo eſt lapidatus: & omnis domus eius interfecta: omniq; ſubſtantia eius exuſta. Quo facto ioſue de mandato dei aſcendit cō tra ciuitatem hai: ꝓtemq; exercitus in inſi diis collocauit poſt ciuitatē. Cuꝫ reliqua ue ro ꝓte ciuitatē agreſſus ē. Et cū aliq̄ diu pu gnaſſent populus cū ioſue terga uertentes: arte ſimularunt fugā. Rex aūt hai cū oī po pulo egreſſus eos inſecutus eſt. Et cū eos lō gius traxiſſent ab urbe: ſurrexerunt q; erāt in inſidiis: & ingreſſi ciuitatē nemine reſiſtē te eā incenderunt. Ioſue uero retrocedente & inſidiis ciuitate egreſſis: hoſtes ex utraq; ꝓte ꝑcuſi interfecti ſunt. Omniq; populus

inuentus in urbe occisus est: & ciuitas igne ꝓsumpta: omnia quoq; bona ciuitatis populo in predā diuisa sunt. Rex etiā ciuitatis hui⁹ patibulo suspensus interiit. ¶ Gabaonite uero uidentes: quod fecerat israel de duabus ciuitatib⁹: timuerunt ualde: & missis ad iosue & populū nunciis iniерūt cū eis fedus: quibus filii israel iuramento ꝓfederati sunt. Et facti sunt gabaonite eoꝝ serui ligno rum cęsores & aque portitores in perpetuū ¶ Adonisedech aūt rex hierusalē audiēs gabaonitas ꝓfederatos filiis israel: conuocatis secū quattuor regib⁹ amorreoꝝ obsedit gabaon. Quod audiēs iosue collecto exercitu repente irruit super eos: & uersi sunt in fugā per descensum bethoren. Misit deus grandinem sup eos: & plures occidit grādo q̄ gladius. Vidēs aūt iosue solē descēdētē ad occasum: & lunam ascendentē: timens ne beneficio noctis hostes euaderent: ꝓcepit soli ꝓtra gabaon & lune cōtra uallē hahilon: ne moueretur. Steteruntq; sol & luna spatio unius diei: nec fuit ante & postea tam longa dies. Tunc quoq; reges se absconderunt in spelūca maceda. Ad quoꝝ custodiam iosue uiros dimisit. Cesis quoq; & deletis oībus aduersariis: iosue quinq; reges pdūctos in patibulis suspendit. Eodem quoq; die percussit macedan i ore gladi⁹: postea uero uastauit lebnā & lachin: eglon & hebron: & dabir: & fuerus est ad castra in galgala. ¶ Iabin aūt rex assor ꝙgregatis. 24. regib⁹ cū turmis suis habentibus secū. ccc. milia armatoꝝ & .ii. milia curruum pugnauit cū iosue & populo israel: sed deuict⁹ est iabin & oēs sui occisi p ter eos qui se receperunt in urbes & castra munitissima. Fecerāt enim chananei plures munitiones peruallidas a die qua audiuerāt egressum israel de egypto aduersus eos: nec eas nisi longo tempore & graui labore obtinuerunt hebrei. Vastauit tamē iosue uniuersam circa regionem nulli etati parcēs aut sexui: & ditat⁹ est israel supra modū ex hostiū preda. Quintus aūt annus iam transierat: & iosue transtulit a galgalis locū tabernaculorum in silo: & illuc transtulit tabernaculū cum oi ornatu suo pro loci opportunitate. Et inde ꝓcedens in sichem cōstituit in monte ebal altare dño de lapidibus impoliris: offerens sup illud holocausta: scripsitq; sup eo deuteronomium: quod quidā intelligunt mandata deuteronomii: deinde rediit i silo. ¶ Post hec ꝓcessit iosue tribui iuda montana ad meridiem: que iam acquisierāt: sed nō dū sorte tradidit. Et raim quoq; cōcessit mōtana ad aquilonē: inter utrūq; ponēs dimidiam tribū manasse. His trib⁹ tantū cōmisit terram aliis in castra manentib⁹: tum qa belli cose erant: tum qa digniores. Sciebat enī iude regnū esse ꝓmissum: & manasse & effraim benedixisse iacob ꝓ beneficio ioseph patris eoꝝ. Dedit aūt effraim extra sorte agrum sichem: quem dederat iacob singulariter ioseph filio suo: & sepeliuit in eo ossa ioseph: que attulerat de egypto. Ipse eni iosue effraim⁹ erat. Dedit etiā caleph filio iephone hebron in possessionem: & quieuit terra a pliis ¶ Iteꝝ aūt cōuocauit iosue populū in silo: & assumpsit de singulis tribubus tres uiros ad ꝓsiderandū terrā: ut eam sorte diuideret: deditq; eis singulis. .io. uiros metiendi pitos: mandans ne ꝑm quantitatē terrām metirent sed ꝑm estimationē felicis terre. Qui circūeuntes terram & mēsurantes septimo mēse reuersi sunt ad eum in silo: Proiectisq; sortib⁹ Prima sors iude egressa est. Secunda symeonis. Tertia beniamin: que sors angustissima fuit ꝓpter terre sertilitatē. Quarta effraim. Quinta medie tribui manasse. Sexta isachar Septima zabulon. Octaua aser. Nona nepthalim. Vltima dan. Ruben autē & gad & dimidia alia tribus manasse uiuente moyse in sorte habuerant terrā galaad trans iordanē. Sed & leuitis sepauit. 48. ciuitates ad inhabitādū. Filii aūt ruben & gad & dimidia tribus manasse transeuntes iordanē in locū sortis hereditatis sue: edificauerunt iuxta iordanem ad tumulos altare mire magnitudinis: quod iosue & alii qui citra iordanē erant audientes: uoluerūt eos dispdere: & insurgere ꝓtra eos: putantes ꝙ altare erexissent: ut sup eo uictimas imolarent: quod nō licebat nisi sup altare tabernaculi. Sed ꝓ nuncios suos eisdē missos inuenerunt: ꝙ altare fecissēt: nō in sacrificiū sed in testimoniū: ne uideret alter popul⁹: eo ꝙ trans iordanē esset ex loco diuisus. Et sic inuentes eos recta habere intentionē ad dñm: retēti sunt & laudauerunt eos. ¶ Cū aūt iosue una cū populo iteꝝ i silo ꝙregato cū dño fed⁹ iuisset: omiaq; recte disposuisset: cū eēt annoꝝ .iio. in pace requiit Nā annoꝝ. 44. accessit ad moysē: & .40. ānis eidē in deserto seruiuit: & sic ꝑ ānos. 26. populum rexit: q & i dño obdormiuit calē. septhbris: & sepultus est in tamnathsara: que sita est in monte essraim. Hic eni uti uir sanctissimus ecclesiastici. 46. cap. & .2. macha. 2. cap. inter ueteris testamēti scōs spēali laude prędicat: & i aliis plerisq; dtuine scripture locis cōmendat. Hec de libro iosue: & ex chronicis iosephi & hieronymi: & petri comestoris: atq; guilelmi.

¶ De scō caleph. II

Aleph filī? iephone de tribu iuda uir sanct⁹: q ecclesiastici. 46. cap. & .2. mach. 2. inter scōs pricipi tēporis cōnumerat. Hic fuit unus ex .12. exploratorib⁹: quos

moyses de deserto pharam misit ad explorā
dum terrā ꝓmissiōis. Qui una cum iosue fi
lio nun de tribu effraim populū redtēs ꝓfor
tauit: ut ad terrā ipam pgerēt obtinēdā. Ce
teris pauore formidātib⁹: & filios israel de
terrētibus. Et murmurāte oi populo. Iura
uit dñs: q nemo illoꝝ qui ex egypto egressi
fuerāt a .20. ānis supra ad terrā ipam introi
rent: ꝑter duos ꝓnoatos uiros caleph: uide
licet & iosue: Quod & ita cōtigit: populo in
deserto .40. ānis morā trahēte: donec ois na
tio illa mortua est. Propter hoc meritum ca
leph non solū meruit reseruari: ut ad terrā
intraret promissam: sed i hebron possessionē
ꝑalē obtinuit. In quam ascendens tres filios
enach pcussit. Et ciuitatē dabir que pri⁹ uo
cabat cariathsepher. i. ciuitas lrāꝝ obsedit.
Quā cū inuenisset munitā: promisit: ut q pri
mus eā capet: daret ei filiā suā in uxorē. Et
accepit eā othoniel filius cenies frīs caleph
minor: qui & post iosue prim⁹ iudex fuit in
israel. Cui caleph natā axan in ꝓiugē dedit:
& urbē in possessionē cum agris irriguis ab
utraq; pte. Et post multos ānos caleph in se
nectute bona quieuit: & sepult⁹ est in hebrō
Hec unde supra.

¶ De scā raab meretrice. III

RAab meretrix cui scitas iacobi e
pistola ꝙo. ca. & ad hebr. xi. ꝓme
morat: i mūero scāꝝ mulieꝝ uete
ris testamenti ex ipo euangelio
matth. i. ca. ꝓnumerat. ¶ Ad hui⁹
domū declinauerūt uesꝑe duo exploratores
quos iosue misit ad ꝓsiderādū ciuitatē hieri
cho: ut supra dictū ē i gestis iosue. Hec erat
meretrix: ad quā ꝓsidentius: q̄si ad miscendū
secū: exploratores ingredi potuerūt: domus
q; eius ꝑfecta erat muro & porte ciuitatis. Cū
aūt rex hiericho de missis exploratorib⁹ au
disset: & q ingressi eēnt domū raab ꝓsilet:
misit ad eā: ut eos educeret. Que abscondit
eos in stipula lini quā siccabat supra murū
mētiēs eos egressos dū claudereť porta. Di
xit q; nūciis ut eos p uiā iordanis psequeren
tur: Tunc ascēdēs ad exploratores: narrauit
que dixerat nūciis regis petēs ab eis: ut quā
do deus traderet eis hiericho capiēdā ꝑser
uarent eam. Quod exploratores mulieri ꝓ
miserūt cū iuramento. Tunc dimisit eos mu
lier de fenestra ꝑ murū cū fune coccineo. De
dit; eis signū funē ipm in fenestra ligatū: ut
cū capetur ciuitas: ex signo populus cogno
sceret domū illā eē seruandā. Et dimissi nun
cii ad iosue redierūt: & ei: que gesta fuerāt:
narrauerūt. Iosue uero & maiores populi ꝓ
missione exploratoꝝ ratā habuerūt: unde &
capta hiericho atq; deleta: sola domus raab
cū omnib⁹ suis ītromissis ꝑseruata est. Quā
processū tpris salmon princeps tribus iude
duxit i uxorē: ex qua genuit booz: & ex qua
dei filius ſm carnē est ꝓpagatus. Et hec i co
lonia iudeoꝝ trāsīes laudabili fine queuit.

¶ De scō othoniele iudice. IIII.

OThoniel iudex fili⁹ cenies fratris
caleph supradicti de tribu iuda:
primus post iosue i israel iudica
uit. Nā cū iosue mortuo surrexis
sent alii in filiis israel: qui nō ui
derant uirtutes dñi: quas fecerat i diēb⁹ moy
si & iosue: fecerūt malū in cōspectu dñi: &
seruierūt baal: & astaroth: & diis terre: ꝑtra
xerunt; ꝓiugia cū alienigenis. Quāobrem
idignata diuinitas nō deleuit gētes de medio
eoꝝ: ut eēnt eis i aculeum & laborē. Tradi
ditq; eos deus in manus chusan rasathaim rē
gis mesopotamie & syrie: seruieruntq; ei. 8.
annis: & clamauerūt ad dñm: qui suscitauit
eis liberatorē othonielē: & suit dñs cū eo: &
pugnauit aduersus chusan rasathaim: & op
pressit eum: & liberauit populū. Quieuitq;
terra ꝑ annos .40. quib⁹ othoniel iudicauit
populū. Et mortuus ē othoniel i pace.

¶ De scō haioth iudice. V.

HAioth filius gerra filii gemini de
tribu effraim ſm guillelmū: ſm
uero comestorem de tribu benia
min: ꝓs iudex post iosue i israel
iudicauit: mortuo eni othoniele
eglon rex moab adiunctis sibi filiis amon &
amalech: trāsīes iordanē ꝑcussit filios israel:
& posuit idola sua i galgalis: ubi colebat eē
tabernaculū: fecitq; sibi domū i urbe palma
rum. i. hiericho: & seruierūt ei filii israel. 18.
annis: & clamauerūt ad dñm: qui suscitauit
eis haioth: qui utraq; manu ꝓ dextera ute
batur. Miserūtq; filii israel munera eglon re
gi ꝑ manū haioth: qui fecit sibi gladiū anci
pitem longitudinis palme unius man⁹: & ac
cinctus est eo i femore subter chlamydem.
Erat aūt eglon crassus nimis. Cūq; obtulis
set ei munera & discessisset ab eo cuꝫ sociis:
reuersus itē; solus ait ad regē: q̄ uerbū ha
beret ei secreto explicandū. Egressiſq; omi
bus qui cū rege erāt extēdit haioth manum
sinistrā: & tulit siccam de dextro femore: & i
fixit in uentrē ei⁹: nec eduxit eā: sed dimisit i
corpore. Clausiſq; hostiis ꝑ posticum egrel
sus fugit. Serui uero regis post longā morā
intrātes iuenerunt regē mortuū iacentē. Ve
nitq; haioth i sarath: & insonuit buccina in
mōte effraim & ꝓgregatus israel: descēderūt
cū eo ad iordanē: & uolētes trānsire morbi
tas ꝑcusserūt ex eis decē milia: et humiliat⁹
ē moab sub manu israel. Et quēit terra. 80.
ānis: quib⁹ haioth iudicauit: q & i pace mor
tuus ē senex: & post hec de philisteis uolen
tib⁹ ītrare israel: quidā sangar occidit ex eis
sexcentos uomere uno: nec tñ inter iudices

computatur: quia eodē anno uitam finiuit.

¶ De scā delbora prophetissa. VI

Delbora ppetissa de tribu effraim & uir ei⁹ barach siue laphidoth de neptalim tertii post iosue in israel iudicauerūt. Cum eni post mortē haioth filii israel fecissent malum in ꝓspectu dñi: tradidit eos domin⁹ in man⁹ iabin regis chanaam: qui regnabat in aser: & habuit quendā sisaram ducē exercitus sui. Ipse aut̄ habitabat in aseroth gentium: qui oppressit filios israel per annos uiginti: & clamauerunt ad dñm. Erat aūt delbora ꝓphetissa: que habitabat in monte effraim sub palma: & ascendebant ad eam filii israel ad querēdū iudicium. Que uiq; suū aduocans ex precepto dñi dixit ei: ut duceret exercitum in montē thabor cōtra sisarā ducem exercitus iabin. Qui assumptis pugnatorib⁹ decē milia ḋ nepthalin & zabulon cū ipsa delbora iuit in montē thabor. Sisara uero exercitum ꝑgregauit ad torrentem cisson ccc. miliū armatoq;. Descēdq; q; barach de monte cū suis stante delbora in monte ad orationē: perterruit dñs multitudinem sisare uento grandine niue & pluuia: que cadebāt in facies eoꝝ: ita ut arcus & fundibule inuti les fierent: & plurimi de equis & currib⁹ ex cussi conterebant. Sicq; cōuerso i fugam exercitu sisare: ipse de curru exiliens fugit ad domum cuiusdā mulieris noie iahel: quia habitabat in ualle senam iuxta cedes: que fugitem rogantēq; ut ipm celaret suscepit: & petenti poculum dedit lac: ut graui⁹ obdormiret. Dormienti uero clauu; pcussum malleo per utrūq; tempus īmisit: & in terram cōfixit: & barach post paululū uenienti ostendit. Barach uero exercitū ducēs usq; ad asor obuiū sibi regem iabin interfecit: & ciuitatē euertit. Et sic quieuit terra hebreoꝝ per annos quadraginta: quibus iudicauerunt delbora cum uiro suo barach: qui & in pace sepulti quieuerunt in terra effraim.

¶ De scō gedeone iudice. VII

Gedeon iudex filius ioas de tribu manasse: quart⁹ post iosue filios israel iudicauit. Cum eni israel i ꝓspectu dñi deliquissēt: tradidit eos de⁹ in manu madian septē annis. Cumq; clamassent ad dñm. Venit angel⁹ dñi: & sedit super quercus: que erat in effra. Ager aut̄ pertinebat ad ioas patrem gedeonis. Gedeon aūt timens aduentum hostium: excutiebat frumenta i torculari: ut haberet uiaticum ad fugam. Quē angelus salutauit: ipmq; ex pte dei misit: ut percuteret madian Cumq; gedeon hedū coxisset: posuit carnes & azymos panes coram āgelo: qui tetigit ea summitate uirge quā tenebat: & ascendens ignis de petra oia cōsumpsit: & angelus euanuit. Timentiq; ualde gedeon dñs apparuit nocte: mandās ut aram baal quā pater suus erexerat destrueret: & lucū qui erat circa eā succideret: & dño deo taug septē annoꝝ immolaret. Gedeon uero timens patrē & ciues nocte oia cōpleuit cū .x. ex seruis suis: inde dict⁹ est hieroboal quasi fortitudo baal: qa fortis ꝑtra eū fuit. Cumq; gedeon ꝑgregasset de tribubus manasse aser zabulon & nepthali .xxxii. milia uiroꝝ: petiit a dño signū victorie in uellere in area posito: si nocte illa uellus cōpleuerit area sicca remanente: & factū est ita. Sequenti nocte petiit signum in ꝓtrariū: ut area roraret: & uellus siccū esset: quod factū est. Venit aut̄ gedeon cum suis ad fontē anad: & de mandato dei oēs formidolosos licentiauit: & reuersi sunt de populo .xxii. milia: & tātum .x. milia remanserūt. Adhuc gedeon mādato dei populum duxit ad aquas: & oēs lābentes aquā lingua & manu sicut canes assumpsit tāq; magnanimos: reliquos aquam ore sumentes uti delitiosos dimisit: & inuenti sunt cum gedeone tantum ccc. uiri: in quib⁹ dñs predixit se traditurū madian in manu gedeonis: ne forte multitudo sibi subpe victoriā ascriberet. quib⁹ assūptis & cibariis ꝑ numero & totidem tubis gedeon ad certamen ꝓperauit. ¶ Eadem nocte gedeon cū solo puero descendens ad castra madiā: audiuit duos uigiles secū loquentes: unūq; narrantē ꝙ uidisset somniū: panē uidelicet hordeaceū in castra madian descendēte: & ea subuertentē. Aliū uero ipm somnium interpretantē: ꝙ panis hordei eēt gladius gedeonis: qui uilis inter filios israel reputabatur: in cuius manu de⁹ castra madian tradidisset. His auditis gedeō animosior esse ctus tulit trecētos uiros: & in dextris eoꝝ posuit tubas: & in sinistris lagenas uacuas: & in medio lagenaꝝ lampades: & ingressi ꝓgyē in tres partes diuisi circa hostū castra in uigilia noctis medie fregerunt hydrias & lampades in sinistris tenentes clāgebant tubis: quibus omnib⁹ sonitus terribilis audiebat. Quo subito excitati hostes & turbati: nec se cognoscētes inuicē mutuis uulneribus se cedebant: aliis in fugā conuersis usq; bersith. Viri aut̄ qui ex .x. milib⁹ remanserant: eos persequebant. Effraim quoq; descendit in occursu fugientium: & occupauit iordanē & occidit duos reges madian oreb in petra quadam: & zeb in torcularī: & portauit effraim capita regum ad gedeon. Transiuitq; gedeon iordanē cū .300. uiris. Zebee aūt & salmana in ualle quiescebant: nihil aduersū suspicātes. xv. tātum de suo exercitu cesis. Gedeon aut̄ repēte irruit sup eos: & turbato exercitu eoꝝ duos reges ꝑhēsos occidit

Et reuerſus ē cum victoria magna. Et cū populus eū uellet dñz ſtituere noluit gedeō: ſed ſoli deo gratiā attribuēs dñm ſup iſrael dñauit: eē dixit. Ipſe autē per. 40. annos populū iudicauit: quib⁹ terra quieuit. Et dormiuit gedeon in ſenectute bona cal. ſeptembris. Et ſepultus ē in ſepulchro pris ſui i ephra. ¶ Poſt cui⁹ mortem abimelech eius filius ſpurius occidit. 70. filios legitimos gedeōis: & dolo atq; tyrānide occupauit regnū iſrael. Soluſq; ex oib⁹ iudicib⁹ ſe regem nominari fecit: qui & pugnās aduerſus urbem ſichem oppreſſus a muliere que fragmē molę de muro proiecit: peſſima interiit morte. Ideo & nomē eius de catalogo iudicū ſcōz deletum ē: pp fratricidii & tyrānidis crimē.

¶ De ſcō thola iudice. VIII.

THola iudex fili⁹ ſuha de tribu iſachar: qui⁹ poſt ioſue filios iſrael. Iudicauit annis. 23. Qui licet nihil notabile feciſſe legat: inter ſāctos tū iudices ꝑnumerāt: i cui⁹ tpre populū hebreoz pace fruitū eſſe credēdum eſt: eo ꝙ ſcriptura nulli⁹ belli mentionem facit. Et fuit māſio thola i oppido ſamir ubi & quieſcēs i pace ſepultus ē.

¶ De ſcō iahir iudice. IX.

IAhir galaadithes de tribu manaſſe iudex ſextus poſt ioſue iudicauit iſrael annis. 22. hic habuit. 30 filios: quos fecit principes. 30. ciuitatū: quas noie ſuo uocauit hauothiahir. i. oppida iahir. In cui⁹ ēt tpe terra iſrael pace gaudebat: nec legū hebreꝛ ab aliqua natiōe ꝓſecutionē pertuliſſe. Ex quo ēt ſcitas iudicis argui pōt: qui feliciter populū gubernās ad ſcelera ꝓueta ruere nō permitt tebat: qui & in pace ſepultus ē.

¶ De ſcō iepthe iudice. X.

IEpthe galaadithes iudex. viii⁹. p⁹ ioſue iudicauit iſrael. Cū eni filii iſrael poſt mortez iahir fuiſſent diis gentiū tradidit eos dñs i manus philiſtiim & amū: & afflicti ſunt uehemēter. 18. annis. Qui clamauerunt ad dñm & proiecerūt idola de ſinib⁹ ſuis: & doluit dñs ſup miſeriā eoz: fuit eo tēpore iepthe galaadithes uir fortiſſimus pugnator: ſed filius meretricis. Hic habuit uxorē de galaad de qua ſuſcepit filios: q adulti patrē ſuum tanq; ſpuriū eiecerūt. Et abiit in terram thob. Et ꝛegregauit inopes & latrocinātes: & factus ē eoz princeps. Tunc oppreſſi maiores natu iſrael deſcēderūt ad eū: & ipm i pricipē elegerūt: ut pugnaret pro eis ꝓtra ammonitas. Et aſcendēs cū eis in maſphat factus ē iudex i populo. Miſſiſq; nunciis ad regem ammon: ut exiret de terra ſua: illoq; exire nolēte: egreſſus ē iepthe ad pugnam cū exercitu ſuo: uouitq; dño: ut ſi victor rediret: quicūq; prior de domo ſua ſibi occurreret eū i holocauſtū dño offerret. Et peuſſit iepthe amonitas plaga magna: & humiliauit eos: reuertenti aūt i maſphat: occurrit ei unigenita filia cū tympanis & choris. Qua uiſa triſtatus eſt ad mortē: eo ꝙ ex uoto ipam dño immolare neceſſe hēret. Filia uero i nullo doluit: ꝓpter victoria pris: ſed tantū duoꝝ mēſiū indicias petiit: ut plāgeret uirginitatē ſuā cū ſodalibus ſuis. Et expletis duob⁹ mēſib⁹ redidit: & pater qd uouerat ipleuit. Fuit tamen & ſtult⁹ in uouēdo & impi⁹ in ſoluēdo: quia obtulit holocauſtū nec legitimum nec deo charū. Potuit tamē ante uotū eē bon⁹: quia irruit ſpūs dñi ſup eū & etiā poſt uotū: quia & apoſtol⁹ ponit eū i catalogo ſcōz i epiſtola ad hebr. Quidā aūt eum excuſantes dicūt illū familiari ſtilo ſpūſci hoc feciſſe: ſicut & ſampſon qui ſemetipm occidit. Iudicauit aūt iepthe iſrael. vi. ānis: & quieuit i pace: & ſepultus ē in ciuitate ſua ſeberh: que ē in galaad. Hic ab etate moyſi uſq; ad ſeipm ait ſupputari annos trecētos excluſis ānis. 18. afflictiōis qui preceſſerant.

¶ Deſcō abeſan iudice. XI

ABeſan uel eſebon bethleemita de tribu iuda iudex. viii. poſt ioſue iudicauit iſrael. 7. annis. Qui & populū domini i pace rexiſſe creditur: quia nec eius tpre alicui⁹ bellī i ſcriptura mētio habet. Qui & quieuit in pace & ſepult⁹ ē in bethleem ciuitate ſua.

¶ De ſcō hailon iudice. XII.

HAilon zabulonites iudex. ix⁹. p⁹ ioſue iudicauit filios iſrael. x. annis. Qui & pacē oi ſue uite tpre habuiſſe putāt? ē: qa neq; cū ulla natione diſcordiā habuerit expreſſu; repit. Et hic quieſcēs i pace i ciuitate ſua. Sepultus ē cū p⁹ib⁹ ſuis.

¶ De ſcō abdon iudice. XIII.

ABdon iudex de ciuitate thecue: q ē in tribu effraim decim⁹ poſt ioſue iudicauit i iſrael. 8. ānis. Sub quo etiā terra hebreoꝝ i pace quieuit: eo ꝙ ſub his ꝓfatis trib⁹ iudicib⁹ iſrael a dño non receſſit. Et hic in pace dormiēs i ſepulchro paterno ſepult⁹ ē i ophra: ꝓpter thecue ex quo fuerat oriūdus.

¶ De ſcō ſampſone iudice. XIIII

SAmpſon iudex de tribu dan ūde cimus p⁹ ioſue iudicauit iſrael. Cū. n. filii iſrl coꝛā dō peccaſſēt tradidit eos in man⁹ philiſtinoꝝ 40. ānis: a qua ꝓuitute hoc modo liberati ſūt. Vir qdā de ſtirpe dan noie manue: hēbat uxorē pulchrā ⁊ ſterilē. Cui ſepe oranti angel⁹ in agro appuit: & naſciturū

ex ea filium nunciauit. Mandãs ne qd ultra comederet aut biberet nisi iuxta legẽ nazareos: nã & puer nazareus futur⁹ dixit: q & israel liberaret. Et cũ hec oia uiro nũciasset: & ille uti zelotypia duct⁹ angelũ aliquẽ iuuenem suspicat⁹ est: orantib⁹ ambob⁹ angel⁹ iteꝝ apparuit: & ꝓdicta que dixerat coniugi manue replicauit. Attulitq; manue hedũ & panes angelo ut comederet: & iussu angeli hec dño in sacrificiũ obtulit: & angel⁹ ascendens in flãma disꝑuit. Natum aũt filiũ uocauerunt sampson. i. robustũ: creuitq; puer ci⁹: ut iam futur⁹ ꝓpheta ꝓsoceret: cepitq; spũs dñi esse in illo in castris dan. i. in exercitu trib⁹ sue. ¶ Cũ aũt adoleuisset sãpson: descendit in thamnata: ut uideret solennitatem que ibi fiebat: & uidã uirginẽ philistinoꝝ: cõ cupiuit: quã tñ dudũ pentib⁹ renitentib⁹ accepit uxorem. Nolebãt. n. pentes: q filiã alienigene in ꝓpriũ sumerent: nescientes q res fieret a dño. Cũq; descenderẽt cũ eo appuit catulus leonis in uineis oppidi: quẽ sãpsõ in spũ dñi nihil in manibus habens dilacerauit q̃si hedũ: nec hoc parentib⁹ iudicauit: Descensataq; uxore cũ descenderet: ut acciperet eã: uidit cadauer leonis: & cui⁹ ore mel scaturierant apes: de quo melle sampson comedit: & dedit pentib⁹ ac uxori. Timẽtes aũt philistei robur sampsonis: dederũt ei in nuptiis. 30. iuuenes robustos ꝯmõe qdã socios ope uero cũstodes: ne quid forte cõmitteret crescẽte cibo: & satietate. Proposuit aũt sampson ſociis ꝓblema: quod si infra. 7. dies solu erent: daret eis. 30. uestes: si nauẽt ẽptra ipi sampsoni ad totidẽ uestes tenerent. Fuit aũt hoc ꝓblema. De comedente exiuit cib⁹: & de forti egressa est dulcedo. Qui cũ ꝓblema nescirẽt soluere: ad eoꝝ instantiã sponsa sãpsonis ei blandita: didicit ab eo ꝓuerbii expositionẽ: quã & ſociis indicauit: qui in die. 7. sãpsoni ꝓblema soluerunt: de leone & melle in ore ei⁹ inuẽto. Sãpson ergo descẽdẽs ascalonem: ꝓcubit ibi. xxx. uiros: & uestes eorũ ablatas dedit ꝓnubis suis. Et iratus sãpsõ ex hoc ꝓtra uxorẽ: uenit ad domũ suã: que nupsit uni de ꝓnubis suis. ¶ Post dies aliquot rediẽs sampson in thamnata: iuenit coniugẽ alteri uiro nuptã: & indignat⁹ est ualde: cui cũ pater sororẽ illius pulchriorẽ loco ipsi⁹ tradere uelle: noluit sãpson: sed ꝓtestatus ẽ cõtra populũ philistinoꝝ: ut faceret eis mala: & cepit trecẽtas uulpes: & uinxit caudas caudis: & faces ligauit in medio: quas igne succẽdens misit in segetes philistinoꝝ: oẽsq; igne ꝓsumpsit: ita etiã ut uineas & oliueta in cenderẽt. Quod philestei audiẽtes opꝰ fuisse sampsonis: uxorem ei⁹ & pentes cõbusserũt tanq̃ hui⁹ mali auctores. Percussitq; iteꝝ sãpson philistẽos plaga magna: qui ascẽderũt ad terrã iudã: ut capent eum. Ascendentesq; uiri iuda ad sampsonẽ redarguebãt eũ: quia ipsius occasione philistei cõtra eos ascenderent: ut bellarẽt aduersum populũ. Sampsõ autẽ prius receꝑto sacro ab eis ne se occiderent: ꝓmisit se ligari spũ dei tact⁹ a uiris iuda: & duci ad philistẽos: ut sic in eos grauiꝰ ultionẽ expeteret. Qui cum traheret irruit spũs dñi in eũ: & dissoluta sunt eius uincula q̃si stupa ad ignẽ: Tollẽsq; mandibulã asini iacentẽ in terra interfecit ea mille uiros aliis in fugam cõuertis: & cũ ꝑ labore siti deficeret clamauit ad dñm: & aperuit dñs molarẽ dentẽ maxille: & egresse sunt aque: qb⁹ hausti sampson refect⁹ est: uocatũq; est nomen loci sons inuocantis de maxilla. ¶ Post hec sampson iuit ad gazam ciuitatẽ philistinoꝝ & ingressus est ad mulierem meretricẽ: quo cognito philistei posuerũt custodes ad portam ciuitatis: ut eum mane cõphenderent. Sampson uero nocte media cõsurgens tulit ambas ferreas fores cum postibus & seris: & in humeris portauit usq; ad uerticẽ montis ¶ Deinde amauit dalidam in monte soreth: quã satrape philistinoꝝ induxerunt ꝑcio ꝓmisso: ut disceret a sampsone: i quo uires ei⁹ ꝓsisterent: qui ei illudẽs dixit: q̃ si. 7. neruicеis funibus humẽtibus ligat⁹ esset: infirm⁹ ut alii homines fieret. Cumq; dalida ipsum dormientẽ ligasset philisteis apud se latentibus: excitatus ille rupit uincula q̃si stupea. Idipm secundo factũ ẽ de. 7. nouis funibus. Cum aũt tertio. 7. crines capitis eius circũli garos licio clauo terre affixisset: excitat⁹ sãpson extraxit clauum cum crinibus & licio. Cum aũt instaret ei dalida: & ad mortẽ deficere uideret: ut ei ueritatẽ panderet. Sampson ꝑfssus est se nazareũ eẽ ab infantia domino ꝓsecratum: q̃ si caput ei⁹ rasum foret fortitudo ab eo discederet. Tunc dalida uocatis philesteis sampsonem super genua sua dormiẽte ꝓtõsorem radi fecit: & recessit statim uirtus eius ab eo. Quẽ tenẽtes philistei eruerunt oculos ei⁹: & apud gazam uinctũ in carcere ad deriſum molere fecerunt. Coegerunt q; eum facere cum mulieribus robustis: ut dicunt hebrei: ut ex eo robustam ꝓlem susciperẽt. ¶ Procedente tempore cum capilli eius renasci cepissent: & philistei i tẽplo dagon solẽne conuiuium in die festo eorum celebrarent: adduct⁹ est sampson: ut ante eos luderet: & ipsi ei illuderent: qui stans inter duas colũnas: quibus domus inniteba-tur: apꝑhendit utrã⁹ manibus & concussis columnis cecidit domus super omẽs: & ipse mortuus est: & multo plures occidit moriens q̃ uiuus occiderat: nam ꝑter cõiuantes quasi tria milia utriusq; sex⁹ puenerãt: q de tecto spectabant: q sepultus ẽ in sepulchro

patrum suoꝝ inter saraa & eschol. Et iudicauit israel. 20. annis. Nō autē aliter excusat: ut ait augᵉ: q̄ seipm cum hostib⁹ ruina domus oppressit: nisi qa ꝑtis hoc latēter iusserat: qui per illū miracula faciebat. Habuit enim fortitudinē nō de natura se de gra.

¶ De scā ruth uidua. XV.

MArcellus martyr passus ē in ciuitate cabilonen sub psecutione antonini ipatoris. Cū eni scūs photinus eps cū aliis. 48. apd lugdun. pprehēsus esset & in uno carcere 50. xpiani inclusi essent. Et his oibus marcellus & ualerianus nocte ab angelis uocati prius ter ac soluti dimissi sunt. Et marcellus qui dem sequanoꝝ: ualerianus uero eduoꝝ puicias petierunt. Itaq; marcellus cabilonē deueniens: dū a preside prisco ad prophanum idoloꝝ puiuiū suisset iuitatus: & huiusmodi epulas execrās: omēs qui aderāt idolis seruientes libera increpatiōe corripet: ab eodē preside i arboris uinculis p ramos astrictus oibusq; corporis mēbris totus deniq; flagellis cesus: deide depositus tormentis pluribꝰ afflictus est. Et dū xp̄m in oibus p̄stereꝫ cōstantissime: inaudita crudelitate iussu presidis erectus & usq; ad cingulū terre defossus & obrutus ē. Qui triduo in confessione dñi pseuerās ſpm deo dignū reddidit pridie noñ Septębris. Sepultusq; ē i eadē ciuitate. Cuiꝰ sepulchrū a gūterāo rege aureo ciborio ex ornatum ē: ualerianus uero passus est i eduen ciuitate: ut diceť infra. xvii. cal. octob.

¶ De scō bertino abbate. XXXVIII.

SErtinus abbas ex ciuitate constātia oriundus claruit. Qui cum numolino: & ebertramio proprī am patriā relinqūtes ad sanctū audomarū epꝫ morineñ uenerūt A quo ad predicandum missi officium legationis fideliter impleuerunt. Cū autē adoaldus pdiues filium non haberet: de ꝑsilio sancti audomari xpo placere cupiens maximā ptem facultatum suaꝝ ꝑdictis tribus scis cō tulit ad monasterium in honorē beati petri apostoli construendū. Quod & factū ē. Dū autem scūs bertinꝰ cū predictis in ipa adhuc ciuitate resideret: decedente acatio eiusdem urbis epo: Numolinus ad epatum prouehit. Ebertramius uero ab eodē facto epo monasterio sci quintini preficitur. Scūs uero bertinus aptiorē sibi deo seruiendi locum requirens: dei se dispositioni cōmitēs nauē ascendit. Et angelico ductu sine remo uel remige contra ictū fluminis usq; ad locū a deo preuisum deuenit: ubi de bonis sibi collatis ab adoaldo monasterium noie scythim i honorem apostoloꝝ principis pstruxit. Ibiq; monachoꝝ multitudinē ꝓgregauit: qbus & deo seruiens laudabiliter prefuit. Et i xpo quiescens miraculoꝝ gloria clarēs ibidem sepulturam accepit. Cuius festum colitur nonis septembris.

¶ De scō uictorino epo & mr̄e. XXXIX.

VIctorinꝰ eps & mr̄ apud urbē roma passus est tpe nerue impatoris. Qui ex territorio amiternine ciuitatis ortus: cum post obitum pentū una cum seuerino fr̄e suo: oia pro xpo dispēsassent se iuicē pedagogā tes pariq; custodia mutuo seruientes undi e remum petierunt: ueꝝ uictorinus ad altiora tendens relicto fratre artissime cellule se reclusit: ibiq; dudū pnie opibus uacauit. Sed dū nocte quadā diabolus ei in spē puelle uagantis & silentis ac hospitium requirētis apparuisset ille misericordia motus ea introduxit. Et dum eis iacentibus pes pedē tangeret corde magis tactus & specie prius atq; blanditiis allectus cū ea pcubuit: moxq; demon ut fumus euanuit. Ad se autē rediēs scūs ad germanū accessit: & calū deplorās pniam egit. Nā in arbore scissa manus ic̄ludens modico herbagcibo & aqua a fr̄e subsūtatus p triennū peccatum suū desleuit. Tandem ab epo ciuitatis uisitatus: & monitus ac solutus in maxima scitate pseuerauit: miraculisq; radiauit. ¶ Deinde promotus ē ad epatū amiternine ciuitatis populo ipī ꝑ ipm eligēte. In de postmodum sub impatore nerua cū eutyce & marono ab aureliano iudice pro xpi no mine relegant. 60. ab urbe miliario nia salaria. Postmodū aūr in loco qui cotilas dicit: ubi putēes & sulphuree emanāt aque capite deorsum p. 3. horas suspensus ē. Et deide per triduū i carcere clausus. Nouissime gladio capite cesus victor migrauit ad xp̄m nō septembris. Cuius corpus ciues amiternen post duos dies rapiētes in ipa ciuitate honorifice condiderunt.

¶ De scō uictorino pfessore. XL.

VIctorinus pfessor claruit rome tēpore pstantii ꝑatoris. Hic cartha gineñ rethor illustris in urbe roma florētissime dū pagan' eēt rethoricā docēs i traiani foro statuam meruit: hieronymū ꝑsbiteꝝ cardinalē inter alios insignes auditorē habuit. In sene cta aūt ad fidē xp̄i ꝙuersus: aduersus arrius libros adeo scripsit obscuros: ut nisi ab eruditis intelligant: ꝓmentarios ēe in apostolū edidit: ut dicit hieron'. libro de illustrib'.

De hoc refert &aug⁹ libro ꝓlix. q. dū victo rinus ad fidē pueniſſet: & cū ſimpliciano uiro dei ſepius colloquiū habēs xp̄ianū ſe dicēret: & ſimplicianus rūderet: q. ei hoc non crederet: niſi ipm in eccleſia uideret. Ille iocādo interrogauit: an pietes facerēt hominē xp̄ianū. Tandem dū ad eccleſiā deuenīſſet: & ei tanq̄ uerecūdo occulte liber: i quo erat ſymbolū fidei: ad legendū dat⁹ fuiſſet: victorinus in altū ambonē aſcendit: & alta uoce publice ſymbolum pnunciauit: & extunc q. xp̄ianus eēt cunctis innotuit: qui uita & doctrina clar⁹ in urbe cum pace quieuit: ſepultus in pago ueſtiēn.

¶ De ſcō zacharia ſacerdote. XLI

Acharias ſacerdos filius ioiade ſiue barachie: cuius ſanctitas ab ipſo xp̄o dño ex textu euangelii co cōmendat⁹ matthei. 23. cap. lo claruit in iudea ſub tpe ioas regis iude. Qui & patri ſummo ſacerdoti deſūcto in pontificatu ſucceſſit: ideōq. in uite ſāctitate per oia ſimilis fuit. Cū enī mortuo ioiada ſacerdote: qui ioas regem iſrael in legē dñi ſeruandā direxerat. Ioas rex a uia mādatoꝝ dei declinaſſet: & poſt idola dom⁹ iſrael ambulaſſet: cui⁹ exemplo etiā regni optimates uitiati ſunt. Zacharias ſacerdos boni patris imitator publice redarguere nō dubitabat. Vnde indignat⁹ rex fecit eū obrui lapidibus inter templū & altare. Qui & ſepult⁹ eſt in ciuitate dauid in ſepulchro paterno. ¶ In cuius mortis ultionē ſeu teſtimonium duo notabilia apparuerūt. Primum ut dicit hiero⁹: q. ſanguis ei⁹ in ſaxis & lapidib⁹ patimēti: ubi occiſus eſt: adeo fuit impſſus: q. inde nunq̄ deleri potuit. ¶ Secundū ut dicit epiphan⁹: q. extunc populus in tēplo nō ac cepit manifeſte rſum: nec ex dabit: nec exephoth. Rex etiā ioas impune nō tranſiuit: nā langorem peſtimū incurrens a duob⁹ ſeruis ſuis interfect⁹ eſt. Hec ex libro paralipo. 2. cap. 24. & ex dictis hieronymi atq; ex hiſtoria ſcholaſtica. Huius ſci paſſionē: quia dies eius feſti certus nō habet: infraſcripto eiuſdem nominis prophete ꝑpter equiuocationem uocabuli premittere decreui.

¶ De ſcō zacharia propheta. XLII

Acharias pphēa filius barachie filii addo poſt captiuitatē iudaici populi in anno ſecundo darii primi regis perſaꝝ: in hieruſalē pphetauit duob⁹ uidelicet mēſibus poſt aggeū. pphētā: de quo ſupra dictū eſt. 4. nōn iulii. ꝑpter quod aggeꝰ zacharie in ordine pphetaꝝ ꝑmittit. Prophetauit aūt zacharias eadem occaſiōe qua & aggeꝰ. Cū enī in āno primo cyri regis plaꝰ ut implere tur ſermo dñi ex ore hieremie: ut hēt primo eſdre in principio data eēt licentia populo iſrael redeūdi in iudeā. Et a ſeniorib⁹ & populo tēplum dñi in hieruſalē reedificari ceꝑiſſet: mortuo cyro rege perſaꝝ & regnāte cābyſe: uicine gentes odio iudeoꝝ inſtaurati onem tēpli & ciuitatis impediebant: unde & op⁹ intermiſſū eſt uſq; ad annū ſecundū darii regis perſaꝝ. Et tunc zorobabel olim dari plati intimus: cū ipm regnare audiuiſſet: fiducialiter op⁹ aggreſſus ē. Zacharias quo q. ꝓpheta a deo miſſus tā ipm zorobabel q. ieſum filiū ioſedech ſacerdotē magnū de quibus ſupra dictū eſt idib⁹ iulii in ipſo opere eos exhortari uiſus eſt: populꝰ quoq; exhortatione dictoꝝ pphetaꝝ audiētes: eos adiuuare ceperunt. ¶ In lectione aūt ſua itendit: pphēta nō ſolū populū ad reedificationē tē pli dñi ꝓhortare: ſed etiā eos ab imitatiōe paternoꝝ criminū reuocare. Iō⁹ ieſū. ſordib⁹ idutū ſe uidiſſe memorat: q. ad filios ei⁹ reſerendū eſt: q. uxores alienigenas duxerūt uel etiā ad populū uitiis ſordidatū: quos ille cū eēt pontifex nō arguebat. Myſtica quoq; plura ſacramēta de xp̄i aduētu & paſſiōe in eius lectione ꝓphēſa ſunt: que ꝑ ſingula explicare longū eēt. Quieuit aūt hic pphēta in pace in iudea āns plurib⁹ reedificato tēplo. 2. id⁹ ſeptēbris. Sepultus iuxta ſacerdotum monumēta in hieruſalē. Et hic ex numero. 12. pphetaꝝ eſt: qui miores dicti ſunt: q. in ſcōꝝ patꝝ catalogo eccleſiaſtici. 49. cap. ꝑſcribunt. Hec hiero⁹: & ioſeph⁹: & ex hiſtoria ſcholaſtica comeſtoris ſumpta hēt.

¶ De ſcō oneſiphoro diſcipulo. XLIII

Neſiphorus diſcipulus pauli apoſtoli: de quo idem ꝓa epiſtola ad tim. mentionē facit eiuſdem apoſtoli imitator & pegrinatio nis ei⁹ comes pluribꝰ āns fuit: & ei in miniſterio deſeruiuit. Et hic ꝓdicationis officio fideliter peracto apud urbem romam poſt pauli paſſionē in pace quieuit. 8. idus ſeptēbris: ut ait hieronymus.

¶ De ſcis donatiano preſidio & ſociis martyribus. XLIIII

Onatianus: ꝓſidꝰ: māſuet⁹: germanꝰ: & fuſcul⁹ epi ꝑſecutiōe uādalica apud aphricā paſſi ſūt: q. iuſſu hunerici regis arriani pro aſſertione ueritatis catholice ſuſtibꝰ ceſi: & exilio dānati ſunt. tpe uidelicet quo eugeni⁹ carthaginēn epꝰ petebat: ut de uniuerſo orbe ad diſputādū catholici epi cōuenirēt: qa de fide cōi agendū erat: ut dictū eſt ſupra in paſſiōe eugenii. 5. id⁹ iulii. Tunc enī ꝓdict⁹ rex impi⁹ memoratos ſcōs epos iuſtos auditos relegauit: & eccleſias clauſit: aliaq; innumeras ꝑſecutiones intulit xp̄ianis: ut ſcribit victor aphrican⁹. ¶ Inter alios aūt

letū epm strenuū & doctissimū: post diutur
nos carceꝝ squalores icēdio ꝓcremauit. Ce
teri uero ꝓuiati pōtifices fame & iopia i exi
lio defecerunt. Quoꝝ omniū festum recolit
viii. idus septēbris.

¶ De scō eleutherio abbate. XLV.

ELeutherius abbas claruit apud
spoletū & in urbe roma tpe beati
gregorii pape. Qui mōasterii sci
marci euāgeliste: qđ in pomeriis
urbis spoletane situ ē abbas fuit.
De quo ferrur iter cetera: q orāde mortuus
suscitauit. ¶ Quadā die dū iter capet: facto
uespe ad mōasteriū uirginum declinauit. In
quo puer puulus erat: quē malignꝰ spūs oi
nocte occupare ꝓueuerat. Quē ea nocte sci
moniales ad iacēdū cū eleutherio posuerūt
Factoq; mane cū ille mōiales requisset ab
batē: an aliqd ipa nocte puero ꝓtigisset. Ille
q; de tali iterrogatiōe mirat⁹: nihil ei ꝓtigi
sse rñderet: cām pueri uiro dei inotuerūt: ro
gantes eū ut pueꝝ secuꝰ ad mōasteriū tolle
ret: ga iam de cetero uexatiōē eius ipe uide
re non possent. Ductus ergo ad abbatis ceno
bium: cū dudū ibidē fuisset: nec ad eū demō
accedere ꝓsumpsisset: aius uiri dei de pueri
salute ꝓmoderatius ꝓ letitia tact⁹ ē. Et die q
dā corā fribus dixit: q diabolus cū illis so
roribus iocabat: ubi uero ad seruos dei uen
tum ē: ad pueꝝ accedere ulteri⁹ nō ꝓsūpsit.
Post hec uerba hora eadē ac mometo coraꝫ
cūctis fratrib⁹ puer a demone uexari cepit.
Statiq; uir dei se i lachrymas dedit fribusq;
oīb⁹ ut orarēt precepit. Protestās q nullus
eadē die panē gustaret: nisi pri⁹ dñs puerꝰ
liberaret. Et eo usq; oratum ē: donec puer a
uexatiōe sanaret. Ad quē de cetero maligⁿ
spūs accedere nō ꝓsūpsit. ¶ Hic scūs dudu⁵
cū btō gregorio in urbe in suo monasterio
querlatus ē: ut ipemet refert. Cū aūt grego
rius egritudinē quā greci synchopi uocāt gra
uissime pateret: & nisi sepi⁹ cibo reficeret:
uitalis sibi ipse intercidi uideret: paschali die
aduenīēte: cum acratissimo sabbato resurre
ctiōis: oēs etiā ifantuli ieiunarēt: & gregori⁹
amarissime fleret: q ieiunare nō posset: roga
uit secreto eleutheriū abbatē: qtēn⁹ sua o
ratione a dño ei tantā uirtutē impetraret: q
ipe ieiunare posset. Quod & factū ē: uir eni
dñi i oratiōnē se posuit tantāq; subito uirtu
tem gregorii stomachus accepit: ut tante se
fortitudinis ad uesperū sentiret: q si uoluis
set etiam usq; ad diem sequētem ieiunū trā
ferre potuisset. ¶ Ipse autem uir sanctus in
eodem monasterio iter brachia gregorii spi
ritum feliciter emisit. viii. idus septembris.
Hec ipse gregorius tertio dialogorum capi
tulo. xxxiii.

¶ De scō iohanne martyre. XLVI.

IOannes mr apud nicomediā pa
sus ē sub diocletiano & maximia
no ipatorib⁹. Hic ex nobilib⁹ pē
rib⁹ ortus honore & dignitate se
culi illustris: nimio calore fidei
ignitus: ut uidit aduersus suos dei i foro cru
delia edicta pedere: publice ꝓfēdere popu
lo: librū inique legis i quo aduersus xpiāos
decreta iscripta erāt: iniecta manu detraxit
atq; discerpsit. Cūq; hoc relatū esset diocle
tiano augusto i eadē urbe ꝓstituto: nimia in
eū cōtinuo crudelitate deseuiens: oia suppli
cioꝝ genera iussit expēdi i eū. Qui uir nobi
lissimꝰ tanta alacritate uult⁹ ac ꝑs ea ꝓtulit:
ut nec eidem tristis ꝓ his uideri potuisset. Et
cū uiscera i suppliciis defecissent: ꝑsus leta
batur i celo. Ita ut ipe potiꝰ orāda uincens
q̄ ab eis uicē⁹: ajam celo redderet gl'osam. 7
idus septē. ut habeē. viii. eccleſiastice histo
rie libro.

¶ De scā regina uirgine & mre. XLVII.

REgina uirgo passa ē apud alias
ciuitatē sub olibryo ꝓfecto. Que
fuit filia clemētii cuiusdā gētilis
de alia ciuitate. Et cū eēt anno
rum. xv. ignoāte patre latenter
in xp̄m credidit: & baptismum suscepit: atq;
uirginitatē suā dño ꝓcreauit. Dū āt olibryꝰ
ꝓfect⁹ transiret de alia i alia ciuitatem
uidēs puellā: & allect⁹ eiꝰ pulchritudie ipaꝫ
sibi pnātari fecit. Quā cū interrogata xp̄iana
cognouisset: carcerē misit: usq; ad reditū iu
um. Reuersus aūt ad ciuitatē alia: p̄ im
molatiōes dīs suis scās puellā adducta & ꝑ
crificaꝝ nolētē: iussit i equuleo leuari: & uir
gis diutius cedi: & post hec ungulis lacerari
Ita ut tā ipse q̄ astātes horrētes sanguinē uir
ginis desluētē facies oprēt. Que cum oia su
perasset: ite⁹ carceri tradit: 15 cruce aurea
ad celū usq; ptingēte atq; colūba celesti sup
crucē stāte: atq; ad eam aduolāte reficitur &
ꝑfortat. Iteꝝ quoq; post duos dies educīt:
& iterato suspēdit: ac cādentibus laminis in
flamaꝫ. Deide manib⁹ ac pedib⁹ uinctaꝫ ua
se aque frigide demergit: ut ex penaꝫ ꝑtra
rietate durius torqueret. Statiq; terremotu
scō: uincula eiꝰ dirupta sūt. Et colūba prior
de celo descēdēs: coronā gēmatā capiti eius
ꝑsouit uoxq; diuinit⁹ lapsa: ea ad celestia i
uitauit. Quo uiso miracō. 850. gētiles puer
si sūt: Nouissime aūt ꝓfect⁹ ipaꝫ decollari se
cit. Cui⁹ ajaꝫ cūctis uidētib⁹ ad celos ꝗeli
portauerūt. Sepultaq; ē alisie. 7. id⁹ septē.

¶ De scō eurrcio episcopo. XLVIII.

VUrcius aurelianēn. epūs floruit
tpe ꝑstātini. Hic ecclesie romāe
subdiacon⁹ fuit. Cū aūt apud au
relianū pōbitū sci deusdani epi
de successore ageret: & ꝑm car-

nalē dilectionē duo sub ꝓtentiōe electi fuisſent: ſeditioq; uſq; ad ſanguinis effuſionē ortа eēt. Miſſus eſt porphyri⁹ ꝓfect⁹ ad ſeditionem ſedandā. Ipſe aūt epos gallie ꝙocauit ad diuinū auxiliū iplorandū: qbus cū clero & populo triduo ieiunātib⁹ & oratib⁹. Euuricius ad duos frēs ſuos captiuos regrendos ueniens ad gallia: aurelianū igreſſus & apd quendā ciuē eſt hoſpitatus: a quo cū de diſceſſione didiciſſet: mane ad eccleſiā ex charitate cū ceteris oratur⁹ uenit: & iuxta ianuā incognit⁹ ſtetit. Cunctis aūt ꝓſtratis colūba niuea de celo uolitans: p feneſtrā ingreſſa ſingulos circuiēs: & q̄ſi dignū exploras ſup caput euuricii reſedit: ſed ab eo q̄ſi electa ad celos auolauit. Quod miraculū cuncti ſtupētes: ſed adhuc de pſona dubitātes: eo q̄ a liq; ſup quē inſederat: dubitabant. Euuricū inter epos ducūt: & iteꝝ ad deū oraueruntſo miraculo pleni⁹ edoceri. Rurſus igit⁹ columba deſcēdit: ianuāq; petēs euuricū nō iuuenit: cunctoſq; p circuitum eccleſie luſtrans ſup caput eius tandē ſo reſedit. Sicq; ipſuꝫ oēs in epm elegerunt. ¶ Veꝝ dū die anniuerſarii ſui ciuitas caſu igne accenſa eēt: oſone ſha mox ignē ꝓpeſcuit: eccleſiāq; iam ſemiuſtam ampliorem repari mādauit. Cunctis aūt ciuib⁹ fabrice ſponte ꝓtribuentib⁹ dū ad fundaméta locanda foditſſent: olā auro plenam iuenerunt: quā ſcūs uti reipublice pertinentē ad ipatorē miſit. Ipſe aūt miſcricordia audiens nō ſolū theſauꝝ reptum remiſit: ſz tamūdē de ſuo duplicauit: p fabrica eccleſie inſignius opanda. Iuſup &. 7. calices aureos eidē donauit. ¶ Eodē aūt tpe dū eps ſueſſionis ad corpa martyꝝ criſpini & criſpiniani oraret: uidit pegrios quoſdā: quos q eēnt interrogans: a duob⁹ ex eis audiuit: q̄ eēnt germani cuiuſdā euuricii eccleſie romane ſubdiaconi: q ab hoſtib⁹ capti & uidue cuiuſdā uē diti: dudū in ſuitute detenti: ad ipſam urbē ꝓagendis dñe ſue fuerant miſſi. Quod eps audiens ꝑdicta euuricio denunciauit. Illeq; miſſo ꝑcio ꝓ eoꝝ redemptione frēs repetiit quos liberatos duplicato gaudio aureliani ſuſcepit. Eccleſia aūt edificata ē trib⁹ āris & ſ. non. maii dedicata: multis ibidē ꝓditis reliquiis ex diuerſis ptib⁹ recollectis. ¶ Dum aūt ipſe prim⁹ in altari dedicato celebraret miſa ē ab ardeuo ei⁹ ſubdiacono & aliis duobus: man⁹ celeſtis i hora ſacratiōis oblatā benedicentis: quo miraculo. 7. milia paganoꝝ uerſi ſunt. Euuric⁹ uero obitū ſuū ciuib⁹ ꝑnūciauit: eoſq; ut abbatē amanū ſibi ſucceſſorē eligerent ꝓortauit. Cū aūt ipſe egrotaret. & de eligendo paſtore etiā ſā diſcordia orta foret: & euuric⁹ triū illoꝝ noia ꝓ qbus ſeditio iminebat i ſchedulis ſub altari poni feciſſet: miſſoq; puero mane: q unā ex illis diuino nutu tolleret: ut ꝓ hoc a deo eligendū diſceret: puer priuſq; ſchedulā acciperet: amanū epm acclamauit. Sicq; euuricius. 7. id⁹ ſeptembris in xpo quieuit: & put ei a deo fuelarū fuerat aman⁹ eidē ſucceſſit.

¶ De ſcō dunſtano epo & ꝓſſore. XLIX

DVnſtanus archiep⁹ cantuarien⁹ floruit tpe eldeſtani regis: q ex anglie partib⁹ pentib⁹ genere & ſide nobilib⁹. Cū adhuc ſiaſ ad eccleſiā dei genitricis cū oblationibus delatus eēt: illis in oſone pnoctantibus: apparuit uir etherei uultus: dicens loꝝ cum illū ſublimandū puer⁹ ibi deo reliquēdum: ipm⁹ ꝓ ſecula beatuꝫ ꝑdicandū. Poſt hec cū puer grauiter langueret repente nocte medio celitus ſanat⁹ ex domo ꝓcedit. q buſdā eū inſequētib⁹ & obſeruantib⁹ eccleſiā adit: mediaq; uia canes latrantes eiq; iter impedientes: dū quoddā ſimulacꝝ obſiſtens uirga peuſſit: ipm ꝓringens in fruſta canes effugauit. Veniens aūt ad eccleſiam ianuas clauſas inuenit: ſcalā qua tectū relartientes aſcendebant ꝓcendit: & ab alia ꝑte intra eccleſiam qua nullus deſcenſus erat: angelicis manib⁹ euect⁹ deſcendit: ubi apta ianua i ecclеſia dormire repertus eſt lumine celeſti p ſuſus. ¶ Puerilib⁹ igit⁹ anis deo ſuiens uarii ſ artib⁹ exercitatus muſicis ſonis inſtruduit. Factuſq; iuuenis ab atelio epo cantuarien⁹ regi eldeſtano ꝓmendatus in palatio manſit ubi obtēro a rege iudicis officio in oib⁹ ſtrenue ſe hēbat: nunc iuſtitie reddende: nūc orationib⁹ uacans. ¶ Rogatus a quadam matrona dū ſtolā ſacerdotalē pingeret auriſacrio ope figurandā: cithara ei⁹ parieti apenſa ſine alicui⁹ mouētis impulſu ꝓ ſeipſa ſonare cepit: & antiphonam Gaudent i celis aie ſcōꝝ in ꝓrio tono decantare. ¶ Dū aūt ab emulis apud regem de qbuſdā cauſaret curiā deſeruit: & cognatū ſuū elphegū epm uentanū adiit: a quo dudū pulſatus ut monach⁹ fieret: diuq; reſiſtens. Poſtea febre correptus demū ꝙualuit: ſubitoq; mutatus & monach⁹ effect⁹: deinde ſibi ꝓſecratus in eccleſia dei genitricis manſit: apud quā cellā uel potius antꝝ edificauit. Nā in tugurio quieꝫ pedū lōgitudinis & duoꝝ pedū cū dimidio latitudinis ſe incluſit: in quo dudū ꝓplationi uacauit: multaq; diaboli tentamenta ſuperauit. ¶ Cum die quadā demon ei i ſpecie puelle apparuiſſet: ad cuius ꝑces dunſtanus q̄ſi fabrile faceret: demonꝝ ei quantū quedā luxurie uerba ꝓponeret: ut eius ꝓpoſitū inquinaret: ipſe tenacula ignita diabolum in facie percuſſit: qui mox ululando euanuit. Succedente uero eadmundo regi eldeſtano: dunſtan⁹ accepta poteſtate cepit eccleſiam & cenobium ſtruere ſm exemplar quod ei

angelus demonstrauerat i uilióe:ubi cõgregationé instituit monachoꝝ spiritũ ꝓphetie in multis hñe uisus ẽ. Nam & mortem regis eadmũdi.7.dieb⁹ ante predixit:& ut predixerat sic euenit. Cuius successor edredus dũ statum ad ꝓfatum uentanũ ꝓmoueri suadebat:sed ille oino renuebat. Nocte uero quadã eidem appuerũt sci apostoli petr⁹ & paulus & andreas: eũ admonẽtes ne ꝑari ulteriꝰ ꝓnẽeret:sed dei se uolũtati subiiceret: ꝓdixerũtq; ei: q⁹ post mortẽ dicti regis non uentañ ecclesie epꝰ : sed cantuarieñ archiepiscopus futurus eẽt. Quod & factũ ẽ. Mortuo eni edredo rege:& succedẽte ei edgaro: de mãdato ipi⁹ dunstan⁹ archiepꝰ cantuarie ẽ electus. Cui⁹ ecclesie regimini adeo lauda dabiliꝰ ꝓfuit: q⁹ cunctis populis admirabilis reuerẽtie fuit. ¶ Cũ autẽ clericoꝝ quorũdã mores & actꝰ reformaret:& quosdã rebelles beneficiis ꝓpositos:ad eoꝝ suggestionẽ rex ꝓcilũ celebrari fecit:i quo archiepꝰ se & mꝫtis sibi obiciis ctpurgauit. Et dũ rex peteret ut priuatos ad ecclesias reuocaret: audita ẽ uox crucifixi depicti de cruce:hoc fieri probẽtis. ¶ Post aliquod tꝑs iteꝝ dunstan⁹ de predictis causat:& ad palatiũ uocat . Cũq; ipe se deo diiudicãdum ꝓmitteret:ps solarii domus ubi ei⁹ emuli stabãt subito corruit: & ipos simul ruẽtes sub machina oppressit. alia uero pte firmiter ꝑmanẽte : archiepꝰ & ceteri remãserũt illesi. Tandẽ post multos annos uir dñi iam senex ãnoꝝ.79.i dño feliciter obdormiuit.7.id⁹ septẽbris:sepultus i ecclesia sua miraculis clarus.

¶ De scõ clodoaldo presbytero. L.

Clodoaldus ꝓbyter floruit apud perusiũ ciuitatẽ tpe iustini senioris. Hic filius regis colodomitis ffilb⁹ suis a patruo lothario extinctis:anno ꝑfati ꝓatoris.4. mundum deseruit:& in clericali gradu ꝓminuit: ut ait sigibert⁹. Qui oi suo patrimonio pauperibus erogato:uilibus idutus:& carnẽ ciricio domãs:nudeꝝ terre decubãs:pnie operam dabat. Relicta igit patria ciuitate : uenit ad aliã prouinciã ignot⁹:deo cupiẽs liberi⁹ deseruire. Miraculorũq; gloria claruit. Nam & demones effugabat: mutis loquelã: cecis uisum:surdis auditũ: claudis gressum tribuebat. Cũ cuidã paupi ab eo elemosynã petẽti qd daret nõ haberet:cuculłã eidẽ pre buit:pauper uero nocte i domo cuiusdã uiri hospitatus est:cuculla uestitus. In ipa nocte uidit uir ille pauperẽ q̃si clara luce idutum:quod & ꝓiugi sue ondit. Factoq; mane cuculłã ei datam a scõ clodoaldo didicit: & lucẽ quaꝫ uideret ipius charitati attribuit. Sicq; uiri dei fama ꝑcebruit. Reuersus tandem ꝑfius:ab eusebio epõ presbyter ordinatus:monasteriũ in loco q̃ dicit nouigentũ ꝓstruxit:in quo i pace qeuit.7.idus septembris. Ibiq; sepultus miraculis uiuit.

¶ De natiuitate sancte marie uirginis. LI

Natiuitas glorioſe uirginis marie ex tribu iuda & regia ſtirpe dauid duxit originẽ . Mattheus tũ & lucas non generationẽ marie: ſed ioſeph deſcribunt : q̃ tamẽ a cõceptione xpi penitus alien⁹ fuit:qa cõſuetudo ſcripturaꝝ erat ut nõ mulieꝝ:ſꝫ uiroꝝ generatiõis ſeries texeretur:ueriſſime tñ uirgo maria ex ꝑgenie dauid deſcendit : qd ex hoc precipue patet : quoniã ut ſepe ſcripturа teſtat : xps ex ſemie dauid duxit originẽ. Cũ ergo xps ex ſola uirgie nat⁹ ſit: mãifeſtũ ẽ & ipſam ex dauid natã eẽ:& hoc ex catena nathan. ¶ Dauid eni iter ceteros habuit duos filios:nathã.ſ.& ſalomonẽ. Ex catena igitur nathan:ut ait damaſcen⁹:leui gẽuit melchi & panthera:pthera genuit barbathera: barbathera genuit ioachim:ioachi uirgines mariã. Ex catena aũt ſalomõis: mathan hũt uxorẽ ex qua genuit iacob. Defũcto aũt mathan:melchi ex tribu nathan q̃ fuit filꝰ leui frater iaũt pathere : accepit uxorẽ relictã nathan matrẽ aũt iacob:& genuit ex ea heli. Et ſic ſũt facti fres uterini iacob ex ſtirpe ſalomonis:heli aũt ex tribu nathã. Defũcta aũt heli ſine liberis:& accepit iacob frater eiꝰ uterin⁹ uxorẽ eiꝰ & gẽuit ioſeph:q̃ natura fuit filꝰ iacob ex deſcẽtiõe ſalomõis: ſm legẽ aũt fuit filꝰ heli ex nathan deſcẽdẽtis. Nã filꝰ q̃ naſcebaꝫ taliter ſm naturã: ſm legẽ defũcti ſine liberis filꝰ reputabatur : hec damaſcenus. ¶ Hiſtoriã aũt natiuitatis btẽ uirginis hieronym⁹:ut i ꝓlogo dicit:adoleſcẽtulus i quodã libello legit:ſed ꝑ multũ tpris ut ſe ibidẽ legiſſe meminerat:rogatus chromatio & heliodoro epis trãſcripſit. ¶ Ioachiꝫ nãq; ex galilea de ciuitate nazareth de tribu iuda ſanctã annaꝫ filiã garizi ex bethleem eiuſdẽ tribꝰ duxit uxorẽ. Ambo aũt iuſti ante deũ erant:oẽmq; ſubſtãtiam ſuã triſarie diuidebant:unã ptem tẽplo & eius ſeruitoribꝰ:aliam pegrinis & pauperibꝰ erogabãt:tertiam ſibi & ſue familie uſibus reſeruabant. Et ita per ãnos.20. prole carentes : nouerũt dñõ: q̃ ſi eis ſobolem concederet: eã ſeruitio dñi manciparent. Cui⁹ rei cauſa:cum in trib⁹ feſtis precipuis hieruſalẽ frequẽtarent: i feſto encenioꝝ ioachim cũ ꝓtribulib⁹ ſuis hieruſalem aſcẽdit:& cum ceteris ad tẽplum accedens : oblationẽ ſuam ad altare dñi offerre uoluit. Qđ iſachar ſacerdos cũ indignatione repꝫlit:& cur ad altare dñi accedere ꝓſumeret ſcripſauit:aſſerẽs eũ indignũ maledicto legis obnoxiũ : oblationẽ deo legis offerre: nec inter ſecundos iſecũdũ q̃ populũ

dei nõ auxisset: astare. Ioachi3 ergo cõsulus domũ redire uoluit: ne a ꝓtribulibus q hec audierãt: idem opprobriũ sustineret: sed tristis ad pastores suos discessit: ubi post dies aliquot cõmorantꝰ: die quadam angelus dominj cum ĩmenso lumine astitit: qui cum ad eius uisionẽ turbaret: timorem eius angelꝰ cõpescuit: dicens se esse angelum dñi ad eũ missum: ut ãnũciaret ei ꝑces suas exauditas a deo esse: & elemosynas suas in ꝑspectu altissimi ascendisse. Videret eni deꝰ pudorem eius & sterilitatis opprobrium non recte ei obiectũ. Et quia deꝰ peccati ultor est nõ nature: cum alicuiꝰ uteꝝ claudebat: ad hoc sa ciebat ut mirabilius denuo apiret: & non libidinis eẽ sed diuini mũeris: quod nasceret ostenderet. ¶ Quod quidẽ angelus p exempla plura suasit. Primo per sarã gentis hebreoꝝ primã: que usq; ad. 90. annos sterilitatis opprobrium ptulit: & tamen isaac: cui repromissa fuit omniũ gentium benedictio: generauit. ¶ Secũdo p rachel que dudũ sterilis fuit: & tamẽ ioseph genuit: qui dñs egypti. & saluator multoꝝ fame perituroꝝ extitit. ¶ Deinde per sampsonẽ: quo nullus fortior: & samuelẽ quo nullus sanctior: q utriq; matres steriles habuerũt. Sicq; ꝓbauit cõceptus diu dilatos: & sterilium partus mirabiliores esse solere. Nunciauitq; ei angelus q; anna uxor sua filiam pareret: que uocaretur maria: que iuxta uotum parentum esset ab infantia dño ꝓcreanda: & adhuc ex utero matris spũsco plena: semperq; in templo domini moratura. Et sicut ipsa nascitura erat mirabiliter ex sterili matre: sic ipsa altissimi filium ex se incompabiliter generaret: qui ieſus uocatus omnibus gentibus saluator foret futurus. Deditq; ei angelus signuꝫ ut cum peruenireꝫ ad auream hierosolymeportam: uxorem suam annam obuiã haberet: que de sua retardatione solicita: tunc in conſpectu eius gauderet. ¶ Hisq; dictis angelus ab eo discessit. Anna autem cũ amare fleret: & quonã loco uir eiꝰ fuissꝫ ignoraret: & quasi ad remedim pomerium suum intrasset: idem angelus ei apparuit: & eadem uerba que ioachim nunciauerat: indicauit: addens ut ꝓ signo ad auream portam hierusalem pergeret: & uiro suo redeunti obuiaret Ambo ergo sibi ibidem occurrentes: & de mutua uisiõe letati: & de prole ꝓmissa securi: adorato domino domum redierunt: diuinum promissum certi & hilares expectãtes. ¶ Concepit igitur anna & peperit filiam: & uocauit nomen eius mariam. Completo igitur triennio ablactationis tempore: ad templum domini uirgineꝫ cum oblationibus adduxerunt. Erãt autem circa templum iuxta quindecim ꝯaduũ psalmos quindecim ascensionis gradꝰ. In quorum infimo uirgo constituta cunctos sine ducentis & leuantis manu ita per seipsam ascendit: ac si iam perfecte etatis fuisset. Perfectaq; oblatione filiã suam parentes cum aliis uirginibus in templo dimittentes ad propria reuersi sunt: uirgo autem quotidie in omni sanctitate proficiens ab angelis sepius uisitabatur: & uisione diuina continue fruebatur: a mane usq; ad horam tertiam orationi insistebat: a tertia usq; nonam operi manuum permanebat: in nona uero ab angelo celesti cibo reficiebat & quod ei dabatur in templo pauperibus largiebatur: a nona autem usq; ad solis occasum in lege domini & psalmis meditabat Crescente etate crescebat & sapientia & gratia apud deum & homines. ¶ Quartodecimo autem etatis sue anno pontifex publice denunciauit: ut omnes uirgines que in templo nutrite fuerant: domum reuerse uiris ſm legem coniungerentur. Cui manda to cum cetere paruissent: sola uirgo maria hoc facere non posse respondit: tum quia parentes sui eam domini seruitio mãcipasset: tum quia ipsa uirginitatem suam deo uouisset. Anxiatus pontifex quia neq; scripturam de uoto soluendo infringẽdam putaret: nec morem in israel insuetum introducere auderet: conuocatis senioribus iudeorum dominum super hac re consulendum decreuerũt Quibus orantibus uox de loco oratorii cũctis audientibus insonuit: dicens ut quicũq; de domo dauid nubiles coniugati non eẽnt. singuli uirgas suas ad altare deferrent: & cui⁹ uirgula germinaret: ac ĩ eius cacumine spiritusſanctus iuxta ysaie ꝓphetiam in colũbe specie descendisset: illi procul dubio uirgo maria desponsari deberet. Erat inter ceteros ioseph de domo dauid: qui senex iam erat: & uxore premortua filios ac nepotes ex filiis iam pronepotes habebat. Cui cum ĩcongruum uideretur: q; uir mature etatis teneram uirgineꝫ duceret in uxorem: ceteris uirgas suas afferentibus solus ipse uirgulã suam subtraxit. Vnde cũ nihil miraculi apareret: pontifex iterato dominum consulẽdum putauit. Qui respondit: q; solꝰ ille uir gam suam non attulit: cui uirgo desponsari debebat. ¶ Productus itaq; ioseph cum uirgam attulisset: & ipsa illico germinasset: & ei⁹ cacumine columba de celo aduolans consedisset: Liquido omnibus patuit ei fore uirginem desponsandam. Desponsata aũt uirgine ipse quidem in ciuitatem suam bethleem redit: domum suam disposituras. Virgo autem maria cum quinq; uirginibus coetus suis: quas ob ostentionem miraculi a sacerdote acceperat in socias ad domum parentum in nazareth reuersa est. Nomina uir

ginum erant hec:rachel:sephora:susanna:abigera:& agabel: quaꝝ omnium maria etate minor erat quibus data sunt ad opandum pro uestibus stempli fericum : hiacynthus: coccius : byssus:linus;& purpura:ut queli bet ex uno hoꝝ uestem ꝓexeret. Cum ergo iactatis sortib⁹:que ipaꝝ:quid horū opera ri deberet : & maria sorte purpuram ad uelum templi dñi accepisset:alie uirgines ei di xerunt admirantes: ꝙ cuꝫ ipsa minor oibus esset:purpuram:que ad reginas opari perti net accepisset. Ideoꝙ ꝓgruum erat ꝙ ipsa re gina uirginum uocaret . Et exinde quasi diuino instinctu ceperūt illam reginam uirginum appellare. ¶ In dieb⁹ autem illis:eidē gabriel angelus oranti apparuit:& de ea nascituꝝ dei filium nunciauit:ut dictum est supra in eius ānunciatione.8.cal.aprilis. Hec hieronym⁹. ¶ Dies autem natiuitatis beate marie aliquanto tempore fideles latuit:contigit autem ut refert ioānes beleth: ꝙ quidā scūs uir ꝓtemplationi sedule uacans : singulis annis.vi.idus septēbris iocundissimos angelorū cantus audiret. Qui dūm instanter orauisset:ut sibi reuelaret: cur ea die tantum & non alia hec audiret. Demūꝙ responsum accepit:ꝙ uirgo maria.vi. idus septēbris nata fuit:de cuius natiuitate celestis curia solenni tatem facit:mandās ut hec filiis ecclesie manifestaret:ut concordes fierent i tali festo celesti curie. Qui cum hec summo pontifici & aliis intimasset:& illi scripturis & antiquitatum testimoniis ueritatem huiusmodi compissent:natiuitatem uirginis extunc ipsa die celebrandam uniuersaliter statuerunt:uidelicet.vi.idus septembris.

¶ De sancto hadriano & sociis martyribus.

LII

HAdrianus martyr cum .33. aliis apud nicomediaꝫ passus est sub imperatore maximiano. Qui cū in prefata ciuitate degeret. Iussit omnes christianos comprehendi inter quos.xxxiii. fūt detenti:& ante ipm ad ducti. Quos imperator neruis crudis iussit cedi:& lapidibus ora eorum contundi:& annotato uniuscuiusꝙ nomine ferro uinctos in carcerem recludi fecit. Quorum constantiā & fidem uidens hadrianus prior officii militaris:conuersus ad christum cum eorum nomina scriberentur fecit & se cum ipsis annotari:dicens se christianuꝫ esse. Quod audiēs imperator ipsum sacrificare nolentem: cum ceteris similiter ferro uinctum in carcerem poni mandauit. Natalia uero uxor eius que christiana erat: audiens uirum carceratum: & causam ignorans: primum quidē dolens flere cepit:sed cum didicisset:ꝙ propter xpi fidem hoc pateret: gauisa ad carcerē cucurrit:& uicula uiri sui & aliorū oculari cepit & uirum suuꝫ multis sermonib⁹ exhortari. admonēs ut terrena ꝓperneret:& omnes attinentes ꝓtemneret:& ad celestia semper intēderet. Hadrianus uero eidem promisit:ut se cura iret:quia eaꝫ accersiret:ut finē suum p martyrium uideret. Illa quoꝙ uirū suum a liis scis recōmendans: ut eum hortarentur: ad domum suam rediit. ¶ Postmodum audiens hadrianus diem sue passionis adesse: dans munera custodibus : & scōs qui cū eo erant prebens fideiussores:abiit domū uocare natalīam ut ei promiserat:ut eoꝝ passiōi bus presens esset. Illa uero audiens ꝓ nūciū ꝙ uir suus ueniret: non credebat : donec famulus domus dūm ei addesse nunciauit. At ipsa putans ꝙ martyriū refugisset:& iccirco solutus esset:amarissime flere cepit:& hostium domus contra eum clausit:diris ꝓmonibus exprobrās ei: ꝙ christum dominum abnegasset. Quod audiens hadrianus admiratur & gaudebat : & ex hoc ad martyrium ardentior effectus est. Et cum instaret precibus:ut ei ianuam aperiret:enarrans ei qualiter sanctos martyres ꝓ se obsides dederat: & qualiter ad eam reuisendam uenerat. Natalia eundem cum gaudio suscepit:& se iuxta eum osculantes ad carcerem simul abierunt ubi natalia per.7.dies sanctoꝝ ulcera extergebat. Scatuta autem die:maximianus eos sibi presentari fecit:q resoluti pedis:quia ambulare non poterant uelut animalia portabantur. Hadrianus uero retro uinctis manibus sequebatur: & natalia cum eo deambulans ipsum hortabatur . Et cum sacrificare nolet: iussit imperator:a quatruor ualidissimis uiris ipsum grauissime & diutius cedi: ita ut eius uiscera effunderentur. Deide ipm una cum aliis in carcerem trudi . Ad quem accedens natalia:ipsum iacentem & pene exsseratum dulciter refouebat : cui⁹ exemplo & alie matrone christiane ceteris sanctis intra carcerem ministrabant . Et cum hoc imperator comperisset : & mulieres carcerem ingredi prohibuisset:omnes se totonderunt & mutato habitu uirilib⁹ uestibus induteꝰ scōs uisitare non destiterunt. Quod audiēs maximiāus:precepit:ut omēs martyres fractis cruribus interirent . Timens uero natalia ne uir suus aliorum suppliciis expauesret : rogauit ministros ut ab eo inciperent. Absciſis ergo ab eo pedib⁹ scruribusq; ꝑfractis:cū adhuc supuiuerꝫ:rogatu natalie manū ei sciderunt:ut aliis qui plura passi fuerant compar esset. Quo facto spiritū reddidit. Ceteri uero pedes ultro ꝓtēdētes:sic cruciſragio ad dñm migraueſt : rex ät corpa eorū cremari mādauit:ꝫ natalia manū hadriani in sinu absc̄ōdit: ueꝫ subito imbre uehe

mentissimo erumpente: igne⁹ extincto corpora martyrū illesa seruata sunt: que a xpiānis rapta constātinopolim sunt delata: ubi cū digno honore tumulata. qui passi sūt 6. id⁹ septēbris circa annum domini. 270. ¶ Qualiter autem natalia inde processerit: supra i ei⁹ historia actum est calē. decēbris.

¶ De sancto hadriano papa & confessore. LIII

Adrianus papa hui⁹ nominis primus natione romanus ex patre theodoro de regione vialara ste phano tertio pontifici romano i episcopatu successit: & sedit annos. 23. menses decē dies. 18. Hic sanctissim⁹ pontifex restaurauit monasterium sancti anastasii ad aquas salinas post incendium. Edificauit q; turres & muros urbis rome propter hostes longobardos quotidie irruētes. Hic portas ereas maiores dedit sācto petro apostolo. Ipsos quoq; muros urbis: q i pleriq; locis usq; ad fundamēta diruptī fuerāt renouauit. Multas etiam ecclesias tam intra urbem q̄ extra suis sumptibus restauravit. Hic etiam in monasterio sancti stephani: qd circa ecclesiam sancti petri situm est: cōgregationem monachorum instituit: ut in ecclesia sancti petri cum tribus mōasteriis: quos gregorius tertⁱ instituerat: laudes sedulas persoluerent. Fuit enim in reparandis ecclesiis & diuino cultu celebrādo admodum solicitus. ¶ Huius precibus carolus magnus rex francorum pipini filius uenies ad italiā cum exercitu: ut ab infestatione longobardorum ecclesiam defensaret: obsedit longobardos in papia: ubi cepit desiderium regē & uxorem eius: quos captiuos duxit in franciam: & ueniens romam reddidit omnia papę: que pater suus pipinus beato petro concesserat: adiūcto quoq; ei ducatu spoletano & beneuentano. Ob hoc ipse patricⁱ⁹ rome effectus est. Huius tēpe celebrata est septima synod⁹ trecentorum episcoporum apud constantinopolim. Aliam uero synodū ipse hadrianus papa presente rege carolo rome celebrauit: in qua fuerunt. 154. episcopi religiosi: in qua hadrianus papa & synodus dedit carolo ius eligendi romanum pontificē: & sedem apostolicam ordinandi. Item archiepiscopos ab ipso inuestituras accipere per prouincias singulas. Anathematizauit q; omnes huic decreto rebelles: & bona eorum publicari iussit. Tuncq; cessauit regnū longobardorum carolo i italia dominante. Hadrianus uero papa post multa laudabilia opera quieuit in pace. Sepultusq; est in ecclesia sancti petri in uaticano: & cessauit episcopatus dies tres.

¶ De sancto corbiniano episcopo. LIIII

Corbinian⁹ eps frixigen⁹ a papa gregorio primo factus fuit tempore pipini grossi regis: qui uir sanctissime uite fuit: & miraculis claruit. Die quodam dum apud ecclesiam sancti germani oraret: & propter musti fortitudinem spinam a uase reiectam sensisset: ne silentium frangeret: continuit: totaq; nocte in ofone pseuerans uinum adeo cōpescuit: ut nec de ipso uel unica gutta manaret. ¶ Cum quidam fur mulam ei⁹ abstulisset: totaq; nocte itinerādo uagat⁹ eēt mane dorso animalis uinctus ad sanctum ad ductus furtum restituit: & penitētiam egit. ¶ Adalpertum quendam suspendio damnatum se inuocantem triduo illesum conseruauit: qui post liberatus deo deuote seruiuit. ¶ Vrsum quendam qui eius asinum deuorauerat: dum romam pergeret: diuina uirtute coegit: ut sarcinam usq; romam animalis loco deferret. ¶ Huinigus comes tridentinus admissarium sancti furto auferri fecerat ad equas operiendas: & infra dies modicos. 42. equos morbo elephātino amisit. Vnde & dei iudicium cognoscens: equos duos cum admissario atq; ducētos solidos sancto restituit. ¶ Quadam sexta feria dum piscibus careret: predixit: per aquilam pisces sibi diuinitus ministrādos. Et ecce aquila rostro a mari piscem detulit: qui tota die ad esum familie satisfecit. Sequenti quoq; sexta feria mini strum suum natantem iussit: ut in christi no mine piscem caperet: qui mersus piscem magnum manibus cepit: & ad littus usq; perduxit. ¶ Apud oratorium sancti stephani: ubi aliquando orans lucem de celo fusam uiderat: & uoces audiuerat angelorum: cellam sibi construxit: ubi fontem ex humo baculo percussa perduxit. Deuotus uirginis gloriose die natiuitatis eius in pace quieuit: uidelicet sexto idus septembris. Et in eiusdem dei genitricis ecclesia sepult⁹ est: miraculis claruens. Nam sanguis qui die quadragesimo ante obitum eius de ipsius naribus distillauit: terre fussus post annos quadraginta recēs adeo inuentus est: ac si ea die fuisset effusus. Corpus uero eius tunc temporis translatus est salingā: & una cū dicto sanguine in ecclesia sua sepultum est in marmoreo mausoleo

¶ De scis dorotheo & gorgonio mrib⁹. LV

Dorothe⁹ & gorgoni⁹ mrēs passi sūt apud nicomediā ciuitatē sub diocletiāo ip̄atore. Qui cū eēnt primi i palatio eiusdē militie reperti sūt a christianis: xp̄ianos se libera uoce p̄fitebāt: qd cesar audiēs moleste tulit: anxiabat q; p̄dēt tales uiros quos ira palatiū suum nutritos mores & gēris nobilitas decorabāt. Cū ergo nec minis nec blādimētis mo-

uerētur in equuleo diſtendunt : & flagris & unguliſ toto corpe laniāt :& deide aceto & ſale nudatis pene eoꝝ uiſceribꝫ perſūdunt. Et cū hec alacrius tolerarēt i catricula aſſā tur:ubi quaſi in lecto floꝝ iacere uidebant. Ad ultimum laqueo ſuſpēdi iubētur:& cor pora eoꝝ canibꝫ exponunt : ſed tñ intacta a fidelibuſq; collecta:honorifice recondunt. Paſſi ſunt aūt. v.idus ſeptē.circa annos dñi. 280. ¶ Interfecto aūt tpe corpꝰ ſci gorgonii inde leuatū & romā trāſlatū ē. ¶ Anno aute dñi. 764. epus meteñ.nepos pipini regis ip̄s ad gallias trāſtulit:& i gorgocieñ. monaſte rio collocauit.

¶ De ſcō dorotheo abbate. LVI.

DOrotheꝰ abbaꝰ i egypti partibꝰ claruit. Hic genere thebeus iter patres egypti ſcitate nō minimꝰ quotidie a mari lapideſ colligēs & ānis ſingulis habitaculū unū edificans:ip̄m: edificare ſibi cellas nō uolen tibus ꝓcedebat.Noctibꝫ uero ſportulas opa batur:ut uēderet:pp cibū paupibꝫ miniſtrā dum.Cibus uero etꝰ erat panis uncie ſex: & oleꝝ minutoꝝ ſaſciculus modicus:aqua ue ro exigua i potu utebat .Nunq uiſus ē in le ctulo ſoporatus: uel pedes pro rege teredit ſe:uel pro uoluntate dormiſſe. Quieuit aūt in pace.v.id' ſeptē.Hec in uitis patrum.

¶ De ſcō ſergio papa & pfeſſore. LVII.

SErgius papa natiōe ſyrus de ci uitate antiochie:ex patre tiberio cononi pōtifici in ep̄atu romano ſucceſſit. Et ſedit āos. 9. menſes viii. dies. xxiii. Hic romā uenies ſub deodato pontifice:inter cleꝝ romane ec cleſie ꝑnumeratꝰ : qa ſtudioſus erat i officio cantilene acolythus factꝰ ē. Qui ꝑ ordines a ſcendēs a leone pōtifice ſuꝰ : i titulo ſcē ſuſan ne ꝑſbyter ordinatꝰ ē:q impigre ꝑ cemiteria mſm celebrabat. Defuncto uero cononе pa pa populꝰ urbis rome i duas ptes diuiſus ē Et una qdē ps elegit theodoꝝ archiꝑſbyte rum:alia uero paſchalē archidiaconū. Cūq; unus alio locū nō cederet: ſed uterq; imanі ter ꝓmaneret:ut unus aliū ſuparet:plurima q; pars cleri & populi ad ſacrū palatiū pre xiſſet:ut tractarēt quid fieri deberet deo an nuēte i perſonā denominati ſergii uenerabi lis tūc preſbyteri ꝓcordātes ſe contulerunt. Eūq; in lateranen. ep̄atum deducentes elege runt. Sicq; in ſede bti petri pontifex ordina tus ē tpe iuſtini iunioris. ¶ Hic pontifex ec cleſiā lateranen repauit. Et ut agnus dei ter cantaret intra miſſaꝝ ſolēnia ꝑſtituit. ¶ Hic etiā diuina ad eū reuelatione facta i ſacrario ſci petri inuenit capſam argenteā in loco ob ſcuriſſimo multe āoſitatis. Ita ut iam nō ar gentea uideret :i qua ſigillū erat expreſſum quo ablato inuenit crucē gēmis ornatam: & ineſtabilem portionē crucis dñice intus iclu ſam:que in die ſcē crucis adoratur. Corpus quoq; primi ſci leonis pape trāſtulit ipſo re uelante. Qui etiā propter deſēſionē eccleſia ſtice libertatis a iuſtino imperatore i exiliū relegatus:ac demū ab eo reuocatus ē. Et pꝰ laudabilem uitam in pace quieuit. Et ſepul tus eſt apud ſanctū petrum. Et ceſſauit epa tus menſem. i. & dies. xx.

¶ De ſcō audomaro epo. LVIII.

AVdomarus epꝰ claruit apud ta manēñ ciuitatē. Hic ex aureaual le non longe a ꝓſtantia ciuitate: patre friulfo religioſo & nobili uiro ortus ē. Et una cum eodem patre ſuo oibꝫ pro xpo relictis ad cenobiū luxouien:qđ a ſcō columbano abbate i bur gundia ꝓſtructū fuerat ꝑgentes ābo ſub ab bate euſtaſio mōachi facti ſunt:ubi friulfus in ſanctitate perſpicuus: uſq; ad finem uite p ſeuerauit. Audomarus uero in epiſcopū ta manēñ electus per annos pluſq. 30. eccleſiā ſuā feliciter gubernauit .Ciues quoq; ſuos: qui poſt doctrinam quam a ſanctis ſuſciano & uictorico perceperant ad idolorū cultura reuerſi erant ad xpm redire fecit. ¶ Cum at ſemel graui tentatione carnis urereꝰ : exem plo beati benedicti inter uepres & urticas ſe nudum uolitans: ignem illum libidinis exti xit. ¶ Dum apud uillam forniacū ſub arbo re quieuiſſet: crucem dñi de lignis factus ar bori affixit:& ſequenti nocte lux deſuper ce lica radiauit:multorumq; ex ipſa cruce egri tudines curabantur. ¶ Per annos plurimos ante obitum ſuum lumē oculorum amiſit: ad eius culmē ſanctitatis augendum:nec ta men unq; ide turbari uiſus fuit. Sed cum trā ſlationi corporis ſancti uedaſti epiſcopi a pud atrebateñ urbem facte ab auſberto epo intereſſet: lumē ſibi oculorum redditū eſt Finita uero corporis tranſlatione orauit ad dominam & iterum: ut petiit ad uotum ſuū rurſum excecatus eſt. Quieuit in pace quin to idus ſeptembris. In cuiꝰ tranſitu mira ſa grātia in domo eius reſperſa eſt : lampades quoq; ad eius tumulum dependentes oleum diſtillabāt: quo egri perūcti a langoribus ſanabantur. Cuius corpus in eius eccleſia tu mulatum a ſancto bertino abbate tranſlatū: ſepultum eſt in monaſterio ſancti ſcythini.

¶ De ſcō hilario papa & pfeſſore. LIX.

HIlarius papa natiōe ſardus ex pa tre criſpino leoni primo pontifi fici in epiſcopatu romano ſucceſ ſit. Et ſedit annos. vi. menſes tres dies. x. ¶ Hic conſtituit ut nul lus pontifex ſucceſſorē ſibi ꝑſtitueret. Qui non ſolum in elemoſynis dandis pauperib⁹

quotidie studuit: uerum etiam pleraq; basilicas auro argentoq; insigniter decorauit. Et fecit ad sanctū laurentiū balneū & monasteriū. Et hic plenus scitate & uirtutib⁹ quiuit in pace. 4. id⁹ septēbris: & sepultus est ad sanctū laurentiū in crypta iuxta corp⁹ beati sixti epi: & cessauit epatus dies. 6.

¶ De sāctis nemesiano & felice & sociis martyribus. LX

NEmesianus: felix: lucius: alius felix: litheus: polianus: uictor: ladior: datiu⁹ epi: multiq; plbri & diacones apud aphricā martyrium passi sunt sub psecutione valeriani & galieni impatog: qui exurgente psecutionis rabie ad primā pfessionis xpi pstantiā grauiter fustibus cesi: deinde ꝑdib⁹ uincti: & ad fodienda metalla deputati: glorioſe pfessionis agonē psumauerūt: quoꝝ etiā exemplū secuta multiplex plebis eog⁹ portio cum eis pariter coronata ē. Extat epistola bti cypriani ad ipsos & de ipsis scripta: qui passi sunt 4. idus septembris.

¶ De scis sosthene & uictore mribus. LXI

SOsthenes & uictor martyres apud chalcedoniaꝫ passi sunt sub pcōsule prisco: qui cū beatā eu phemiā uirginē sub eodē pcōsule decerrantē uidissent immensō lumine circundatā: & angelog⁹ & uirginū chorꝰ pstipatā ꝑsti sunt ad xpm: ut dicef infra in passione euphemie. xvi. calē. octobris unde ipsi ambo a pcōsule detēti: primoq; in carcerē truſi: indeq; ꝓducti ad stipites ligati sunt: ut sli quoq; ipsis ac leo ferocissimi laxati fuerunt. Sed cū ab eis in nullo lesi fuissent qn potius oi depolita feritate pedes sāctorū lingerent. Procōsul illos in cuppa cremari mandauit: qui dato sibi inuicē pacis osculo spiritū emiserunt. 4. idus septembris.

¶ De scis proto & hiacynthо mrib⁹. LXII

PRotus & hiacynthus martyres rome passi sunt sub galieno imperatore. Hi ambo fuerūt eunuchi domicelli & in studio philosophie socii eugenie uirginis filie philippi nobilissimi romanog; alexādrie ꝑfecti: qui & ab ipsa uirgine una cū patre & claudia eius matre ad xpm ꝑsti sunt: ut supra in eius passione actū est. 8. calen. ianuarii. ¶ Sed postq; beata uirgo eugenia passa est. Protus & hiacynthus iussu impatoris tē ti sunt: & ad templū iouis adducti ut sacrificarent: qui ofone sua simulacra ꝓminuerūt: & cum sacrificare nollent: primo quidem fustibus diutissime cesi sunt: deinde capitis obtruncatione martyrium cōpleuerunt. 5. id⁹ septēbr. circa ānum dñi. 256. & sepulti sunt uia salaria uetere in cemiterio priscille.

¶ De sancto helia abbate. LXIII

HElias abbas i deserto egypti i regione thebaide claruit. Qui deuotaꝫ uirginū curam habens in grandi monasterio trecētas semi nas collegerat: eaq; uitā & conuersatione regulabat: quod cū biennio fecisset: graue tentationis carnem sentiens adhuc iuuenis annoꝝ triginta exiſtens p solitudinem fugit: fugi biduano ieiunio ac triduano carnem domans. Cui i somnis tres angeli apparuerūt interrogātes cur deo dilectas uirgines reliquisset. Quib⁹ rndit: q uitiū carnis incurrere formidabat. Mox; ab uno eoruꝫ uisum est ei genitalia nouacula ꝑcidi. Sicq; securꝰ redire monet. Expgefactꝰ uir domini genitalia quidē reppit: sed tentatiōē abscisam oīno ꝑsensit. Sicq; ad cenobiū reuertus 40. ānis ibidē uixit: alteuerās q nunq; de cetero in cor ei⁹ talis cogitatio ascendit. Fenestre quoq; ibidē ꝑstructe sedebat: sorores eruditas: cū nec ad eū ipse ascendere: nec ipse ad illas descendere posset. Quieuit aūt i dño 5. idus septembris: cui succeſſit sanctꝰ dorotheus: qui in superiori monasterii cella consenuit. Hec heraclides.

¶ De sancto helia alio abbate. LXIIII

HElias alius abbas fuit in finibus antinoe ciuitatis: que metropolis est thebaidis: senex in eremo annoꝝ. iio. quoꝝ. 70. ānos in solitudie trāſegit: fuitq; discipul⁹ antonii: q ope manuū & oronib⁹ ipſs exegerat. ¶ Quod cū hospitalitati intēderet: & ad eū multitudo fratꝝ ueniſſet: quia publicē illae transitꝰ erat: & deficiēte sibi pane triſtis eēt. Ingressus spelūcā ex inspato tres panes grādes & recētes subito reppit: tex qb⁹ duos assumens. 25. frēs ex eis satiauit. Tertiꝰ uero q supfuit dieb⁹. 25. eidem postmodū ad uictū satis fuit. Hec in uitis patꝝ.

¶ De scō uenerio abbate. LXV

VEnerius abbas & ꝑsb̄ ē apud insulā palmariā claruit tēporibus phoce impatoris & gregorii pape primi. Qui ex nobilib⁹ ortus parētib⁹ puīncie lunēsis sacrifiq; litteris edoctꝰ: relicto seculo dicta insula petiit: terre uicinā distantē a luneñ citate circa miliarib⁹. 8. in loco q dr tyr⁹ maior: ubi a sprime pnie opam dabat: herbis agrestib⁹ & pomis multo tpe uescēs. Ad quē accedēs q dā agrestis noie reuelatiōe diuina ꝓmonitus ab eo salutis mādata suscepit: & rogatus ab eo sarculum ad terrā colendā & hordeū ad seminandū uiro dei detulit. Cū aūt ueneri⁹ tēpore quo iam hordea meti ceperant semē delatū seminasset hordeū subito natū & maturatū est: qđ ipse eadē messuit tempestate.

¶ Cumq; fama ipſi⁹ diffuſa iter multos illū uiſitātes: paup qdā domealis ad eū ueniſſet: & pueg; naui iuxta litt⁹ reliqſſet: illeq; dormitās: latratu canis ſubito expaues: & euigilās; i mari lapſus necat⁹ fuiſſet: nauiſq; per equora uagaret: audiēs hec uenerī⁹ & hōi miſertus: orōne ſua & lachrymis & nauē ad litus: & puerg; reduxit ad uitā: unde ob ei⁹ ſciatē nimiā: tam phoca ipator: q; gregori⁹ papa prim⁹ ipm plurimū reuerebant. ¶ Draco ingēs ppe ciuitatē luneñ hitabat: q carinas i mari ſepius ſubuertebat. Ad inſtātia ergo lunēſis epi: ſancti⁹ uir ſup hoc ꝑcib⁹ tertio pulſantis: p⁹ orōne & ieiuniū triduanū: cū archidiacono & plurib⁹ diſcēdēs ad rupē ubi draco latebat: ueſtigia ſua i ſaxo acū ice ra impreſſa reliqt. Et dū dracōi ex pte epi de receſſu mādaſſet: illeq; nullatenꝰ mouereť: deide ei mandauit in nomie trinitatis: ut ſe in abyſſus demergeret: draco ſe ſtati i mare ꝓcipitās nuſq; ꝑuit. ¶ Poſt hec uenerius ut gloriā hominū fugeret: nauigauit ad inſulam cyrnē: ibiq; dieb⁹. 40. cū beſtiis demoratus eſt: coruo ei quotidie dminium panis calidi & fruſtū carnis bubale diuinitus deſerente. Qui etiā deabulās iuxta litt⁹: corp⁹ hōis in mare necati: illicq; ab undis iecti iuenit: & orās pro eo: angelis appētib⁹ hōiné ſuſcitauit. ¶ Cū aūt admōitiōe dīna ad locū ſuū rediret uellet & nautas q illuc appulerāt: & ad ſardiniā ire uolebāt iſtāter rogaſſet: ut ipm ad ſuā inſulā deferrēt: illiq; recuſarēt: orta i mari tēpeſtate: nō pri⁹ ide ſe mouere potuerunt: donec ſci petitionē adiplere uouētes: ſacta ſubito ſerenitate eū illuc detulerunt. Et cū ante receſſum ſuū ipi naute in littore lapidib⁹ luderēt: unuſq; illog; a ſocio cāu in tē pore pcuſſus expiraret: orōne ſci ſuſcitat⁹ é. reuerſus igit ad locū priſtinū gauit i pace. 5. id⁹ ſept⁹. māib⁹ angelicis ſepult⁹ i quo loco oleum emanās: egritudines oēs ſanabat.

¶ Poſt hec lucius eps luneñſis deo admonit⁹ ad inſulā cū populo ueniēs: oleū manās reperit: corpuſq; eſſodiēs: illud quoq; integrū inueniēs miro fragrās odore: honorabiliter tumulauit: eccleſiamq; deſup edificauit: ubi ad refectionē cuſtodū ſacri corpis de terra fōs ſcaturiť: uſq; i preſes ibidē manās. ¶ Tēpore uero ludouici pii ipatoris: cū ſaracenī inſulas illas deuaſtarēt: apollinaris epūs luneñſis .2a ſcō ꝑ uiſum admonit⁹: corp⁹ eius inde tranſtulit: & regium detulit: ac i eccleſia ſci proſperi. 3. non. nouēbris depoſuit.

¶ De ſcō uenerio alio abbate. LXVI.

Venerius ali⁹ abbas tyburtine ciuitatis floruit tpe othonis. iii. imperatoris. Qui prio in mōaſterio ſci bādicti apud ipm oppidū degens: inde ſolitudiné petens: ſine abbatis licētia diſceſſit. Quo tpe tigit ſcūm romualdū abbatē ad ciuitatē illā ab othone obſeſſā accedere: gra pacis interponēde. Qui audiēs de dicto ſolitario ad eū abiit: & uita ipi⁹ ꝑpta: ipm de ſobediētia increpauit: & q; ſine abbatis ſui licētia: qcqd faceret inaniter laboraret aſtruxit. Ille at ꝑpūct⁹ ad mōaſteriū unde receſſus: licētiā a ſuo abbate de uita ſolitaria ducēda petiit: & ut petiit ipetrauit. ¶ Deide ſaxū hōib⁹ iacceſſibile ꝓcēdit: ubi. 4. anis ſine hūano cibo pmāſit: exceptis trib⁹ panib⁹ quos ſecū pri⁹ a mōaſterio detulit. Solaq; poma ſiluestria & radices edebat: aquā uero quā eſtate bibebat: i cōcauolapidis hyeme ex niuib⁹ colligebat. Ad quos plurimi uitā ei⁹ reuerētes accedebāt: & uite hōis neceſſaria deferebāt: q tñ oia ipe paſtoribus pecoꝝ & aliis indigentibus erogabat. ibidē quoq; exhortāte epo basilicā fieri & cō ſeerari pmiſit: In q⁹ aliqđ tps deceſſit: & a qbuſdā eū q̄rentib⁹ iuēt⁹ é mortu⁹: in cubitis & genib⁹ q̄ſi ad orōnē icūbēs: ubi & ſepť tus é: per quē de⁹ plurima miracula oñdit.

¶ De tranſlatione ſci hermacore. LXVII.

Tranſlatio corpis ſci hermacore epi ſcā é p⁹ tps quo attila flagel lū dei italiā deuaſtās: aqleiā fūdit⁹ euertit. Cūq; ꝑ o eādē prouicia gothoꝝ rabies deppulſata eēt: tertio quoq; lōgobardoꝝ ipetū: paul⁹ tūc patriarcha aqleien ferre non poſſet ad gradēſe caſtr; ſupra mare ſitū ſe trāſtulit: & corpa quorūdā ſcōꝝ ac theſauros eccleſie ſecū tulit: cui ſucceſſit in patriarchatu pbin⁹: & pro bino helias q; i gradenſe eccleſia ſynodū .20 epoꝝ celebrauit: & de mādato tunc pelagii pape ipam eccleſiā toti⁹ uenetie & dalmatie metropoli eē ꝓſtituit: eo q; aqleia tūc fūdit⁹ eēt euerſa. P⁹ heliā ſucceſſit cyprianus: quo mortuo fortunat⁹ heretic⁹ ſedē iualit: ſultus audacia lōgobardoꝝ: q ſpoliatis eccleſiis ſe dē tenebat i caſtro glemōe i ꝓſinio lōgobardoꝝ ſito. ¶ Eodē at tpe primogenit⁹ a papa miſſus ē patriarchas ad iſtātia epoꝝ catholicoꝝ puicie uenetoꝝ: ut dicta ſedē catholice gubernaret. Qui a populo gratāter exceptꝰ & dina diſpoſitiōe cathedrat⁹ a deoꝝ p uiſum ꝓmonit⁹ cū oi ſua plebe aqleiā prexit: ut corpa hermacoꝝ & fortūati adhuc i agro ſcē matrōe alexādrie tumulata: ide ad caſtr; gradēſe trāſſlerent. Quibus in ſaxeo mauſoleo reptis: dū ipa inde aſportare nō poſſēt: i grētes ne forte q̄cū d reliqiis eoꝝ deficeret Reuerſi ad arcam repiunt unū ex calceis ſci hermacore ex errore dimiſſū: quo ſuſcepto corpa cū oi facilitate mouētes: naui ipoſita gradū tulerūt: eaq; ibidem honorifice depoſuerūt pridie id⁹ ſeptēbris: ubi & tumulata q̄eſcūt: loc⁹ uero ſuſceptiōis nauis q̄ corpa

tulit: usq; hodie dr̃ cessus .i. receſſus ſci her macore: q; ſemper uirenti germine decorat.

¶ De ſancto hiuentio epo. LXVIII

Hiuentius epꝰ diſcipulus bti hermacore fuit. Cũ idem beat⁹ hermacoras ſanctũ ſyr̃ epm ordinatum ad ciuitatẽ papiã miſiſſet: ut uerbũ dñi pdicaret: hiuentiũ cõdiſcipulum eidẽ aſſociauit: ut dictũ ẽ ſupra in legenda ſyri. §. id⁹ decẽbris. Hic cum btõ ſyro epo in pdicationis officio iugiter laborauit: quẽ & ipm diaconũ idẽ epꝰ ordinauit: ac ſucceſſorẽ dimiſit. Duꝫ aũt mortuo ſyro hiuenti⁹ ad ſacerdotiũ peteret: dudũ latuit: ſed tandẽ pduct⁹ licet ſatis renitẽs pontificatum accepit: qui gratiſſimus clero & populo magiſtri ueſtigia ſequẽs gregẽ dñicũ exẽplis & ſermonibus pauit: & miraculis polles in pace quieuit pridie idus ſeptembris.

¶ De ſcõ hiuentio preſbytero. LXIX

Hiuentius pr̃bꝫ hiſpania claruit ſub tpe pſtãtini impatoris. Qui uir ſanctitate inſignis & ſapiẽtia clar⁹: rhetorico ſtilo copioſus: genere nobiliſſimus: qtuor euãgelia heroico metro quattuor libris pene ad uerbum tranſtulit: & apud hiſpanias claro fine in pace quieuit.

¶ De ſcõ niceta martyre. LXX

Niceta martyr: q; interptat victor apud nicomediã ciuitatẽ paſſus eſt ſub maxiano rege ipſi⁹ mr̃is pente. Hic ipſi⁹ ciuitatis oriũd⁹ filius ſtati maximiani regis genitilis: in adoleſcentia bonis moribꝰ imbutus p reuelationẽ ad xp̃m uerſus ẽ. Appuit eni ei in ſõnis xp̃s cũ uirgine in oratorio ſcẽ marie: tenẽs ſignũ crucis in manu ſua: & docuit eũ: ut crederet in eũ: q euigilãs & de uiſiõe territ⁹: pquirebat qs eẽt: q ei appuiſſet: cui quidã xp̃iana noie iuliana occulte imagines xp̃i ac matris ei⁹ & ſignũ crucis oſtendit: qs ille ipſas eẽ figuras eog: quos uiderat recognouit: Duct⁹ igit̃ a iuliana ad oratoriũ uirginis: a quoda p̃bro xp̃iano in fide doct⁹ & baptizat⁹ ẽ: indutuſq; habitu deſpicabili a gabriele archãgelo ei appente in fide xp̃i cõfirmat⁹ ẽ. ¶ Cũ aũt puer qdã iulian⁹ niceta oranté in eccleſia reppiſſet: pfi denunciauit Qui miſſis appitoribꝰ fecit eũ detineri in eccleſia ſcẽ dei genitricis oranté: Ductuſq; ad patrẽ ab eodẽ ad ſacrificia inuitat̃. Ille aũt ſibi dari deoſ petiit: ut eis thura offerret: ſta tuaſq; idolog argẽteas i domũ ſuã adducta: ꝓtriuit: & paupibꝰ p fruſta diſtribuit: qđ cũ pfi ipſemet poſtmodũ retuliſſet: iuſſit eum catenis ligari: & uncis ſuſpẽdi: & a. 24. uiris ſibi uiciſſim ſuccedẽtib⁹ neruis taurinis acto & ſelle intinctis crudeliter flagellari: cui appens angel⁹ michael ipm dulciter ꝓhortauit: uidit q; niceta manũ de celo ei porrigẽtẽ coronã gẽmatã & colũnã igneã ad celũ uſq; ptenſam. ¶ Cũ aũt hec oia patiẽter toleraſſet: fecit eũ pr̃ manib⁹ & pedib⁹ uinctis ſuper ſtratum poni: & puellã ſpecioſaꝫ adduci: ut ipm oſculis & amplexib⁹ alliciẽs ad deoruꝫ ſacrificia puocaret. Qui dũ ſe ab ea ipudice tractari ſentiret: & aliter illã repellere non poſſet: linguã dentib⁹ pcilã in faciẽ ei⁹ ſpuit illaq; ꝓfuſa diſceſſit. Tũc fecit eũ rex deponi ſup lectuꝫ gladiis acutiſſimis circũſeptũ: q ũtuor rotis agitabat̃: ſed orante ſcõ gladii ſicut ſenum facti ſunt: & ipſe illeſus pmanſit Quo uiſo miraculo qngẽti gentiliũ credide runt. Orãte quoq; ſcõ mr̃e chriſtma & aqua de petra pſilit: & ipſe eos baptizauit. Statiq; ad regẽ intrauit: quẽ ille uidens incolumem quẽ mẽbratim pciſi putabat: iuſſit eũ hamo p labia ſuſpendi: & ferꝫ ignitũ acutũ auricule ipſi⁹ infigi: ut a dextera in ſiniſtrã pertranſiret: aliud quoq; ferꝫ cordi ei⁹ immitti & tertiũ capiti imponi: quod inde ipm uſq; ad latus ſiniſtꝫ trãſſoderet. Et dũ hec pſtanter ſimiliter ſupaſſet: iuſſit eũ uerſus pedib⁹ ſuſpendi: & fumo ſubterfacto fumigari: dein de napta pice & palmitib⁹ igne ſuccenſo ſanctũ cremari. Et cũ in his etiã illeſus pmãſiſſet: man⁹ ei⁹ truncari: & ferris crura ſecari fecit. Deinde calciamẽta ferrea ignita pedibus ei⁹ iponi. Et poſt hec in pfundiſſimã ſouea⁊ ſine aqua iactari. Qui oꝛone facta ab ãgelo michaele de ſouea educit: & mẽbra eius oia reſtituunt. Angelus quoq; ipm hortatus ei dixit: q; quicũq; ipm in oi neceſſitate ſuocaret: iuſte poſtulata penitus obtineret: & ſi iniuſte peteret ad penitentiã pueniret. ¶ Poſt hec pr̃ uocatis magis fecit ei mortiferũ i caliẽ ppinari: ſ; ſigno crucis edito: demões de calice ululãtes euanuerũt: & uenenũ i aquã uerſum ẽ. De qua martyr dñi magos illos ad xp̃m redeuntes baptizauit: quos rex una cum filio in carcerem tradi mandauit. Orãte uero ſcõ diabolus in angelum lucis tranſ figuratus eidem apparuit: quem ille per ſpiritũ cognoſcens durius icrepauit. Statimq; angel⁹ bon⁹ eidẽ aſtitit: & illũ ſore demonẽ declarauit: quẽ niceta ad terram pſtrauit: & pedẽ ſup collũ eius poſuit: & qs eẽt iterrogauit. Ille uero diu eiulans dixit ſe eẽ ſpũm q adã fecerat: ut puariaret: & caim ut frẽm occideret: & pp̃m iudeoꝝ iduxerat ut xp̃m crucifigeret: ueniẽte quoq; pfe maximiano ad carcerẽ: piecit niceta demonẽ i uultu ei⁹ dicens ipm eẽ deũ quẽ adorabat: & deinde illum i ſterq̃linio alligauit. ¶ Cũ aũt pr̃ ſe in xp̃m crediturũ promitteret: ſi niceta unum ex multis defunctis ſub columna iacentib⁹ ſuſcitaret: orante ſancto omnes qui fuerant

mortui surrexerunt. Et cū in gētilitate mortui essent scūs dñi eos baptizauit: & iteꝝ ut dormirent ac se i padisium precederēt impauit. Que oia dum rex magie ascriberet: & si liuꝫ iteꝝ sustigari iussisset: ueniēs regina ipꝫ de crudelitate nimia redarguit: mox quoq; seditione suborta populꝰ regē gladiis & lancеis trucidauit. Niceta uero omnē populum in fide docuit & baptizauit: ecclesias plures ɔstruxit: & fidē dñi multiplicauit. Demū ad xp̄m feliciter migrauit die sabbati pridie id' septēbris: hora. vi. sepultus a xpianis i nicomedia citate: iuxta corpora aliorꝫ mēm ibidem pro xp̄o passoꝝ.

¶ De sancta bona uirgine. LXXI.

BOna uirgo i pibus egypti claruit. Hec apud latinos bona: apud suos egyptios cordimūda uocata: regali genef orta: patre zabul nobili satrapa: matre ziua: pulchra facie sed pulchrior fide: nōdū tamē baptizata: pentibus defūctis: multaꝝ diuitiaꝝ heres: sub cura propinquoꝝ fuit. Quā dum iuuenis nobilissim' i piugiū peteret: multas ei pollices possessiōes: illa oīno matrimoniū refutauit: dicēs xp̄m se ab ista desponasse: uirginitatēq; suam ei dedicasse. Propter qđ a ppinquis dudū blāditiis & minis pulsata: timēs ne sibi uiolēter sanctū propositū rūpetur: latēter fugā petiit: & ad cenobiū uirginum se ptulit: ac se a ianitrice itromitti istantius postulauit. Dūq; illa uirgine sine abbatisse licētia admittere ɔcusaret. Abbatissa diuina reuelatōe ɔmonita: ipaꝫ itromitti fecit: & petēti habitū religionis tradidit. Requisita aūt ab attinētib' & iuenta: dum ipam ide nullatenꝰ auellere possent dicūt abbatisse pu ellā eē gētilē: ut eā tali occasione repellerer. Illa autē hoc ꝓfitens sed baptismū expetēs a presbytero monasterii baptizaī: & xit. ānorum sacro suscepto uelamine uirgo dño cōsecratur. Que i multa ꝓseuerauit scitate: & oi sacre regula discipline. ¶ Cū aūt unā ex sororibus hꝛet i sociam ꝓdilectā: & illā languentē oēs alie uisitarent: sola bona remansit i ecclesia orans deū: ut qa illā mori ꝛspiceret: sibi in ualio seculo comes fieret. Quod & uoce de celo lapsa ei promissum est. Tunc bona sororē adiit: que ei illud idem prenunciauit: & mox spiritū emisit. Tertia uero nocte abbatissa uidit somnio: q; iuuenis splendens pallā ex eius capite auellebat: quam & scrinio abscōdebat. Et querēs cur hoc faceret: audiuit bonā ab ea eadē die auferēdam. Mane aūt dū abbatissa uisionē sororib' retulisset bona presente: audita ē uox angeli de celis ipam ad patriā euocātis. Que continuo i choro soroꝝ posita: oib' circū psallētibus & fletib' emisit spiritū pridie id' sept. Cuius corpus mox iux de celis clara circū dedit: & ex ipo odor mirabilis refragrauit: donec officio ꝑpleto sepulture traditū est.

¶ De scō philippo epo & martyre. LXXII.

PHilippus epūs & mr̄ passus ē apd alexādriā sub seuero imꝑatore. Hic illustrissim' ꝓfect' alexādrie pater fuit scē eugenie uirgis: & ab ea ꝑuersus ad xp̄m: ut supra i eius passione actū ē. 8. cal. ianuarii. Qui re licta ꝓfecture dignitate: a xpianis i epm alexandrie sublimat. Ad cuius istantiā & inforꝫmationē seuerus augustus libertatē xpianis ꝓcessit: ut suis legib' i egypti ptib' uteret: eo ꝙ ab eo uti olim prelecto suo informatus est: xpianos rei publice plurimū eē ꝓficuos. Postmodū aūt emulatib' paganis. Seuerus edictū reuocauit: & misso illuc pennio prefecto i successorē philippo mādauit eidē: ut aut philippum diis sacrificare ꝓelleret aut depositū oi dignitate & facultatib' priuaret philipp' aūt ifirmitate simulauit: donec oia sua paupib' diſpēsauit. Quod audiēs penni us: dū ob timorē populi ipm iuadere publice nō auderet: latēter i ecclesia orāte gladio i gutture ꝑcuti fecit. Qui tñ populū i timorē dei exhortās: p triduū supuixit. Sed i epi scopatu mēses. xv. miracula patrās. Et sic cū palma mr̄tii ad xp̄m migrauit idibus septembris. Sepultus in mōasterio filie sue.

¶ De scō ligorio martyre. LXXIII.

LIgorius martyr i partib' grecie passus ē. Hic natiōe grecus: religiōso seculo dū uaste solitudis ere mum coleret: hominibusq; incognitus eēt: & gētilib' uenatorib' iter uepres iuentus ē. Et dū latro putaret: i terrogat' qs eēt: rndit se eē peccatorē xp̄ianuꝫ. Qđ illi audito xp̄i noīe eis exoso mox gladiis iterfecerūt. Cuius corpus a uenetis de partib' greciaꝫ trāluectū i mōasterio sci laurētii positū ē. Cūq; dies ei' passiōis ignotus eēt: cuidā puero lāgueti quasi i extremis posito: quidā scūs apparuit: seq; ligoriū eē dixit puerūq; admouit: ut abbati sci laurētii diē sue passiōis. ix. septēbr̄ celebrandū eē indicaret: quo uidelicet die ipe pro xp̄o passus fuisset: & eo nūciato sua eius meritis sanitatē pciperet: puer aūt ad se redīes: hec q; uiderat abbati nūciauit: & ꝓtinuo icolumis de lecto surrexit. Sicq; dies passiōis ligorii. Idib' septē. eē exinde oib' notum fuit.

¶ De scō amato presbytero. LXXIIII.

AMatus presbyter & abbas monasterii romerici fuit: uir quidē mire abstinētie & anachoritice uite sectator: uirtutū & miraculoruꝫ gra illustrē ꝙersationē ducens. Qui & migrauit ad xp̄m idibus septembris

in ipso mõasterio i pace tumulat⁹. hec ado.

¶ De scõ mauritio epo. LXXV

Maurilius eps apud andegauenſe ciuitatẽ claruit: cui⁹ & epus fuit. Hic natiõe mediolanenſis claris parentib⁹ ortus. Primo quidem ſci martini in ſuo monaſterio turonenſi diſcipulus fuit: ſed poſtmodũ ſolitaria uita eligẽs de turone receſſit: & andegauen urbẽ adiit: ubi in villa caloucie phani antiquiſſimũ idolo⁹ reppit: ſtatimq; ofonẽ ſudit: & ignis de celo deſcendens ipm ꝓſumpſit. Ibi ergo ſcũs eccleſiã fundauit: quã p ceſſat̃poris ſcũs martin⁹ ꝓecrauit: ubi & multo tpe mauritius in ſcitate uite morãtra xit. ¶ Multiſq; miraculis coruſcauit. Nã puer a uipera pcuſſum pene extinctũ ſanauit. In preſtacoru bi erat collis idolo⁹: demonibus cũ multo eiulatu expulſis idola cõbuſſit: ibiq; cenobiu⁹ ſtruxit. ¶ Vir quidã rapt⁹a mercatorib⁹: ut ꝓcio uenderet: ad eius ꝓſidium recurſum habuit. Dũ aũt ſcũs dñm illius ad redemptionẽ capti nullaten⁹ induc̃ere poſſet: raptor febribus inuaſus ſubito expirauit: quẽ ſanct⁹ maurilius ſua oratione a mortuis ſuſcitauit: ſtatimq; ille captiuum libere dimiſit: quo etiã miraculo oẽs alios dicti raptoris ꝓclios ad penitentiã reuocauit. Naute quidã in mari piclitantes eũ inuocabant. Quod ſcũs per ſpũm cognoscens: ad litus acceſſit: & ſigno crucis edito tẽpeſtatẽ ſedauit. ¶ Latro quidã qui eius aſinũ rapuerat: nocte tota circũuagãs: mane cũ furto añ fores ei⁹ mõaſterii iuent⁹ẽ: & aſello reddito penitentiã egit. ¶ Poſt hec de ꝓſilio bti martini archiepi turoñ. in eꝑm andegauenſe electus eſt. Qui dũ in ſede ponit: & a martino eius metropolitano ꝓecrat: colũba de celo ueniens capiti eius inſedit. ¶ Dũ cuidã matrone ſterili filiũ a dño ꝑcibus impetraſſet: illaq; puer⁹ febricitanẽ ad maurilium celebrantẽ in eccleſia ſci petri baptizandũ addu xiſſet. dũ miſſa ꝓtraherẽt: puer ſine baptiſmo expirauit. Ille uero q̃ſi negligentie ſci us actur⁹ penitentiã ab eccleſia ſua auſugit: claues reliquiaq; ſecũ tulit. Que dũ p mare nauigaret: caſu in aquã ceciderunt. Eps aũt q̃ſi hoc diuine ultioni aſcribẽs: uouit ſe nũq; ad ſedem ſuã reuerſur⁹: niſi claues ipas diuinit⁹ rehaberet. Sic; in habitu pegrino trãſ miſſo mare dñi cuiuſdã ortum colere cepit. Requiſitus eſt ubiq; p ſeptenniũ a ciuibus: ſed minime inuẽt⁹. ¶ Dum aũt quidã ex eĩ⁹ clericis ad eũ querendũ mare trãſire uellẽt ſcripturã ab angelo inuenit̃ lapidi ſculptã, continentẽ Mauriliũ illac tranſiretaſſe: leti ergo dum portũ in nauicula tranſeũt: piſcis ingens in nauem ꝓſiluit: quẽ exenterãtes claues in uẽtre reperiunt: quas bene recognoſcunt. Mauriliũq; cũ clauib⁹ in mari demerſum putauerunt. Et dũ triſtes redire diſponerent: hoſpitati ſero apud dñm cũ quo eps eoꝝ morabat: mauriliũ uocari audierunt. eumq; recognoſcẽtes: ut repatriaret: exorarunt. Recuſanti quoq; & uotum ſuũ allegãti claues oſtendũt: ſicq; ſanctũ cũ gloria ad ſedem ſuã reducunt: qui ſtatim iuxta ſepulturam pueri ſe ꝓſtrauit: nec ab oſone deſtitit quouq; puer reuixit: quẽ ipſe baptizatũ renatum uocauit: & in lege dñi eruditũ ſucceſſorem epatus habuit. ¶ Quenda die dñi eo ſecuri ligna cedentẽ: cui⁹ manus ꝓtracta ſecuri adheſerat: poſt dies quinq; penitentẽ ſanum effecit. ¶ Dũ in portu lydi ſtumis cũ quibuſdã tranſire uellet: nec nauẽ haberet. Nauicule quedã ab alia ꝓte fluuii poſite ſiñ aliquo ductore ad eũ puenerunt: & ipſe cuꝫ oibus angelico ducatu tranſiuit. Quieuit in pace. 90. etatis ſue anno: epatus uero ſui anno. 30. idibus ſeptembris. Sepultus in eccleſia andegauenſi miraculis clarens.

¶ De exaltatione ſcẽ crucis. LXXVI

Exaltatio ſcẽ crucis ſub heraclio impatore facta eſt. Cum eni uenerabile crucis dñice lignũ a beata helena inuentum eẽt: ut hẽ ſupra in hiſtoria inuẽtionis crucis. §. noñ mai: ita per mediũ ab ea ſectũ eſt ut ex eo crucẽ ꝓſtantinopoli deferret: & crucem heroſolymis in thecis argenteis ſuo loco reꝑaret. Multoq; itaq; tẽpoꝝ labẽte curriculo pmittẽte dño ꝓpter peccata ſuum populũ flagellari. Coſroe rex plaꝝ oia regna terraꝝ orientis ſuo impio ſubiugauit. Hieruſalẽ aut̃ ueniens a ſepulchro dñi territ⁹ fugit: parte tamẽ dñice crucis ibidẽ ab hele na relicta aſportauit. Volens aut̃ ab oibus ut ſolus de⁹ coli: turrim ex auro & argento interlucentib⁹ gẽmis fecit: & ibidem ſolis & lune ac ſtellaꝝ imagines collocauit: ꝓ ſubtiles ẽ & occultos aqueduct⁹ q̃ſi de⁹ deſuper aquã fluẽs pluebat: & ſubterraneo ſpecu eoꝝ quadrigas trahentes hẽbat: ut q̃ſi turrim mouerent: & tonitruũ ſimularent. Filio quoq; ſuo regno tradito: ipſe in turri reſidebat: & iuxta ſe crucẽ dñi collocans: appellari ſe regem regũ & dñm dominantiũ ab oibus impabat. ¶ Tunc impator heracli⁹ xpianiſſimus cũ exercitu copioſo iuxta flumen danubium cõtra coſroe filiũ pugnatur⁹ aduenit. Et ibidẽ utriq; principib⁹ placuit: ut ipſi ſoli ſup pontẽ duello ꝓſigerẽt: & qui uictor exiſteret ſine dãno alterius ptis exercitus impiũ obtineret. Et ſi quis ex ulla ptiu⁹ principẽ ſuum iuuare ꝓſumeret cruribus & brachiis exciſis in flumine mergeret. Heraclius igit̃ ſe deo & uenerande cruci: ꝓ qua pugnabat: deuote cõmendãs ambob⁹ dudũ

in ꝑflictu durantibus xp̃o annuẽte victoriaꝫ randeꝫ obtinuit: & cosroe filiũ interfecit. Statimq; uniuersus eius exercit⁹ quasi diuinit⁹ tactus se fidei xp̃iane subdidit: & sacrũ baptisma suscepit. Cosroe ãt ignorabat exitũ bel li: qa cũ ab omnib⁹ pp eius supbiam habere tur exosus: nemo eidẽ ĩdicare curauit: unde heraclius usq; ad turri ascendẽs ad thronũ eius ex iprouiso puenit: & ei ĩ throno aureo reppit: eiq; dixit: q; quia crucẽ dñi iuxta ei⁹ modulum honorasset si baptismũ & fidẽ xp̃i suscipere uellet: uitã & regnũ ab impio acceptis obsidib⁹ obtineret. Sinaũt statim ipi⁹ gladio interiret. Cũq; hoc ille ꝑfidus acquiescere nollet: heraclius eum protin⁹ decollauit. Sed quia rex fuerat: & crucẽ dñi ex pte honorauerat ipm̃ sepeliri mãdauit. Filiũ ue ro eius annoꝝ. x. quem secũ reppit baptizari fecit: & ip̃s de sacro fõte leuauit: ac regnũ paternum ei dimisit. Turri uero destruẽs argentum in predã suis diuisit: augq; uero & gẽmas ad repandas ecclesias quas tyrãnus destruxerat reseruauit. ¶ Sacrã igitur crucem dñi repertẽs hierosolymã reportauit. Cũ autem de mõte olieti descẽdẽs p portam quã dñs passurus intrauerat: in equo regio & appatu impiali ingredi uellet: repente lapides porte desceṅderunt: & inuicẽ quasi paries se clauserunt. Angelus quoq; dñi super portã signum crucis tenens appuit: & impatorem de pompa icrepauit: dicẽs q; cum dñs ad passionem per ipm̃ ianuam intrauit: non cultu regio: sed humili restidens asello: humilitatis exẽplũ dereliquit: & his dictis angel⁹ disparuit. Tunc impator lachrymis infusus discalciatus & usq; ad camisiã exutus crucem dñi accipiẽs usq; ad portã baiulauit. Statiq; porta se surrigẽs: libeq; intrantib⁹ patefecit ingressum. Odor aũt suauissim⁹ qui eodem die quo crux de turri cosroe fuit sublata usq; hierosolymã de persaq; prouincia fuerat allapsus tunc rediit: oẽsq; suauitate refecit: Sicq; preciosa crux suo loco restituitur: & antiqua miracula renouanf. Mortuus enim quidam suscitat: palyticꝰ. 4. curantur: leprosi. x. mũdant cecꝰ. xv. illuminãt: a plurimis demones effugant: laꝑoribusq; diuersis mẽti liberant. Et sic impator ecclesiis repatis: & regiis munerib⁹ dotatis ad propria remeauit. Facta est aũt hec crucis exaltatio. 18. calen. octobris. Circa annos dñi. 620.

¶ De scõ cornelio papa & mrẽ. LXXVII

Cornelius papa & martyr natiõe romanus ex patre castino. Fabiano pape i põtificatu romano successit. Et sedit annos tres mẽses. 2 dies. x. Hic ꝑstituit ut sacerdotes si uellẽt pro certa causa iuuare possent. Hic rogat⁹ a quadã lucina matrõa: corpora apostolor̃ petri & pauli de catacumbis leuauit: ubi per annum iacuerãt: postq; ea greci iurati fuerant: ut dictum est supra in passione eor̃. 3. cal. iulii. Et primũ quidem corp⁹ beati pauli sepeliuit in predio eiusdem lucine iuxta ostiẽ. ad latus ubi decollatus est. Deinde corpus beati petri posuit iuxta locũ ubi crucifixus ẽ: inter corpora scõr̃ ep̃oz̃: in templo apollinis in mõte aureo uaticani palatii neroniani. ¶ Hic beatus martyr a decio cesare cum suis clericis in exilium relegatus est centũcellis. Ibiq; a sacto cypriano epo carthagineñ. epistolas consortationis accepit. Tandem de exilio reductus decio pñtatur: & dum immobilis in fidei confessione permaneret. Iussit os eius plumbatis cedi: & deinde ad tẽplum martis adduci: ut aut ibi sacrificaret aut sniam capitalem subiret. Cum ergo illuc duceretur: miles quidã nomine ✝ cerealis eum rogauit ut ad domũ sua diuerteret: & pro uxore eius ✝ salustia: que per annos. v. palytica iacebat oraret. Que dum ad orationẽ eius sanata esset ✝. 21. milites cũ ipsa & uiro suo: dño credidерunt: & a corneliо baptizati sunt. Qui omnes iubente decio ad templum martis deducti & expuentes in idolum una cum sancto cornelio decollati sunt. Quorum omnium corpora a lucina prefata in cemiterio calixti sepulta sũt. xviii calend. octobris Circa annum domini. 255.

¶ Hic scũs papa ad fabianum antiochene eccliẽ epm̃ scripsit epistolam de romana italica & aphricana synodo. Item aliam de nouato & aliis qui lapsi erant. Tertiam de his que in synodo gesta sunt. Quartã admodũ prolixam: nouatiane hereos anathema continentem: & causas. Hec hieronymus libro de uiris illustribus.

¶ De scõ cypriano epo & mrẽ. LXXVIII.

Cyprian⁹ carthagineñ epus & martyr passus in ipsa ciuitate aphricana sub ualeriano & galieno imperatoribꝰ galerio maximo proconsule. Qui postq; multos xp̃ianos ad martyrium uerbis & litteris ꝑsimalset. Paterno proconsuli pñtatur. Et postq; a fide nullatenus imutari posset: in exilium ab eodem missus ẽ. i ĩsulam corubitanã. ¶ Post aliquot mẽses inde reuocatus ẽ a galerio maximo qui paterno successerat. Et cũ ad sacrificia deoꝝ cogeretur: & sacrificare nollet: sẽtentiam ab eo capitalẽ accepit. Qua lecta p notarium cyprianus dixit: deo gratias. Cũq; ad locũ cũ ꝑiculatore uenisset: precepit suis: ut eidem ꝑiculatori pro mercede. xxv. aureos darent. Accipiensq; linteum: manu sua oculos texit & coronam suscepit. Referuntur etiam passi cũ eo ✝ crescentianus ✝ uictor ✝ rosula & ✝ generalis. xviii. cale.

octobris:circa annū dñi.256. Quoq; corpa a xpianis sepulta sunt in via appalliēti iuxta piscinam eiusdem carthaginensis ciuitatis.
¶Hic beatus martyr nōdum ad fidem christi conuersus:primum gloriose rhetoricam docuit:deinde xpianam professus fidem: & carthaginensis episcopus constitutus: multa scripsit:multa posuit. Nam ingenii hui⁹ superuacuum est indicem texere: cum sole clariora eius sint opera. Scripsisse dē de lapsis uolumen egregiū ptra nouatianos. Itē sacramentorum librum eximium. Itē alium de laude martyrum ad cornelium papam. Epistolas octo. Contra nouatum & nouatianum diuersos tractatus & epistolas: in quibus eorum condemnantur errores. Epistolarum uolumen grande ad diuersos scripta rum sonanti ualde ornatū eloquio. Hec hieronymus libro de uiris illustribus.

¶De sancto tobia iusto. LXXIX

TObias uir sanctus cui⁹ perfectio sanctitatis ex ipso ipsius speciali libro colligit: a beato hieronymo & a iosepho inter patres sanctos testamēti ueteris numerat: Hic ex tribu & ciuitate neptalim un⁹ fuit ex captiuis filiis israel a salmanasar rege assyrii orum in assyrios translatis:qui in captiuitate positus uiam ueritatis non deseruit: adeo ut tribulibus suis euntibus ad orandū uitulos aureos:quos fecerat hieroboam rex israel: iste solus iret in hierusalem ad templū domini decimas & primitias suas fideliter offerendo. Hic accepit uxorem anam de tribu sua:ex qua filium genitum suo nomine uocauit tobiam. Captus autem cum uxore & filio habitauit in niniue. Et quia deum timebat:obtinuit a rege gratiam perambulādi per omēs eius regiones:qui concaptiuos uisitabat:& monita eis salutis prebebat. Deueniens autem in rages ciuitatem medorum cuidam gabello contribuit suo egenti sub chirographo mutuauit decem talenta argēti:que habebat ex his:in quibus a rege fuerat honoratus. ¶Mortuo autem ialmanasar cum filius eius sennacherib filius israel exosus haberet:tobias consolabatur eos: & egenis ministrabat. Cum uero reuersus esset sennacherib a iudea fugiens manū domini:& irat⁹ multos hebreorum faceret occidi:tobias sepeliebat corpora eorū: Quod audiens rex tulit omnem substantiam eius: & eum occidi iussit. Qui cum uxore & filio fugiens nudus latuit. Post dies quadraginta quinq; occiderunt regem filii eius:& tobias ad domum suam rediit:omniscp facultas ei⁹ restituta est ei. Cum autem in quodam festo paratum esset conuiuium in domo ei⁹:& misset filiū suū ad uocādos amicos: reuersus ille nūciauit unum ex hebreis i platea iugulatum iacere. Cuius corp⁹ tobias occulte tulit:& nocte postmodū latenter sepeliuit: p̄pter quod a proximis redarguebatur:eo q̄ hui⁹ rei causa uix mortis periculum euasisset. Sed ille timorem domini omnib⁹ ante ponens sepulture officiosi solicit⁹ intendebat.
¶Die uero quodam cum a sepultura fatigatus rediisset: & iuxta parietem obdormisset: ex nido hirundinum calida stercora ei⁹ oculis inciderunt:& cec⁹ fact⁹ est:qui tamē in oibus patientiam habuit:& sicut olim iob dominum in omnib⁹ benedixit: cū tamen ab amicis irrideretur. Anna uero uxor eius ibat ad textrinum op⁹:& de labore manuū sibi & familie sue uictum procurabat. Et cū die quadam hedū ad domum adduxisset:tobias q̄ cum balantem audisset:uxorem admonuit:ut si forte furtiu⁹ esset suo domino redderetur. Ad que illa irata cepit eū uerbis ptiq; meliosis irritare: & elemosynas suas i uanū factas obiicere. Ille uero cum lachrymis orauit ad dominum:ut suum in pace susciperet spiritum. Eodem die contigit:ut sara filia raguelis i ciuitate medorum audiret im properium ab una ancillarum suarum:quā increpabat:obiiciēte ei q̄ eēt interfectrix uirorum suorum. Fuerat enim nupta septē uiris:& demonium nomine asmodeus occiderat eos:statim cū ad eam ingressi eēnt. Que post ieiunium triduanū orauit ad deum: ut a tali eam opprobrio liberarer. Cui⁹ oratio una cum oratione tobie uno & eodem tēpore sunt in conspectu domini exaudite. ¶Tobias ergo cum putaret se exauditum:ut moreret:filium suum uocauit:& cum de preceptis sanctis eruditus:atq; ad sperandū in domino confortauit:deinde precepit ut uirum aliquem perquireret:qui eum in rages medorum adduceret:ut debita sibi decem talēta argēti a gabello exigere posset. Egressus ergo tobias inuenit iuuenem precinctum q̄si paratum ad ambulandum. Et cum ab eo accepisset:q̄ omnem regionem medorum & iter nouisset:& gabellum cognosceret:introduxit eum ad patrem suum:& audita narratione. Cui & iuuenis:qui erat angelus raphael filium suum sanum ducere & reducere promisit. Paratisq; omnibus: que erant opus in uia:ambauerunt ambo simul: & canis secutus est eos. Mater autem filium suum abeuntem amare flebat:sed eam tobias consolabatur. ¶Venientes igitur illi ad fluuium tigris:exiuit tobias:ut pedes lauaret:& egressus est piscis immanis:ut deuoraret eū: quē tobias iussu angeli manu apprehendit:& traxit ad litt⁹:deinde ipsum exenterauit:& cor & fel eius ac iecur reposuit: que ei angelus ad medicinam utilia fore dixit: partemq;

piſcis aſſam comederũt: partem ſalitam ſecũ tulerunt. Quibus ꝑgentib⁹ expoſuit angel⁹ tobie: ꝙ cor ac iecur piſcis ſuper prunas poſitum: fumo ſuo extricat omne genus demonioꝝ: ſel uero ualet ad auferendã albugines & cecitatem oculoꝝ: uenerunt⁹q; ad ciuitatẽ medoꝝ in qua raguel propinquus tobie morabatur. Ad cuius domũ dum diuertere uellent: angelus tobie dixit: ꝙ filia illius unica ſibi in coniugẽ cum omni ſua ſubſtantia debebatur. Et dum tobias propter ea q̃ de puella audierat ipam accipere dubitaret: angelus ipſum edocuit: ꝙ ſuper petulantes & deum nõ timentes demoniũ poteſtatem habebat. Sed cum illã acciperet trib⁹ noctib⁹ in oratione pernoctarent: & de iecore piſcis incenſum faceret: & ſic demoné effugaret: q̃rta uero nocte puellam cognoſceret amore ꝓ creande prolis: nõ appetitu libidinis. Ingreſſi ergo ad raguelem cũ tobiam eius conſanguineum cognouiſſet gratanter illos ſuſcepit: & ad conuiuium inuitauit. Cui tobias filiam eius in uxorẽ petiit. Sed cum pater illã ei dare dubitaret ne forte ei ſicut & aliis contigerat: horrãte angelo ac dicente: hoc diuie uoluntatis eſſe: & ꝓpterea alius eam nõ poſſideret habere. Raguel ſaram filiã ſuã tobie deſponſauit: & magnas nuptias preparauit. Nocte uero iuuenẽ ad puellam intromiſit: qui ſecũ piſcis ſuper prunas poſuit. Mox⁹q; angelus demonium apprehenſum in deſerto egypti ſuperioris alligauit. Exhortante igit̃ tobia ipſe cũ ſara nocte illa in oratiõe pſeuerarunt. Sed cum circa pullog; cantũ raguel foueam pari iuſſiſſet: ut ante lucem generuꝫ ſepeliret: miſit ancillam ad explorandũ quo modo ſe hꝫet. Que reuerſa nũciauit ambos incolumes dormientes. Qui deum ex corde benedixit: & foueam repleri mãdauit. Facto q; ſolenni puiuio uicinis & amicis adiurauit tobiam: ut duas hebdomadas apud ſe maneret: & dedit ei medietatem oĩum que poſſidebat: & de reliqua poſt mortẽ ſuã ei relinquẽda promiſit. ¶ Interea angel⁹ q iuuenis putabatur: rogatus a tobia ad rages urbem ac ceſſit: a gabello mutuatam pecuniã exegit: chirographum ei reſtituit: eumq; ſecum ad tobiam reuiniendũ adduxit. ¶ Raguel igitur filiam ſuam tobie tradidit: & dimidium ſubſtantie ſue in ſeruis & pecudib⁹ camelis & pecunia ei conceſſit: filiamq; ſuam ſaluatoribus monitis eruditam i pace dimiſit. Qui recedentes cum peruenieſſent ad charrã que eſt medio in itinere: raphael & tobias preceſſerunt: & ſaram cum ſeruis & pecudibus lẽto gradu uenire permiſerũt: monuit⁹q; angelus tobiam: ut peruenies domum oculos patris felle piſcis liniret: & confeſtim uiſum recuperaret. Cum aũt appropinquarẽt ad urbẽ Anna mater ei⁹ que inſupercilio montis quo tidie ſedebat: filium ſuum de longe uidit: & currens uiro ſuo nunciauit. Canis etiam qui eos ſecutus fuerat cauda blandiens ꝓcucurrit. Tobias ergo ſurgẽs duce puero: proceſſit obuiã filio: & ſe mutuo oſculantes fleuerunt pre gaudio. Cumq; tobias iunior felle piſcis oculos patris deliniſſet: poſt mediam quaſi horam egreſſa albugine: uiſuꝫ ante q̃tuor annos amiſſum recepit. Nam annorum .56. illum perdidit & ſexagenarius recupera uit. Poſt dies .7. Sara nurus eius applicuit: & cum gaudio a tobia & anna recepta fuit: omnia quoq; que ſibi acciderãt iuuenis enarrauit. Deinde raphael eis quis eſſet aperuit: & relicta illis pace diſpuit. ¶ Tobias uero in timore domini perſeuerans annis adhuc .52. ſuperuixit: & uidit filios nepotum ſuoꝝ. Et poſt annos .5iꝫ uite ſue: in pace obdormiuit. Sepultuſq; eſt in niniue ciuitate. Mortua quoq; anna eius uxore. Tobias cum ſara & filiis ſuis uenit ad raguelem: & cum eo manſit uſq; ad finem uite ſue: omnemq; ſubſtantiam eius poſſedit. Et poſt eius obitum in ſãctitate perſeuerauit annorumq; .99. in pace quieuit. Huius ſancti & duarum ſanctarum infraſcriptarum: hic geſta poſui: quia dies eorum obitus ſunt incerti: & ipſorum hiſtorie hoc tempore: uidelicet ad medium menſis ſeptembris ab eccleſia leguntur. Hec ex libro tobie: & ex chronicis ioſephi hieronymi & comeſtoris.

¶ De ſca iudith uidua. LXXX.

IVdith uidua inter ſanctas ueteris teſtamenti matres: ſancta quoq; ruth ſgina a ioſepho & hieronymo conſcribuntur. Quarum ſanctitatis laudes i earum libris ſpecialibus exſtant. Fuit autem iudith de ciuitate betulie oriunda: filia merari de tribu ruben: uxor nobilis manaſſe ab eo in multis diuitiis relicta: que nimia pulchritudine in uiduitate caſtiſſima domino ſeruiebat. ¶ Cum ergo cambyſes filius cyri regis perſarum: qui alio nomie nabuchodonoſor appellatur: cui pater adhuc uiuẽs regnum aſſyriorum conceſſerat anno .xii. regni ſui: arphaſath regem medorum in campo uicit: & regnum eius obtinuiſſet: in ſuperbia elatus miſit ad omnes urbes mũitas ſyrie & damaſci uſq; ad hieruſalẽ exigens ab eis tributa longe grauiora q̃ patres ſui. Qui omnes uno animo contradixerunt. Et indignatus rex miſit holopherné principem militie ſue cum exercitu innumerabili ad regiones illas: mandans ut nulli hominũ uel munitionum ꝑceret oculus eius. Qui cum uaſtaſſet ciliciam & meſopotamiaꝫ: & madianitas: & ciuitates mũtas obrẽtas deſtruxiſſet: & deos

eaq; exterminasset: puenit ad terminos terre
israel: ut expugnaret eos. Timétes autem fi
lii israel ne similia faceret hierusalē & tem
plo domini: clauserunt itinera montium: &
se coram domino iesuniis & orationibus hu
miliauerunt ad exhortationem heliachim sa
cerdotis magni. Cūq; holophernes audisset
q; filii israel montium itinera pclusissent cō
tra betuliam ciuitatem: uocauit duces mo
ab & amon: & interrogauit eos: quis eēt iste
populus: aut que uirtus eorum. Tunc achi
or dux filiorū amon narrauit ei: quomodo
uenisset populus ille de egypto in signis mi
randis: & deo eorum sibi ppicio terram cha
naam patribus suis promissam admirabili
potentia obtinuissent. Et cum deus eoꝝ pla
cat⁹ erat eis: nemo poterat illis resistere: cū
uero propter peccata sua exasperabant eū:
flagellabat eos. Audiens hec holophernes i
ratus mandauit achior illi populo sociari:
ut illis pereuntibus ipse pariter cum eis pe
riret. Sicq; a seruis suis adductus iuxta be
tuliam manibus & pedibus uinct⁹ ad arbo
rem dimissus est. Egressi autem fundibula
rii de ciuitate eum soluentes adduxerunt ad
populum: quia omnia coram populo que
sibi contigerāt enarrauit: quem principes o
zias in domum suam suscepit. ¶ Altera die
holophernes ciuitatem betuliam potenter
obsedit. Et ueniens aqueductus qui fluebāt
in urbem abstulit eis aquam. Sed ciues be
tulie noctibus egrediebantur ad quoddā fō
ticulos iuxta muros: quibus utebātur ad re
focillandum potius q; ad bibendum. Quod
holophernes comperiens: fontib⁹ custodes
apposuit: ita ut aqua in ciuitate deficeret:
post dies uiginti uenerunt aūt duo sacerdo
tes de hierusalem ad populum exhortandū
Et cum popul⁹ siti deficiens uellet ciuitatē
tradere holopherni: ad preces sacerdotum
adhuc quinq; dieb⁹ domini misericordiam
expectare decreuit. ¶ Hoc audiens beata iu
dith: primum quidem eos redarguit: q; ter
minum domino posuissent: deinde eis impo
suit: ut eos eodem fero ad portam ciuitatis
expectarent. Premissa quoq; oratione lauit
se & induit omnes uestes suas comptas: &or
namenta sulit: & ancillam suā nomine abrā
secum duxit: portās secum cibos aliquos ad
edendum. Venientesq; ad portam ciuitatis iuſ
sit sacerdotibus & custodibus ut se usq; ad
diem tertium expectarent. Cumq; descende
ret montem tenuerunt eam exploratores: &
duxerunt ad holophernem: qui statim pro
pter eius nimium decorem capt⁹ est in ocu
lis suis. Cū aūt ipm adorasset iudith: inter
rogauit eam cur ad se uenisset. Que respon
dit: q; iccirco uenerat: ut saluaret aiam suā:
eo q; populum suum propter peccata ipso
rum in manu holophernis cōgnouerat esse
tradendum. Addens q; deus suus eam mise
rat: ut ipsa sibi hec nunciaret: suoq; usus
cōsilio ipsum usq; in hierusalem cum omni
exercitu suo introduceret: omnemq; popu
lum sicut oues sine pastore obtineret. Que
cum holopherni placuissent: iussit ei dari de
coniuio suo. Illa autem non posse de cibis
eorum comedere dixit: ne super se eueniret
ira dei. Petiitq; sibi dari copiam per triduū
egrediendi ad orandum deum suum. Et ita
per tres dies noctibus exibat: & dominū p
suo populo exorabat. Quarto uero die ho
lophernes fecit cenaꝫ seruis suis: & iussit ua
gno eunucho: ut iudith uocaret ad mensam
Cui⁹ pulchritudine & ornamētis holopher
nes captus: iocundioꝝ effectus bibit uinū
ultra oēm modū: & inebriat⁹ statim sestina
uit ad lectum. Vagno autem iudith in eius
cubiculum introduxit: ut concūberet secū
holophernes. Omnes quoq; inebriati ad ho
spitia festinarunt. Holophernes autem iace
bat in lecto nimia ebrietate sopitus. Precep
pit ergo iudith ancille: ut ad hostium cubi
culi obseruaret: & oratione premissa cum la
chrymis inuocato domino: pugionem holo
phernis: qui pendebat ad columnam exol
uit: & percutiens bis in ceruicē eius: caput
ipsi⁹ abscidit: & inuoluit illud canopeo suo
hoc est serico reticulato: & tradidit ancille:
que milit illud in peram suam. ¶ Et egresse
sunt ambe sm consuetudinem quasi ad ora
tionē: transeunteſq; castra uenerunt ad por
tam ciuitatis: & uocauit iudith custodes: ap
taq; ianua ingressa est: cunctisq; ciuibus cō
currentibus ad eam: accensisq; luminaribus
protulit caput holophernis: & omnia que si
bi deus fecerat enarrauit. Vocatusq; achior
uisoq; holophernis capite adorauit deum is
rael: & appositus est ad populum domini.
Cūq; ois populus laudasset deū: de mādato
iudith caput holophernis in muro suspēde
runt: & diluculo in hostes impetū fecerunt.
Quod uidentes assyrii mādauerūt principē
suum uocari. Cū aūt intrasset uagno: ut ex
citaret eū: uidit corp⁹ sine capite: nec iuenit
iudith. Quod assyrii audiētes timore ac stu
pore pcussi: se in fugā dederunt. Quos filii
israel cedētes usq; ad fines suos pfecuti sūt:
& uix p. 30. dies eoꝝ spolia collegerunt. V
niuersa quoq; que fuerant holophernis iu
dith donauerunt. Post hec ascendit iudith i
hierusalē: & deo gratias egit. Vocatusq; est
cambyses ab hebreis secūd⁹ nabuchodono
sor. Rediēsq; iudith betuliā pseuerauit i sca
uiduitate oīb⁹ diebus uite sue: & dimittens
abrā suā liberā geuit in pace annoꝝ. 105. Se
pultaq; est in monumento manasse uiri sui.
Hec ex libro iudith & aliis quibus supra.

¶ De sancta hester regina. LXXXI.

HEster regina claruit i ciuitate sua: que postmodus edessa dicta ẽ tempore assueri siue artaxerxis regis persaꝝ: qui regnauit ab indꝫ usq; ad ethiopum supra. i.127. prouincias. Qui tertio anno imperii sui fecit grande conuiuium cunctis principibus & magnatib⁹ prouinciaꝝ: qđ durauit. 180. diebus in domo sua mirabili: cuius colũne erant argẽtee: tectum uero iustar firmamẽti habens gẽmas diuersi coloris: in figura sideꝝ & signoꝝ: disposita. Post hos dies conuiuii inuitauit omnẽ populũ qui erat in suis: & discubuerunt extra domũ. 7. diebus in uestibulo horti delitiaꝝ: qđ mira pulchritudie decoratum erat. Vasti quoq; regina fecit conuiuiũ feminarum i palatio ubi rex manere ꝓsueuerat. Die aũt. vii. precepit rex. 7. eunuchis: ut introduc erent reginã in appatu suo: ut ostẽderet oibus pulchritudinẽ eius. Que ad imperium regis uenire ꝛtempsit. Et iratus rex de ꝓsilio. 7. sapientum qui sibi semp astabãt mandauit: ut ultra uasti non ingrederet ad regem: sed altera melior regnaret pro ea: ut per hoc discerent omẽs mulieres non parui pendere mandata marito⁹ suoꝝ. Igit ad sug gestionem puerorꝫ regis: ceperũt iquiri uirgines in omni regno eius: & tradi aggeo eunucho ad custodiam: & acceperũt cultus & ornamenta ad libitum suum: ut quecunq; oculis regis placeret ipsa regnaret pro uasti. Erat tunc i susis iudeus nomie mardocheus de tribu gemini: qui descenderat de transmigratione iechonie. Hic erat nutritius filie fratris edesse: que alio nomie dicebatur hester: quam orbatam utroq; parente: mardocheus adoptauerat in filiam. Hec ster ceteras puellas tradita ẽ eunucho: que non indicauit populum suuꝫ sicut ei mãdauerat mardoche⁹. Inuenitq; hester gratiam in oculis eunuchi: & tradidit ei ornamẽta pulchriora &. 7. puellas que excolerent eã. Porro uirgines per ordinem ingrediebantur ad regem: & que ab eo egressa fuerat: non poterat ad eum redire nisi eam ex nomine uocaret. Mardocheus ãt uersabatur circa domum regis curas habẽs salutis filie. Tãdem ex ordine uenit dies: quo hester ad regem ingressa est in ornatu ꝛpecioso. Et inuenit gratiam apud regem: & fecit eam regnare pro uasti. 7. anno regni eius: & celebrauit nuptias integro mẽse: deinq; largitus est occasione nuptiaruꝫ: iuxta eius maiestatẽ regalem. ¶ Eodem tempore ira ti sunt duo eunuchi regis ianitores: & machinati sunt in mortem eiꝰ qđ mardocheum nõ latuit. Qui indicauit hester & illa regi ex nomine mardochei: quẽ ille cognouit & inuentus & appensus est uter q; in patibulo. Et traditum est scripture in annalibus regis: in quibus reges accidentia sui temporis registrabant. ¶ Post hec assuerus exaltauit aman a amalechitem de stirpe agag: fecitq; eum pꝰ se primum in omni regno suo. Et adorabant eum omnes serui regis preter mardocheum: qui propter patrias leges corã eo genua nõ flectebat. Quod attendens aman indignatus est: & accipiens eum esse hebreum: cogitauit omnes hebreos perdere q erant in regno assueri: uetuit motus odio: quia iudei perdiderant amalechitas. Duodecimo igitur anno assueri missa est sors in urnam coram aman: quo die & quo mẽse gens iudeorum interfici deberet. Et exiuit sors. 14. die mẽsis duo decimi. Aman autem suggerẽte regi: q; gens iudeorum nouis legibus uteret & regis iussa contemneret: pacemq; regni turbaret: decreuit: rex ut gens illa omnino periret. Cumq; aman promisisset impendere decem milia talentorum argenti in gazophilacio regis ex boni iudeorum: concessit rex omne illud argentum aman: & ꝙ de populo illo ageret ut sibi placeret. Tuncq; rex anulum quo utebatur: & dedit aman: ut scriptas litteras ex nomine regis anulo suo signaret. ¶ Tunc scripsit aman nomine regis litteras anulo regis signans: ut occiderentur iudei a paruulo usq; ad senem & bona eorum diriperentur. 14. die. xii. mẽsis. Statimq; in susis pependit edictum. Quod cum audissent iudei fleuerunt. Hester quoq; hoc audiens accersiuit mardocheum: qui omnia ei per eunuchum significauit: & exemplum edicti ei misit: mandans ut ad regem itraret & ei pro suo populo supplicaret. Et quãuis hester iuxta legem regis non auderet ad eum ingredi nisi uocata sub pena mortis: tamẽ in domino confisa exposuit se periculo: & mandauit mardocheo ut omnes iudei pro ea orarent & triduo ieiunarent. ¶ Die autem tertio premissa oratione induta regalibus: steterit in atrio contra basilicam regis cum duabus puellis. Qui cum respexisset eam toruo uultu: timens hester collapsa est. Quod cernens rex & ei compatiens: quia ipsam pre omnibus diligebat: surgens uenit ad eam: & cepit hortari ne timeret: eo q; tali legi que pro subditis facta erat ipsa utpote regina non tenebatur. Illa uero surgens de angustia regem osculata: sinu tauit eum & aman ea die secum ad prandiũ. Et cum secũ ambo comedissent: obtulit rex hester ut peteret q̃quid ab eo uellet. Que iterum eos duos uidelicet regem & amantã tum p die sequẽti ad puiuiũ inuitauit: & tũc ab eo peteret quod optabat. Egressus ẽ ita q; aman letus. Et uidens mardocheum sibi nõ assurrexisse indignatus ẽ: & uocatis amicis indicauit eis omnẽ gloriam suam: addẽs

q ipsum solum cum rege hester ad cōuiui um inuitasset. Verūtamē nihil se habere putabat: dum uiueret mardocheus. Sed amicis consulentibus iussit trabem excelsam parari: ut regi suggereret: qtenus mardocheum in ipsa appenderet: & sic letus ad conuiuiū intraret. ¶ Nocte illam rex duxit insomnem: iussitq; sibi deferri annales & legi. Et uentum est ad locum: ubi erat scriptum: q mardoche⁹ nunciasset ei facinus eunuchoꝝ Cūq; rex interrogās audisset: q ex hoc mardocheus nihil premii consecut⁹ fuerat: quesiuit quis esset in atrio: & responderunt ei q aman. Ipse enī strauerat: ut regi suggereret de morte mardochei. Cumq; uocatus intrasset: interrogauit eum rex: quid fieri deberet uiro: quem rex desiderabat honorare. Qui cogitans pro se dictum: respondit: q indut⁹ regalibus & coronatus super equum regis per totam ciuitatem deberet circūduci: teneteq; habenas primo de principibus regis. Statimq; iussit rex: ut quicquid aman dixerat: mane faceret mardocheo: nihil omnino pretermittens. Quod cum fecisset consternatus rediit domum. Et ecce nuncii regis compulerūt eū ad conuiuiū q̄ue uenire. ¶ Finitoq; conuiuio dixit rex hester: ut peteret quicqd uelle⁹. Que petiit sibi donari uitam & omni populo suo: cum per omnes prouincias ab aman mandati fuissent occidi. Quod aman audiēs timuit. Rexq; iratus surrexit: & hortum intrauit: & cum post horam redisset: inuenit aman super lectum regine corruisse: i quo ipsa iacebat: ut ei pro anima sua supplicaret: putansq; q eam opprimere uellet exclamauit. Et cū ab eunuchis audisset: q trabem ad suspendium mardochei parasset: iussit eū in ipsa imediate appēdi: & dedit hester domum aman. Auditoq; ab ea q mardoche⁹ patruus suus esset: dedit ei anulum suum quem receperat ab aman. Qui de mandato regis scripsit nouas litteras: regis anulo signatas prioribus contrarias ad principes p̄uinciarum: ne occiderentur iudei: imo illos qui parati erant ad intersectionem ipsorum iudei interficerēt: & manus principum esset cum eis. Et factum est nomen iudeorum celebre. ¶ Igitur precedēti die ante diem qua iudei occidi debebant: uidelicet decimatertia die mensis duodecimi percusserunt iudei hostes suos plaga magna per omēs prouincias ad septuaginta quinq; milia. In suis ue ro interfecerunt sexcentos uiros. Die uero decimaquarta solēnitatem domini celebrantes conuiuia magna fecerunt. Deinde regis mandato suspensi sunt decem filii aman: & omnis eius progenies deleta est. Et constit⁹ est mardocheus loco aman princeps prim⁹ post rege⁊. Hester quoq; regina domino seruit omnibus diebus: & genuit regi filium nomine artaxerxem: qui post regem assuerū in regno successit. Mortuo quoq; assuero regina hester cum filio suo annis pluribus imperium tenuit. Et post hec in pace dormiuit Sepulta in suis in sepulchro regali. Hec ex libro hester: & aliis uoluminibus quibus supra.

¶ De sancto nicomede presbytero & martyre. LXXXII



Nicomedes presbyter & martyr passus est rome sub flaco comite. Hic discipulus beati petri apostoli eiusq; in predicatione adiutor in christi nomine miracula faciebat. Cui ut castissimo uiro beat⁹ petrus ad passionem pergēs: petronillam suaꝫ filiam cōmendauit. Cum autem flaccus comes petronillam in suum cōfugium requisisset: & uirgines ac matronas: ut ipsa requisitas ei misisset: ut eam ad domum ipsius associarent: ipsaq; diuinis sacramentis ab eodem nicomede presbytero perceptis expirasset: ut supra in gestis petronille dictum ē pridie calendas iunii. Turba mulierum: que ad eius nuptias celebrādas uenerat: exequias sancte uirginis celebrarunt: quam beat⁹ nicomedes sepeliuit. Et dum postmodum uerbum domini predicaret instanter: tentus est a flacco comite tempore domitiani: pro eo potissime q̄ feliculam uirginem ab eodē comite passam sepelisset: ut supra dictum ē idibus iunii: Quem tentum dictus comes fecit adduci ad sacrificandum. Quod cum facere recusaret: iubente flacco tam diu plumbatis cesus ē: donec spiritum exhalauit. Corpus autem eius in tyberim precipitatum est xvii. calē. octobris. Hec marcellus petri discipulus scripsit.

¶ De sancto ualeriano martyre. LXXXIII



Valerianus martyr unus fuit ex numero illorum quinquaginta: qui tēporibus antonini ueri imperatoris apud lugdunum in carcere missi fuerant: cū sancto phōtino episcopo. Ex quibus christianis ipse ualerianus una cum marcello martyre patefactis ianuis ab angelo dimissus est: ut habetur supra in passione dicti marcelli pridie noñ. septembris. Quo quidem marcello p martyrium assumpto: dum ipse ualerianus i cellula secretissima latitaret: & multos ad christi fidē conuertisset: puēit ad castrū tenocium in territorio cabilonēsi: ubi sanct⁹ marcellus passus fuerat: ubi ē a militibus prisci pīsidis captus: & cum sacrificare nollet stipiti appēsus: & grauiter exungulatus tandē in christi confessione pīstēs in eo loco: ubi nunc corpus eius sepultum colitur

Reparata uirgo. xii. ãnoꝝ paſſa é in ciuitate ceſariẽſi ſub decio ceſare. Que nobili genere ipius urbis exorta: cũ ieiuniis & oratiõibus uacaret: a decio detẽta é: ut diis ſacrificaret. Quod dum facere ꝓtemneret: plũbo liquefacto iuſſu ceſaris ꝑcutitur: ſed plũbo tepefacto i nullo leditur. Deinde acetum ſeruẽs i os eius diſtillat. Et dũ hoc patiẽter toleraſſet: lampades ardentes ad latera ipius apponuntur: & poſt hec in caminum ignis mittit: ſed a xꝑo cuſtodita inde oi no illeſa & inuſta producit. Iterumq; coſte ipius ac pectora faculis ardẽtibus iſtãmatur. Et dũ in his omnib⁹ victoriã obtinuiſſ: & decio ſuadenti ꝓſentire nollet. Iuſſit uirgi nẽ in craticulã extendi: & prunis ſubter ſtratis diutius torreri. Deinde ſic aſſatã per totã ciuitatem nudam circunduci ad exemplum xꝑiano⁹. Sed dũ xꝑm uiua uoce ꝓiteretur: & xꝑianos ad tolerantiã hortaretur: reducta ad ceſarem ungulis crudeliter laniatur: deinde teſtulis marmoreis ſupextenditur: & calce uiua aqua ſupinfuſa: ac ſale adhibito eius uulnera ꝑicanꝫ: poſtmodũq; ſinapi a cero liquefacto ꝑfundit: ac deiceps ſpinoſis fuſtib⁹ eradicatis duriſſime cedit. Et cũ hec omnia ꝓſtanti animo ſuperaſſet: extra ciuitatem educta: iuſſu decii decollat: caputq; ei⁹ ipſi ut mandauerat pñtatur. In cuius decollatione uiſa é colũba candida de ore eius exire: & in celũ ſubito auolare. Cuius corpus iuxta mur⁹ ciuitatis ſepultũ eſt. 8. idus octobris. Indeq; ꝑcſſu tẽporis trãſlatũ quieſcit in ciuitate florentia.

¶ De ſcã benedicta uirgine & mrẽ. XL.

Benedicta uirgo & mr̃ apud lugdunũ ciuitatem paſſa eſt. Que ſe natorib⁹ romanis in urbe progenita: religione xꝑiana: ſpreto ſeculo cũ. xii. uirginibus dño i pudicit ꝓfiauiebat. Audito uero certamine ſanctoꝝ martyꝝ quitini & aliog; q roma egreſſi in galliis triumpharũt: ipſa de urbe cũ ſodalibus diſcedẽs ad gallias acceſſit: ubi ceteris a ſe ſeperatis ipa cum ſola ſcoberia eius collactanea lugdunũ uenit: & in uilla myriniaco ſup fluuiũ ſarã iuxta nemus reſedit: ubi dño in ſcitate ſeruiebat. Quã iudex macrobius detentam: dũ ſacrificare nollet: alapis cedi: deinde uirgis fuſtigari fecit: deinde in equuleo leuari: & diutꝰ tortam plũbatis ꝑcuti: atq; depoſitã in carcerẽ trudi mandauit: ubi angelica uiſitatione ꝓlata: ſua predicatiõe. iſo. gẽriles ad xꝑm ꝑtrit. Inde quoq; ipſam eductã & i fidei ꝓfeſſione ꝓſtentem: iuſſit iteꝝ iudex neruis cedi: & rurſum carceri mancipari. Sed inde ab angelo ianuis reſeratis educit: & uulnera ei⁹ omnia ſanantur. Multiq; de populo uiſo miraculo ꝑcutuntur. Propter qđ ab ipſo iudice ſimul & carnifice ſecuri tempore excuſſo mactat: ſicq; martyrio coronat. 8. idus octobris. Sepulta i lugduni citatis territorio ubi paſſa fuerat.

¶ De ſanctis dionyſio epiſcopo ruſtico & eleutherio martyribus. XLI.

Dionyſius epꝰ: ruſticus preſbyter & eleutherius diaconus in prouincia galliaꝝ: ciuitate pariſius paſſi ſunt: ſub perſecutiõe domitiani impatoris agẽte ſeſcenino prefecto. Qui dionyſius natione athenienſis ab ariopago qui uicus erat ceteris excellentior: ubi erãt ſchole nobiles philoſophorũ ariopagita dict⁹ é: q etiã ex philoſopho mũdano: a beato paulo apoſtolo cõuerſus: philoſophus xꝑi eiuſq; diſcipulus effectus é. In eo igit uico morabãt dionyſius: q ob pleni tudinẽ ſapiẽtie diuinorum numinum theoſophus. i. dei ſapiẽs dicebat: cum quo erat ap pollophanus eius cõphiloſophus: & multi philoſophoꝝ epicureoꝝ & ſtoicoꝝ & aliaꝝ pfiuꝫ ſectaꝝ. ¶ Cũ ergo i die dñice paſſiõis philoſophi athenienſi. nõ poſſẽt cãm tenebrarum que ſup uniuerſam terrã facte fuerant naturaliter iudẽre. Nõ eni fuit naturalis ſol

eclipsis: tum quia eclipsis fieri solet in reno
natione lune: que tunc erat. 15. & ita in pse
cta distãtia e regione ad solẽ: tũ qa eclipsis
nõ aufert lumen uniuersis ptibus terre: tum
qa p tres horas durare nõ põt. Dionysi⁹ ma
ximus philosoph⁹ hoc miraculum uidens:
nec hui⁹cãi inueniens: hoc ptulit uerbum:
q̃ aut de⁹ nature patiebatur: & ei elemẽta cõ
patiebãt: aut totus ordo nature puertebatur. Et tũc athenienses aram illi deo: qui hoc
ostenderat miraculũ: pstituerunt: & suppo
suerunt titulum ignoto deo. Singulis enim
aris titulus supponebat: ut indicarẽt: cui es
sent dedicate. ¶Cũ ergo paulus uenisset a
thenas: & cũ epicureis & stoicis disputaret:
singulaq; deoq; altaria plustrãs: inter cetera
ignoti dei altare uidisset: declarauit eis hũc
eẽ deũ: quẽ predicabat: q̃ celum & terrã fe
cerat. Cum aũt inter alios philosophos dio
nysi⁹: qui ceteris in diuinis doctior erat: du
dũ cũ paulo disseruisset: casu cecus illac trã
sibat: Cui dionysius dixit: ut si ceco illi i no
mie dei sui pciperet: ut uideret: & ille lumẽ
reciperet: fcti; crederet. Sed ut oĩs suspitio
tolleret: paulus ait dionysio: ut ipsemet uer
ba ferret. Quod cum ille feciss̃et: ptinus ce
cus uisum recepit. Statimq; dionysius credi
dit: & cũ damari uxore sua & oi familia ba
ptizatus est. Sicq; a paulo per triennium in
structus eps athenis ordinatus est: ubi pre
dicationi insistens: tam ciuitatẽ q̃ maximam
partẽ regionis ad fidem xpi perduxit. Huic
paulus ea: que ad tertium celũ raptus uide
rat: reuelasse creditur: sicut & ipse dionysi⁹
in plerisq; libroꝝ suoꝝ ilstinare uidet: unde
& de hierarchiis angelo⁹: & ordinib⁹: dispo
sitionib⁹: & officiis: tam luculenter & clare
disseruit: ut nõ putares hocipm ab alio didi
cisse: sed ipm potius in tertiũ celum raptũ:
hec omnia pspexisse. Prophetico etiã spiritu
claruit: & dormitioni btẽ marie interfuit: p
ut ipse in libro de diuinis nomibus asserit.
¶Cum ergo audisset petr⁹ & paulum rome
a nerone in carcerib⁹ detineri: epm sibi sub
stituit: & ad eos uisitãdos accessit: eoq; pas
sionibus psens fuit. Veꝝ post aliquod tẽpus
a btõ clemente petri successore in franciam
destinat: & ipsi rusticus pbr̃ & eleutherius
diaconus socianẽ. Sci quoq; saturnin⁹ & mar
cellinus epi: & lucianus pbyter comites ad
iunguntur. Qui oĩs uenientes arelatũ: uerbũ
dñi pdicare ceperunt. Tũc dionysius aucto
ritate sũmi pontificis fretus: marcellinum i
hispaniã: saturninũ aquitaniã: & lucianũ ad
beluacensem pagũ direxit. Ipse uero cũ sibi
adiunctis rustico & eleutherio parisius ue
nit: & multos ibidẽ puertit: & ecclesias ere
xit: ac clericos diuersoꝝ ordinũ cõsecrauit.
Et cũ temploꝝ põtifices sepius ptra eũ sedi
tionem excitarent: & popul⁹ armatus ad eũ
ꝯcurreret: diuina gr̃a: aut depolita feritate:
ad eius pedes pcidebant: aut exterriti fugie
bant. ¶Cũ aũt domitiani impatoris prece
pto secũda persecutio i xpianos excitata eẽt
prefect⁹ fesceninus ptra xpianos ab urbe in
gallia direct⁹: parisius uenies: beatũ diony
sium pdicantẽ captum colaphizatum pspu
tum & loris cũ sociis alligatum sibi pntari
fecit. Dum aũt sci coram illo in pfessiõe dñi
pstantes astarent: ecce quedã matrona nobi
lis uenit: & uirg iuum-ꝑ lubiũ ab his magis
turpiter deceptũ asseruit. Pro eius itaq; uiro mittit: & in dei pfessione martyrizat. Sci uero a. i2. militibus uicissim sibi succenden
tibus flagellanẽ: deinde catenis grauib⁹ uin
cti carceri mancipantur. ¶Sequẽti uero die dionysius sup cratẽ ferreã flãmis suppositis nud⁹ extendit: indeq; erect⁹ ad bestias fero
cissimas iejunio excitatas exponit. Que cuꝫ
ad eũ accurrerent: signũ crucis opposuit: &
mansuetissimas eas fecit. Deinde in clibanũ
mittitur: sed extincto igne nil ledit: crucit: af
figitur: & diutius ibidẽ torquet: inde depositus: cũ sociis & multis aliis fidelibus in car
cere recludit: ubi dũ sanct⁹ missam celebrat: & populum fidelẽ cõicaret: dñs iesus cũ
angelo⁹ multitudine: & immenso lumine eidẽ
appuit: & panẽ sacr̃ ei obtulit: atq; ad mar
tyrium pfirmauit. ¶Post hec sci iudici pre
sentãtur: & nouis supplicĩis cruciant. Et cũ
oia tormẽta supassent: iussu pfecti ante ido
lum mercurii extra ciuitatẽ ducũt: & ibidẽ
in pfessione trinitatis trium capita securib⁹
precidunt. Statimq; corpus sci dionysii se e
rexit: & caput sub intus brachia angelo du
ce & celesti pcedente lumine p duo miliaria
deportauit: a loco scilicẽt qui dr̃ mons mar
tyꝝ usq; ubi nunc dei puidentia requiescit.
Multi uero circũastantes angelo⁹ melodiã
pcinentẽ audierunt: inter quos ꝓ-largitia u
xor pfati lubii xpianã se eẽ clamauit: & mox
ab impiis decollata in suo sanguine baptiza
ta occubuit. Dum infideles iussissent: ut ru
stici & eleutherii corpora in sequana fluuio
mergerent: ne a xpianis sepelirent. Matro
na quedã nobilis nomie catulla: licet adhuc
pagana: tamẽ iã ꝑpter uisa miracula ad xp̃m
mẽte puersa: uectores ad prandiũ inuitauit:
& illis epulãtibus scõꝝ corpora furtim sur
ripi fecit: & in suo pdio occulte sepeliuit: q̃
postmodũ psecutione cessante inde subtu
lit: & corpori dionysii sociauit: ac fidẽ xpi p
cepit. Passi sunt aũt. 7. id⁹ octob. circa annũ
dñi. 96. etatis uero beati dionysii. 90. ¶Die
uero passionis ipsoꝝ cũ apud arelatũ sãct⁹
regulus eps missaꝝ solẽnia celebraret: apo
stoloꝝ noibus in canone recitatis adiunxit:
& btõꝝ mẽm dionysii rustici & eleutherii.

Quod dicto cuꝫ adhuc eos uiuere putaret: mirari cepit quomodo eos noia ſciꝫ ignoran ter i canone recitaſſet. Et ecce tres columbe eidem i altari apparuerũt: habentes ſcõrum martyrum nomia ſuis pectoribus ſanguine deſcripta. Qui die notans: inuenit eos tunc per paſſionem a corpore migraſſe. ¶ Beatus autem dionyſius doctor eccleſie mirabilis & inſignis: ſcripſit librũ de angelica hierarchia. Ité de diuinis noibus. Item de myſtica theologia: & alia forte plurima que no ſtris tẽporibus inueniri non poſſunt.

¶ De ſcõ donino martyre. XLII.

DOnius martyr paſſus eſt i territorio ciuitatis chryſopolis .ſ. parmẽſis ſub maximiano ipatore. Qui cũ eſſet primus cubicularius eiuſdẽ auguſti: coronam eius ꝓcurabat: & de ipſius manib⁹ maximian⁹ aureolam impialẽ accipiebat. Anno igit .6. impii ſui: cum roma mediolanũ uenifſet: dedit ꝑa xpianos edictũ mortis. Inde ueniens i partib⁹ germanie: xpianos quoſdã ibi iuentos decollari mãdauit. Tunc erãt ibidẽ fideles quidam occulti circiter quingenti. Inter quos ſcũs dominus potiſſimus erat: qui ceteros confortabat. Et dũ impator ad urbẽ romam ueniſſet prefati oẽs eum ſecuti: eidem occurrerunt: leq; xpianos ꝓtantiſſime ꝓfeſſi ſunt. Quos omnes impator decollari mandauit. Et quibuſdam ex ipſis occiſis aliquot fugerunt: una cum ſcõ donino: quidam p uiam flaminiam: quidã per uiam aureliam: q dam uero per uiã claudiam. Donin⁹ autem uia claudia perrexit. Et dum ueniſſet .xv. miliario ab urbe chryſopoli: nũcii maximiani eum apprehẽſum: in media uia publica que claudia dicit: iuxta ſiſtrionem fluuiũ decollauerunt: cuius corpus trũcum manibus ꝑ priis caput de terra leuauit: & ipſuꝫ deſerẽs flumẽ ſuper undas tranſiuit: atq; per iactum lapidis deportauit: uſq; ad locum in quo ge uit: ubi & ſepultus eſt miraculis clarens. In ter que omẽs eũ inuocantes: & de calice ipi⁹ potantes liberat a morſu rabidi canis. Qui paſſus eſt. vii. idus octobris.

¶ De ſancto cerbonio epõ. XLIII

CErbonius epiſcopus populonie claruit tempore beati gregorii pape. Qui dum hoſpitalitati eẽt intentus: die quadam tranſeũtes hoſpitio ſuſcepit. Quos gothis ſuperuenientib⁹ abſcondit: eorumq; uitam ab illorum nequitia reſeruauit. Quod dum totille gothorum regi perfido nunciatũ eẽt. Iratus crudelitate iuſſit epiſcopuꝫ teneri: & in loco qui merulis dicitur. 8. ab urbe milia rio ubi cum exercitu ſuo reſidebat ſibi preſentari: eumq; in ſpectaculo populi urſis ad deuorandum ꝓici. Tunc in cõſpectu regis epiſcopus ad medium deductus eſt: atq; ad eius mortem urſus imanifſimus exquiſitus: qui ex cauea dimiſſus: accenſus & concitus epiſcopuꝫ petiit: ſed ſubito ſue feritatis oblitus: capite humiliter ſubmiſſo lãbere epiſcopi pedes cepit: populuſq; qui ad ſpectaculum uenerat de mortis: magno clamore uerſus eſt in admirationẽ ueneration⁹. Ad cuius reuerentiam etiam rex ipſe promotus eſt. Ipm q; honoratuꝫ ualde dimiſit: & eius ſe orationibus cõmendauit. ¶ Hic etiam in eccleſia ſua: cui preerat: populonie ſepulchrum ſibi pauit. Sed cum longobardoꝝ gens in italiã ueniens cuncta uaſtaſſet ad helbam inſulam receſſit. Qui irruente egritudine ad mortem ueniens: clericis ſuis precepit: ut corpus ei⁹ in ſepulchro qđ ſibi populonie preparauerat ponerent. Cui cum illi reſponderent: q illuc ipſum reducere minime poſſent: eo q longobardos ipſum locum detinentes uel illac diſcurſantes timerent: hortat⁹ eſt eos: ut ſecure ipſum illuc deportarent: & feſtine ſepelire curarent: moxq; ex eodem loco ſine ulla mora diſcederent. ¶ Defuncti igitur corpus in naui poſuerunt. Cumq; populo iam tenderent: & immenſa nimis pluuia erupiſſet: per totum illud maris ſpatium: qđ ab helba inſula uſq; populoniam duodecim milibus diſtat: circa utraq; nauis latera procelloſa ualde pluuia cecidit: ſed in naui eadem: nec minima imbris gutta deſcendit. Peruenienteq; ad locum: corpus ſepulture tradiderunt: & epiſcopi precepta ſeruantes: ad nauem ſub feſtinatione redierunt. Quam mox ut intrarunt: in eodem loco dux crudeliſſimus lõgobardorum gũmarith aduenit. Ex cuius aduentu cerbonium habuiſſe ſpiritu⁹ prophetie claruit: qui illos ſepulto corpore inde diſcedere ſub feſtinatione peregrinare ꝓcepit. Quieuit autem uir ſanct⁹ in domino .6. idus octobris. Hec gregori⁹ tertio dialogorum capitulo undecimo.

¶ De ſcõ paulino epiſcopo. XLIIII.

PAulinus epiſcopus eboracẽſ. claruit apud idem oppidum tẽpore beati gregorii pape. Cum enim idem ſanctus doctor auguſtinum epiſcopum ad ꝓdicandũ anglorum genti deſtinaſſet: ut dictum eſt ſupra in geſtis ipſius auguſtini epiſcopi. 7. calen. iunii. Idem beatus auguſtin⁹ iuſtum eꝑm genti nordanialorum conſecrauit. i. ei natiõi anglorum: que ad aquilonem umbri fluminis habitabat. Qui iuſtus uerbũ fidei predicando: eandem gentem cum rege ſuo eduino quertit. Hic etiã iuſtus paulinũ eꝑm ordinauit: & ipm ad eboracenſem ciuitatem in fide cõfirmandam delegauit. Qui fructũ

plurimum predicationis in eadem ciuitate p fecit: & clarus sanctitate in pace quieuit. 6. idus octobris.

¶ De sancto geraldo pfes. XLV

Geraldus pfessor apud aurelianū claruit. Hic uir illustris lemouicensi territorio aureliaco pago natus est patre geraldo matre adaltrude de nobilissimis atq; ditissimis. Qui dum in simul caste uiuerent: nocte quadam diuinitus in somnis admonent: ut debitum matrimoniale soluant: ut prolē mirificam procreare ualeant: quē geraldū nominare debeant. Excitat' igitur pater: debitoq; soluto: iterū obdormiuit: uidit q; ex pollice pedis eius dextri ungulam nascentē que in arborem magnam succrescens: palis & pticis protegebat: nec tamen in pede pondus aliquod sentire uidebat. Cumq; mater filium adhuc gestaret in utero: & die quadā cum uiro eēt in thalamo: trinam uocem audiuit infantuli uagientis: & quasi iam nati uocem emittentis. Natus igitur puer & ablactatus: annis puerilibus deo deditus: litteriq; diuinis mirabiliter breui tempore ultra coetaneos est imbutus. Iuueniq; effect': armis: ut pote miles nobilis exercitatus: cunctos in acie superabat. Defunctis autem parentibus: ex facultatibus suis egenis largiflue ministrabat. Quem diabolus semel uisione puelle pulcherrime ei' uasalli filie graui tentatione pulsauit: ita ut ille nūcium ad patrem mitteret: q; nocte sequenti ad eam accedere ueller. Peccatum tamen timens orationem premisit: & sic ad domum puelle accessit: & a patre suscep'tus fuit. Cum autem tentationem grauem sentiret: & ad ignem sederet: puella sibi ultra modum deformis uisa est: ut iam: quam uiderat: esse non putaret: nisi pater ei' illam esse penitus affirmasset. Sicq; tentatione superata sine crimine redit: & patrem cum omni familia libertati donauit: atq; puellā nuptui tradidit. ¶ Officium autem diuinum ac si clericus continue dicebat: & missam quotidie audiebat. Cum autem die quadam agendis curie intētus: missā audire non posset: loco misse psalterium totum legit. Et extunc in consuetudinem duxit: ut quotidie totum psalterium decantaret. ¶ Demum relicto seculo monasterium in proprio solo in aureliaco cōstruxit: quod de suis facultatib' large dotauit. In quo se monachum fecit: & multa uite sanctitate & abstinentia claruit: pollēsq; uirtutib': feliciter ad christum migrauit. 6. idus octobr. Sepultusq; est in ipso monasterio miraculis clar'.

¶ De sanctis cassio & florētio & sociis martyrib'. XLVI

Assius & florentius martyres cū sociis. 7. passi sunt sub maximiano impatore apud beronā urbē galliarū circa rheuum fluuium. Cum enī idem impator de mauritania aphrice & finitimis regionibus p pter gallos frequētes tumultus militū multitudinem deuocasset. Inter alios elegit milites. 360. ad sui custodiā deputatos: quos una secū cum sacra legione thebeoꝝ in galliā adduxit. Postq; aūt legioné predictam occidit xp'm dñm pfitentes: pfati milites. cccIx. xp'ianissimi ab eodem impatore discedentes per diuersa loca fugerunt: quorum pcipui erant cassius: florentius: geron: malosus: & victor. Qui una cum eorum sociis. 355. trino martyrio ternis in locis coronati: una & eadem die ab ecclesia recoluntur: cum tamē diuersis diebus passi fuerint: ut scribit helinand'. Nā cū de mandato impatoris maximiani milites eius gentiles prefatos xp'ianos insequentes: hinc inde eos requirerēt: cassiū & florentium cum aliis septē apud beronam urbem circa rhenum fluuium inuenerunt: quos ibidem in xp'i pfessione decollauerūt: quorum passio agitur. 6. id' octobris.

¶ De sanctis gerone & sociis m'tyrib'. XLVII



Eron martyr cū sociis. 318. apud coloniam agrippinam passi sunt. Cum enim persecutores ab imperatore maximiāo destinati ad predictos milites. 360. occidendos: Cassium & florentium cum aliis septem interfecissent: ut supra dictum est. Geronem militē cū comitiua. 318. militum i campis colonie inuenerunt. Quos oēs xp'm dñm pfitentes gladiis trucidarunt. Quoꝝ festum colit 6. idus octobris.

¶ De sanctis malosio & victore & sociis martyribus. XLVIII



Alosius & victor martyres cum sociis triginta apud oppidū francorum: quod troia siue xanthum dicitur passi sunt. Cum persecutores prefati post interfectionem predictoꝝ martyꝝ: uidelicet cassii & florentii & sociorꝝ & geronis atq; aliorꝝ pdictoꝝ p cessissent ad reliquos regrēdos de mandato imperatoris maximiani malosium & victorem cū aliis triginta: qui de numero predictorū 360. militum supererāt: iuxta oppidū oppidū xanthum inuētos: gladiis cederunt: & eorū corpa i locis paludis trib' submerserūt: quoꝝ tñ reliquie a xp'ianis reperte: pdigno honore sepulte sunt. Et in eoꝝ postmodū honoré Helena pstantini mater basilicā super eorū corpora miro decore & sine ullo ligno construxit: ubi & per eorum merita eurogyal' colonien'is epus dolore capitis sanatus est.

Sed cum corpus malosi mris longo tẽpore ubinã sepultũ fuerit latuisset. Scõ epõ dicti loci diuina reuelatiõe mõstratꝰ ẽ. Qui corpus de loco substulit: imensi odoris refragrãs suauitate: & ipm iuxta socioꝝ cadauera collocauit. Hoꝝ etiã dies passionis simili ter celebratur. vi. idus octobris.

¶ De scõ pinyto episcopo. XLIX

PInytus epus gnosie urbis cretenſis: marci antonii ipatoris tẽporibus apud ipam claruit ciuitatem. Qui inter uiros aplicos nobilissimus ſ scripturis suis uelut in quodã speculo uiuẽtem sui dereliqt imagiñ. Quiqꝫ inter cetera sapiẽtie sue opuscula ad dionysium corint hioꝝ epm elegantem scripsit epistolã: i qua docet non semp lacte nutriendos populos: ne quasi puuli ab ultimo occupẽtur die: sed & solido debere pasci cibo: ut in spiritualẽ pficiat senectutem. Qui & in xpo plen ꝫscitate qeuit. vi. idꝰ octobris. Hec hieróym⁹ libro d uiris illustrib⁹.

¶ De scõ pierio presbytero. L

PIerius alexãdrine eccleſie pſbyter isignis floruit tpe diocletiani ſpatoris. Qui tã floretis ẽmonis uenustate populos docuit tãtaqꝫ diuersoꝝ tractatuũ elegantia fulsit: ut origẽes iunior uocaret. Tractatum longissimũ sup osee pphetiã descripsit. Et apud alexãdriã in pace quieuit. vi. idus octobris. Hec hieronymus ubi supra.

¶ De sanctis tharaco presbytero & androni co martyribus. LI.

THaracus probus & andronicus mares apud tarsum metropoliꝫ cilicie tẽporib⁹ diocletiãi & maximiani passi sũt sub preside maximo. Quoꝝ primus natione romanus: & miles annoꝝ. lxv. militie terrestri pro xpo renũciauit. Sedꝫ de fede pamphilie exortus. Tertiꝰ uero iunior de primis ephesioꝝ ciuitatis. Qui insimul sociati: accusati sũt maxio pſidi a domero centurioẽ: q; eẽnt xpiani: & ab eodẽ iudice tenti sunt. Qui prio quidem tharacũ ut seniorẽ i xpi professione inuictũ manentẽ: i maxillis cesum: nudatuꝫ uirgis flagellari fecit. Deide uinculis ferreis in carcerẽ alligari: postea probũ i simili cõfessione manentẽ i dorso & uẽtre neruis crudis diutius cesum: eisdẽ uinculis uinctũ carceri mãcipauit. Ac postmodũ ãdronicũ xpi nois pfessione gaudẽtẽ: ut adolescentulũ diu suasum: i equuleo appẽsum & cesum: ac ore ꝑtuſum & laterib⁹ punctũ: necnõ plagis cũ testaꝝ fragminib⁹ ꝑricatũ: ferreis catenis ligatũ i ergastulo clausit. ¶ Deinde eos in tussia ciuitate producto⁹: idẽ preses sibi pñtari fecit: Et primo tharacuꝫ sacrificare nolentẽ ore ipsius lapidibus ꝑfracto & dentibus excussis: manus eiꝰ in ignem mitti iussit: dehic ligari pedibꝰ: capiteqꝫ deorsum suspendi & sumũ atrum subteponi: atqꝫ acetũ cum sale eiusdem aurib⁹ istillari: nares quoqꝫ sinapi aceto liquefacto pfundi: & sic i custodiã trahi. Sequẽti die probum eductũ iussit os eius ꝑfrigi: & ferrũ ignitũ labiis apponi: atqꝫ extensum neruis crudis diutissime cedi: faciesqꝫ tota lapidibꝰ ꝑtusa in custodiam recipi. Tertio uero die andronicum ꝑductũ i palis. 4. extensum alligari: & neruis durissimis ſ scapulis & uentre flagellari: eoq; plagas eius priores curatas fuisse mirabat. Sicq; illum i eadem custodia recludi fecit. ¶ Demum eos dem ad achabor ciuitatem attraxit: ubi primum ſpatus preses tharacuꝫ uinctũ in faciẽ cedi iussit: & obeliscos accẽsos labiis & maxillis applicari: aures quoqꝫ nouacula precidi: & raso capite prunas superponi. Deinde obeliscos icensos sub axellis imitti: & sic in carcerem uinculari. Probũ uero uinctuꝫ pedibus surſum appẽdi mãdauit: & candentes obeliscos laterib⁹ apponi: atqꝫ clauos ignitos manib⁹ eius infigi: deinde oculos eiꝰ acubus pungi: & sic in carcerẽ ꝑpditus mitti. Andronicũ autẽ ligatum papyris i flãmatis circa uentrẽ exuri precepit: & obeliscos icensos circa digitos eiꝰ apponi: ferrũ quoqꝫ ignitũ in os eius mitti: & dentes eius excutiẽ molisq; ꝑfractis linguã ipsiꝰ abscidi & ꝑburi: & sic in carcerẽ alligari. ¶ Post dies autẽ aliquot eos preses ipius produci fecit: & respiciens illos sanos iratus uehementer: bestiis ferocissimis i harenã exposuit. Que pluribus gẽtilibꝰ extinctis scõꝝ pedes ligebãt. Leena quidẽ tharacũ: leopardus probũ: ursus autẽ obsequebatur andronicũ. Nouissime cũ omnia supallent. Iussu pſidis decollati sunt: adhibiti quoqꝫ sunt ꝗttuor custodes: ne corpora scõꝝ sepelirentur: sed i ignẽ missa ꝑumerẽtur. Orta autẽ ualida tempestate & fulminibꝰ custodes territi fugerũt: & flãme extincte sunt: & sic corpora icõbusta remanserunt. Sup quoꝫ singula xpiani nocte uiderunt stellã fulgentẽ: eaq; tollẽtes honorifice apud tarsum cilicie sepelierunt. v. idus octobris.

¶ De scõ eustathio abbate. LII.

EVstathius abbas luxouiensis fuit. Qui a beato colũbano ab italia ad dictum monasterium gubernandum paterno affectu directus: equo iure subditas mõachoruꝫ cateruas rexit: adeo ut nullus se beatum columbanum perdidisse gemeret. Quihuꝰ doctrinis ibutus fuisset. Qui & pꝰ laudabilẽ uitam uirtutib⁹ pollens: qeuit i xpo v. idꝰ octobris: luxouii sepultus.

¶ De sancto eustathio epo. LIII

EVstathius epʒ antiochen⁹ claruit apud ipsam ciuitatē tempore cō stātii impatoris. Hic genere pan philus tam ope q̄ sermone fidei pugil egregi⁹ aduersus arrianū dogma plurima pscripsit. Extant etiā ipsius sapientie sclare duo uolumia de aia. Itē tra ctatus aduersus origenē. Itē epistole multe quas enumerare difficile ē. Qui ppter fidei catholice defensionē: quā cōtra arrianos se ctam suscepat: a pstantio impatore traiano polim in exilium missus uite terminū dedit.

¶ De sanctis qtuor milib⁹ nongētis septua gintasex martyribus. LIIII

QVattuor milia nongenti septua gintasex martyres apud aphricā passi sūt sub pfecutiōe uādalica. Qui cū eēnt eccleſiaꝝ dei pluri maꝝ epi pſbyteri & diacones aſ sociatis ipsis turbis fidelium populoꝝ iussu hunerici arriani regis in horribile exilium eremi truſi: atq; inter mauros ferocissimos deputati sunt. Inter quos erant ✝ cypriaous & ✝ felix pcipui sacerdotes. Ex quibus plu rimi dum ducerēt: & cuspidib⁹ ac lapidib⁹ sibi alligatis ad currendū dum tunderētur: & per aspera & dura loca traherenē p singu la mēbra dilcerpti inter manus trahentium expirabant. Extat per totū aggerem publi cus locus tumuli uel sepulture ipsoꝝ. Reli qui uero predictoꝝ ad exilium p̄dictum ad ducti: fame & inedia ac nuditate afflicti: nec non uariis suppliciis excruciati martyrium celebrarunt: quorum natale colitur. 4. idus octobris.

¶ De sō marcello epo & martyre. LV

MArcellus epʒ apamie & martyr: ſucceſſor ioānis uita ſanctiſſim⁹ tēpore theodoſii ſenioris martyr rium paſſus eſt. Cum enim iuſſu eiuſdem auguſti deoꝝ templa u/ biq; deſtruerenē. Venit prefect⁹ oriētis apa miam ad templa idoloꝝ deſtruenda: & dum ibidem templum iouis maximū & robuſtū: utpote lapidibus ferro & plumbo alligatis fabricatum uidiſſet: impoſſibile quoq; ad de ſtruendum iudicaſſet: ad ſuggeſtionē mar celli perrexit ad alias ciuitates: ipſumq; tem plum iuxta uires ei diſſoluendum cōmiſit. Marcellus uero cuiuſdā operarii ſpilio qt tuor ingentibus colūnis ſubterfoſſis: quib⁹ tota parietum machina nitebatur: ligna ſup poſuit: & in ipſis ignem imſit: ut lignis exu ſtis: colūne ruerent: totamq; fabricā ſecum traherent. Sed reſiſtente demone: ignis non poterat ligna inflāmare. Epʒ uero oone p̄ miſſa aqua benedicta ignē aſpſit: & mox dia bolum effugauit. Statimq; igne ſubtermiſſo ligna accendit: quib⁹ pbuſtis ruentibuſq; co lūnis: omne edificiū templi corruit: cuius ſo nitus terrā pcutiens oēs exterruit. Poſt que ſcūs epʒ & alia plura phana idoloꝝ deſtru xit. Qui & martyrib⁹ p xpo certātib⁹ ſcribe bat: & eoꝝ ſcripta recipiebat. Nouiſſime át & ipſe a paganis tent⁹: p xpo; pleſſiōe mīo coronat⁹ eſt: & apud apamiam honore cōdi gno tumulatus. 4. idus octobris.

¶ De sancto carpo diſcipulo. LVI

CArpus diſcipulus bti pauli apo ſtoli apud troadem claruit: ubi & ab eodem apoſtolo epʒ ſtitu tus eſt. De hoc refert dionyſi⁹ in epiſtola ad themophilū: q; cū eſ ſet uir mire ſanctitatis & zelator fidei: & q dam infidelis fidelē quendā puertiſſet: adeo carp⁹ moleſte tulit: ut ex hoc iſirmitatē icur reret. Tāte aūt ſcitatis erat: ut nunq̄ celebra ret: qn aliquā celeſtē viſionē pſpiceret. Sed cū p utriuſq; puerſiōe orare deberet: deū tīq uotidie exorabat: ut pbuſtiōe quadā: ſbo rū ſimul imiſ⁹ corditer abrūpet uitas. Et ec ce circa noctis mediuꝫ dū vigilaret: & hanc oſonē faceret: ſubito dom⁹: i qua erat: i duo diuiſa fuit: & quedā immēſa fornax ibidē ap paruit: reſpiciēq; ſurſum uidit celū apertū & ibidē ieſū circūdatū multitudine āgelo Deinde iuxta fornacē p̄dicti duo uiri tremu li ſtare cernunt: q; a ſpentib⁹ de fornace p cedentib⁹ morſib⁹ & inuolutiōib⁹ violēter in fornacē trahebanē: & ab aliis qbuſdā ut ris ipingebāt. Hoc uidēs carp⁹ adeo i iſtoꝝ uiondictā delectabāt: ut ſupiorē viſionē iteꝝ eri ptemneret: & in hoc ultionē tot⁹ intētus eēt: ita q; plurimū moleſte ferebat: q; i forna cem nō cito cadebāt. Tandē cū in celū reſpe xiſſet: ecce ieſus hominū illoꝝ miſer⁹ ad il los cū angelis deſcēdens: manus extendit: & ipſos eripuit. Dixitq; carpo: q; pat⁹ eēt iteꝝ p peccatorib⁹ pati. Sicq; de cetero carp⁹ p illoꝝ puerſiōe orauit: dñſq; utq; ad fidem reuocauit. ¶ Demū idē btūs diſcipulus pro pleſſione xpi martyrio coronatus ē: & apud troadem ſepultus. 3. idus octobris.

¶ De sancto eduardo rege & pfeſ. LVII

EDuardus confeſſor rex illuſtris anglorum generoſa progenie or tus filius regis elterudi & enie regine ricardi ducis normānoꝝ filie: diligēti parentū cura nutri tus ab annis puerilibus ſanctiſpūs informa tus ē diſciplina. Qui adhuc puer exiſtēs: p pter dauoꝝ procellam ſeuiēium in anglia duct⁹ eſt in neuſtriā in auita domo: ubi opa puerilia deſerens: xpi ſeruitio ſe mācipauit: beatāq; dei genitricē & petꝝ apoſtolū atq; euāgeliſtā ioānē in pronos ſibi ſpeales aſſū pſit. Tādē pēte defūcto & ſre ipſi⁹ inaudita

crudelitate pempto eduardus timēs: se dño ꝑmendauit. Expectans quoq; donec pⁿ modicu5 tēpus barbarica pestis cessauit: & tūc a baronib⁹ in regnū iductus: & cum gloria apud lundunū i die scō pasche ab epo coronatus ē. ¶ Regnauit autē tēporibus henrici tertii ipatoris: & regnum optima pace gubernauit: & scissime deo uixit. Egicā godini filiam liberalib⁹ artib⁹ imbutā in uxorē duxit: quam adeo ꝑsuasit: ut castitatē seruātes solo nōie ꝑiuges: ambo uirgines pmānerūt. Fuerat aūt godinus predict⁹ ꝑspirator in nce frīs regis eduardi. Dū autē die quadā cū rege i mēsa discūbens se iuramēto de morte frīs excusaret: piculo esse quā comedebat: subito ossa quā in ore posuit suffocatus ē. Filius quoq; eius eadē die ab equo i carensem fluuium ꝓcipitat⁹ necatus ē. Mater uero ei⁹ uxor godini ictu fulmis iterit. Sicq; omnes qui mortis fratris regis cōscii fuerant: ultio diuina uindicauit: sola regis ꝑiuge que innocens inde fuerat icolume pmanente. ¶ Rex iste tante fuit grauitatis: ut uix nō sine maxima cā prouocaret i risum: unde & semel cū die pasche post prandiū ualde rideret: & ex hoc omnes mirarēt: dixit rex q⁹ p spiritum uiderat. 7. dormiētes i celio mōte: qui dudū sup latus dextrū iacuerant: se uersos esse in sinistrū: qui donec sic mauerēt: multe in orbem ꝓsecutiones future forēt. Sed p⁹ decursum annoꝝ. 100. iteꝝ ad latus dextrū se uerterent. Directi sunt autē a baronibus nuncii ex anglia i greciam ad montem predictū apud ephesum ciuitatē. Qui per omnia sicut rex dixerat ꝓtigisse inuenerūt. Nā donec illuc nuncii peuenerūt: oēs ephesiog populi: q. vii. dormiētes i sinistrū uersi fuissent penitus ignorarūt. Qui tū modicis antea diebꝰ sup dextrū latus illos cognouerāt dormientes. ¶ Hic etiam rex circa pāpes liberalissimus & hūilis fuit. Nā die quodā paupem cō tractū incedere nō ualētē: ꝓprio latore carē tem deuotus rex i humeris suis assumpsit: & ip5 a regali palatio usq; ad sci petri ecclesiā baiulauit. Hic etiā sepius i hora ꝓsecratiōis xp̄i i carne ꝑspexit i manib⁹ sacerdotis. Qui regno feliciter dispolito qeuit i pace āno domini. 1065. 13. id⁹ octobris. Sepult⁹ iuxta beati petri altare: ubi & miraculis pollet.

¶ De scō eduardo rege & mre. LVIII.

Oduardus mr rex ⁊s anglog: filius egdari regis: una cu5 patre anīl duob⁹ cū dimidio regnauit. Tūc uisa ē stella cometes apud uicū regiū: q dicit calua: signifi cans ꝓsecutiōes i regno subsequētes. Nā clerici itrusi & criminosi a suis ecclesiis ꝓ dunstanū archiepm cantuarien5 expulsi: noua prelia suscitarunt: oibus pene ecclesiis deuastatis: quos tū ultio diuina puniuit: ut supra dictum ē in uita sci dunstani. vii. idus septembris. Cū autem mortuo egdaro rege eduardus ad huc iuuenis esset: & elfrida nouerca eius olim regis uxor: filium ⁊ suū proprium puerulū nec dum anoꝝ. vii. regē facere procurasset: & ob hoc cū quibusdā ex baronib⁹ ꝑspirasset. Dunstanus eduardum utpote cui regū tanq; primogenito de iure debebat: ptra uotum illog coronauit: unde & regina turbata in morte regis machinari cepit. Cu5 autem die quadā eduardus de uenatione ses⁹ rediret: & illa sitienti poculū porrexisset fatelles ab eadē iductus: regē potātem sicca pcussit & occidit. Et cū fere esset circa corpus ipsius subito diuina lumināria micuerūt. Cuiusq; tactu claudus gressum: & mutus loquēdi usum ꝓinuo recuparūt. Cūq; ad corpus eius elfrida regina in equo uenisset: ut quasi ꝑ se nece eius inculpabilē simularet: dum redire uellet: equus se inde nullo modo mouere potuit: mutatoq; alio equo simiter & tertio: sicut & priori ꝓtigit: unde ab omnibus de morte regis rea iudicata est. Se pultus ē autem rex ꝑigno mr̄is honore miraculis clarēs. Elfrida uero regina uidēs ultionem: quā deus fecerat in clericos ecclesiarum ꝓsecutores de homicidio ꝑdigne penituit: & in melius uitā mutauit.

¶ De scō theophilo epō & ꝓfessore. LIX.

Theophilus epus apud antiochiā floruit. Qui sexⁿ a beato petro apostolo eiusdem ecclesie sedem tenuit: & uir eruditissimus multa sapiētia claruit: plurimosq; libellos compilauit. In testimonium libros. 5 ad anatholium scripsit. Aduersum hermogenis hereśim alium. Extant eius & alii elegantes ad edificationem ecclesie pertinēres: composuit & contra martionem librū unū. Super euangelio & prouerbiis salomōis cō mentarios le legisse beatus tradidit hierony mus: qui cuius superiorum elegantia non uidentur sibi congruere. Qui etiam marci antonini imperatoris temporibus: in pace quieuit. 3. idus octobris.

¶ De scō theophilo confessore. LX.

Theophilus confessor in ciuitate cilicie claruit. Qui cum esset ecclesie uicedominus: ecclesiasticas res utpote moribus & scientia ꝓcipuus optime gubernauit: quē clerus & populus nimium diligebat: uacante uero episcopatu: ipsum in pontificem omnis populus elegit: sed theophil⁹ se indignū iudicans omnino recusauit. Ad metropolitanum autē uiolenter a populo ducit: & i ep̄m sibi dari ab omnibus postulatur. Sed ipe penitus renūs: uix ab ipso dimittitur: & alius

in eſm ꝓfecratur. Poſt dies modicos ad ſuggeſtionem emuloꝝ quoꝝdā theophilus ab eſo de officio deponitur: & in locū eius quidam ex aduerſariis ſurrogatur. Deſperans iſte iudeum magum adiit: & eius auxilium imploraūt. Quē ille nocte extra ciuitatem adduxit: & diligenter monuit: ne crucez ſibi imprimeret: aut xm̄ uel uirginem nominaret. Vocante aūt mago demones: infiniti homines candidati eidē apparuerūt: q cū cereis ardentibus ad regem ipſoꝝ diabolum in throno aureo ſedentem: illū adducunt. Pro quo iudeus genu flexu ipſius auxilium poſtulauit. Ille theophilum officio reſtituēdū & maiorem adhuc faciendū promittit: dum tamē hic xm̄ & matrem uelit abnegare: & diabolo profeſſionē facere: & abnegationis chirographū manu propria ſcribere. Theophil⁹ ergo abnegationem fecit: & chirographum ſcribens diabolo tradidit. Reuerſus aūt mox die ſequenti ab eſo accerſitur: & expulſo emulo in officiū remittit: & ultra q̄ prius honorat. ¶ Poſt dies aūt aliquot: the philus reſciſcere cepit: & peccatum ſuum deſtens p dies. 40. matrem miſericordie iuuocauit. Quibus elapſis: gloriola regina eidē nocte media apparuit: & eidem ſalutem ſpondit: ipſum tamē: aut adhuc in oſone perſiſteret: admonuit. Quod cū ille feciſſet: poſt triduū iteꝝ eidem uirgo btā cum ſplendore nimio aſtitit: & eius peccatum ei dimiſſum a deo nūciauit. Cū aūt ipſe ꝑ chirographo ꝓfecto nimiū ẽxiaret: die ſequēti dī genitrix eidē in ſomnis appuit: & chirographū ſupra eius pect⁹ dimiſit: quod ille excitatus inueniens ad eſm celebrantē acceſſit: & coraz oi populo peccatū ſuum ꝓfitens: cuncta uiſa & geſta narrauit: eiuſq; chirographū cunctis oſtendit: qui ex luce a uirgine ꝓtracta facie ut ſol reſplendere uiſus fuit: & in eodē loco ꝑ triduū in oſone ꝑſeuerauit. Tuncq; ſequētia illā ꝑpoſuit. Aue maria gra plena dns tecū uirgo ſerena: in qua & de ſeipſo: & de ei⁹ miraculo mentionē facit. Et elapſis trib⁹ diebus ad xm̄ migrauit. In cui⁹ tranſitu audite ſunt uoces angelice ꝓcinentes. Sepultuſq; eſt in eccleſia cilicie: per quem deus multa miracula oſtendit.

¶ De ſanctis ſauſtino ianuario & martiale martyribus. LXI



Auſtin⁹: ianuari⁹: martialis martyres in hiſpaniis ciuitate cordoba paſſi ſunt: qui primo equulei pena cruciati: deinde ſuperciliis excoriatis: auribus quoq; & naribus preciſis: dentibus etiam ſuperioribus euulſis: ad ultimum ignis paſſiõe glorioſum martyriū conſumauerunt. 5. idus octobris: ut ait ado in martyrologio ſuo.

¶ De ſcō calliſto papa & martyre. LXII

Alliſtus papa & martyr hui⁹ nominis primus natiõe roman⁹ ex patre demetrio de regione urbis rauēnatis zepherino romano põtifici ꝓ eẽatu ſucceſſit. & ſedit annos quoq; menſes duos dies. x. Hic ꝑſtituit ieiuniū die ſabbati ter in ãno fieri: ſrumẽti: uini & olei ſm̄ ꝓpheraz. Adhuc quoq; iuxta q̄tuor anni tẽpora: quattuor idixit oi eccleſie ieiunia: primū uernale: ſecūdū eſtiuale: tertium autūnale: quartū hyemale: i quib⁹ etiã ſcepit ordinatiões fieri: q̄q nec ipſe: nec alius qlibet romanoꝝ põtificū a bti petri uſq; ad ſci ſilueſtri tẽpora legatur celebraſſe ordinationes niſi in meſe decẽbr. Hic idem ꝓhibuit: ut i accuſatiõe ꝑſbyteroꝝ infames & ſuſpecti & inimici nō ſuſciperent. Eos uero hereticos nomiauit: q dicūt ſacerdotes poſt lapſum ſi digna egerint penitentia: nō poſſe ad priſtinos redire honores. Hic fecit eccleſiam ſcē marie tranſlyberim: & cemiterium in uia apia ꝑſtruxit: quod ſuo nomie uocat cemiteriū calliſti ad catacũbas: ubi q̄plurima multitudo martyꝝ ſepulta eſt. ¶ Huius tẽpore impante alexandro: pars eminentior capitolii diuino incendio ꝓcremata eſt: & ſiniſtra man⁹ aurea idoli iouis fulmine liquefacta eſt. Tunc ſacerdotes ad imperatorẽ uenerunt: petentes: ut dii frati ſacrificiis placarentur. Dum ergo offerrent eo ſereno mane die iouis: repente diuino fulmine quattuor ſacerdotes idolorum mortui ſunt: & ara iouis concremata eſt: & ſol obſcuratus eſt: ita ut populus ſugeret extra muros. Cū aūt palmatius conſul auditet: q̄ calliſtus cum ſuis clericis & multis chriſtianis tranſtyberim latitaret: regauit imperatorem: ut chriſtiani per quos hoc malum ciuitati contigerat: ad purgationem urbis penitus deleren⁹tur. Qui dum de mandato imperatoris cum militibus tranſtyberim properaſſet: ut calepodium ſbyteꝝ cum aliis xpianis ꝓprehenderet. x. milites: qui domū intrauerant: excecati ſunt. Quod alexander ꝑpicies: iuſſit omnẽ populū pro liberatione militum deo mercurio imolare. Sed cū una ex uirginib⁹ paganoꝝ arrepta a demonio: deū xpianorū ueꝝ & unicū acclamaret: ꝙerſus ẽ palmati⁹ ꝓſul: & cū uxore & ſiliis ac oi familia numero. 42. baptizati ſunt a ſancto calliſto papa. Cõuerſus eſt & ſimplici⁹ ſenator: & felix cū filia ſua bãda: quã ſlat⁹ palmati⁹ a palyſi liberauit: qui oēs ab eodē põtifice baptizati: detenti ſunt una cū calepodio ſbro: & ab impatore alexandro piter decollati: ut hec oia ſupius dicta ſunt in paſſiõe calepodii & ſociorꝝ. 6. id⁹ maii. Quoꝝ omnium corpora calliſtus põtifex in ſuo cemiterio ſepeliuit.

¶ Deinde alexander imperator callistū papā detētū.5.dieb⁹ sine cibo &potu manet fecit: deinde iustibus cesum in custodiā artissimā recluditur. Cui p noctē apparēs beatus calepodius martyr cū ingenti lumie: ipſ in timore dñi cōfortauit. Quod cernēs miles quidā nomine priuatus: q erat ulceriб⁹ plenus ad pedes eius procidit: & p sanitate sua exorauit. Quez cum callistⁿ sacro fonte perfuderet ab oīb⁹ uulneribⁿ sanauit. Quod audiēs alexander: iussit callistū per fenestrā dom⁹ i qua tenebat precipitari: corpusq; eius i puteū demergi: & in eo rudera cumulari. Afferī' uero presbyter corpus et⁹ de puteo eleuauit: & i cemiterio suo sepeliuit pridie idus octobris. ¶ Hic fecit ordinationes quinq; p menſez decēbriū presbyteros. xv. diacones quatuor epos per diuersa loca nūero. 19. Et cessauit epatus dies. vi.

¶ De scō gaudētio epo & martyre. LXIII

Audētius epſ ariminēsis & martyr passus ē apud eandē ciuitatē tēpore ostantii iperatoris. Qui ex ciuitate epheſioꝝ exortus: fidei documētis eruditus: adhuc catecuminus: ad urbē romā uenies: tpe damasi pape: a quodam iustino pbytero sacri baptiſma suscepit: & apud quādā matronaz nobilem nomie eusitică hospitio se recepit. Quā adhuc gentilē: sua predicatione ad fidē xpi puertit: & ad sanctū damasum papā adduxit: qui eā sci fontis unda perfudit. Damasus ät pontifex cū de origine & religiōe gauētii ab eo cūctatus audisset: eum secū accersiuit: ipmq; clericū fecit: quē & in sui seruitio detinēs: post biennīū lectā ordinauit: deinde post septēnium ad sacerdotiū promouit. Qui sedula exhortatiōe: populo sugiter uerbū dñi predicabat: & miraculoꝝ gloria clarescebat. ¶ Nā quidā miles romanⁿ noie tarsensius a diabolo obsessus ē: clamante demone p eo: q uisi illuc gaudētius pbyter ueniret: inde nunq; discederet. Gaudētius ergo de mādato pape pro eo missaꝝ solēnia celebrauit: deinde sacram eucharistiā uiro oferens: demonem ab eo in sumi ipem eiecit. Quo miraculo multi paganoꝝ puersi sunt.

¶ Cum aūt ariminēsis epūs defūctus esset: & popul⁹ ipius urbis ad papā pro petēdo pōtifice accessisset. Damasus gaudētiū epm cōsecrauit: & ariminū i pastorē cuꝫ populo destinauit. Qui primū ad ciuitatē que martiana dicebatur aduenies dieb⁹. x. ibidē morā traxit: & populū multū ibidē exñtem in fide xpi eruditit: quem miles gentilis qui dudū egrotus i lecto iacuerat: eius fama ppta: ad se ingredi fecit: & ut se ab infirmitate illa cura ret humiliter supplicauit. Scūs aūt epus oratioñe pmisit: & militē manu tenēs de cubili sanū erexit puersumq; ad dñm cū comitibus suis ac seruis .25. numero baptizauit. Post hec ex ipa ciuitate discedēs ariminum deuenit. Et dū esset i itinere sociis uiuo carētibus & nimiū sitientib⁹: aquā i uinū conuertit: & comitibus propinauit. Ingresso autem ciuitatē occurrit illi omnis populus cū multitudine languentium diuersis egritudinib⁹ oppressoꝝ: quos omnes ptinuo i xpi noie sanos effecit. ¶ Sed q̄primum in ipa urbe missam celebrauit: mox idolum martis i medio adhuc foro positum cecidit: & ptractū ēce. teraq; omnia simulacra i diuersis locis posita similiter corruerūt. Quo miraculo multi gentilium ad xpm puersi sunt. ¶ Quedā nptis eusitice predicte: que gaudentiū hospitio rome suscepat: a demonio uexata ad beatum gaudētium ariminū adducta: & ab eodem ē ptinuo liberata. Hic scūs uir sua predicatione ariminēsem populū ad fidē xpi p. duxit: multas ecclesias pstruxit & dedicauit: multosq; presbyteros & aliosꝝ ordinū clericos ordinauit. Inter quos leonē presbyterū & marinū diaconū uiros scōs: qui de dalmatia illuc uenerant pfecrauit: ut dictū ē supra in gestis martini pfessoris pridie noñ septembris. ¶ Post hec cū de mandato pstantii imperatoris apud ariminū ciuitatē: pcliū epoꝝ rum pgregatū eēt: multiq; arriani falti prefidio augusti: pauci uero epi catholici conuenissent. Gaudentius pro defessione catholice fidei: arrianis uiriliter restitit: sed qa eis omnino se obuiare non posse uidit: eoꝝ uesanie cessit: & cum scis rhophilo pbyterī & mercuriali liuiesi epis: nocte fluiā clandestī ne properauit. Post discessum uero arriano rum: ad sedem suā redit: & conuocata synodo catholicoꝝ: que ab arrianis decreta fuerant reuocauit: quēdam quoq; martianū pbyterum hereticum: nolētem ad ecclesie unitatē reuerti dānauit: & de ecclesia ejecit. Quod audiēs martian⁹ procōsul: qui dicti martiani presbyteri ppinquus erat: epm durius increpauit: & multis pditis exprobrās: mortis ei minas intentauit. Qđ mox malignus spirit⁹ inualit & durissime uexare cepit. Cuius rei cā milites procōsulis gaudētiū detestantes: ipm mane ante solis ortū clanculum orantem pprehēderūt: & quasi i ultionē domini sui extra portā uinctum eduxerūt: & tā diu fustib⁹ & lapidibus rutuerunt: donec ipse se dño cōmēdās & pro ipsis etiā pfecutoribus exorans spiritū exhalauit pridie idus octobris. Cuius corpus in loco qui dicitur ad lacum in foueā maximā proiecerūt terra illud ac lapidib⁹ obruentes. ¶ Post anos uero. 70. cuꝫ locus sepulture eius cūctis esset ignotus: mulier quedā erat ceca in ciuitate cesarea: siue ceruia: noie abortiua. Cui per

uisum angelus raphael cum papa damaſo apparuit:& quis uter eoꝝ eẽt noiauit:ac eidem impoſuit:ut ſi lumẽ oculoꝝ recipe uel iet:ad ciuitatẽ arimineſem ueniret:& ciuib⁹ nunciaret:ut corp⁹ ſci gaudentii in tali loco diu occultatum regrederet: & honorabilius tumularent. Signum quoq; ei dederunt: qa mox inuẽto corpore:ipſa lumen recuperet: ſicq; illi eã uera dixiſſe cõprobarent. Cũ au tem mulier iam de tali uiſione pſidens:ſed de ductore cogitans iter ſola arripuiſſet:leues arundinẽ in manu ſua pſenſit:& ex altera pte ductorẽ preuiũ intellexit:ſũmitatẽ arũdinis petentẽ. Quo duce ad ciuitatẽ arimínum puenit:& uiſa ciuibus patefecit: qui unanimes ad locũ oſtenſum acceſſerunt:& terra effodiente s:odorem mirificũ ſenſerunt: corpuſq; ſci reptũ de fouea eduxerũt: ſtatimq; mulier:ut pdixerat:lumen oculoꝝ recepit. Multi quoq; languentes a diuerſis infirmitatibus curati ſunt. Corp⁹ autẽ ſci martyris in tumulo marmoreo collocatum eſt:& eccleſia ei⁹ nomini deſuper edificata.

¶De ſancto fortunato epo. LXIIII

Ortunatus epꝰ tudertine ciuitatis circa tempora iuſtini impatoris claruit. Qui in effugãdis ſpiritibus immẽſe uirtutis gra pollebat: adeo ut aliqñ ab obſeſſis corporibus legiones demonũ pelleret:& oratione ſua eoꝝ multitudines ſuparet. ¶Iuuenis quidã de tuſcie partib⁹ uxorem duxerat:que ad dedicationẽ eccleſie bti ſebaſtiani martyris fuerat inuitata:que nocte precedẽte uoluptate carnis deuicta:a uiro ſuo ſe abſtinere nõ potuit:& mane homines pluſq; deũ erubeſcẽs:ad pfecrationẽ acceſſit: mox uero ut bti ſebaſtiani reliquie in eccleſiam ſunt delate:maligꝰ eã ſpũs inuaſit: & coraꝫ oi populo uexare cepit. Quã ſibi ipſi eccleſie altaris ſindone cooperuit: ſed hunc repente ſimul diabolus inuaſit:qa ultra uires pprias quicq; pſumpſit. Puella igit domum delata magis quibuſdã tradit liberan da:a quib⁹ ad fluuiũ ducit : & in aquam demergitur:atq; diuti⁹ incantat. Sed oipotẽtis dei iudicio:dũ puerſa arte ab ea un⁹ demon expellit:in eã ſubito legio demonũ itrauit: totq; motibus cepit agitari:totq; uocib⁹ per ſtrepere:quot ſpiritib⁹ renebaſ. Quã parentes ei⁹ ad fortunatum epm adducẽtes:culpã eius cõfeſſi ſunt. At ille eã ſecum pluribus diebꝰ detinuit: & oroni inſtanter incubuit: puellãq; incolumẽ & plene liberatã remiſit ¶Alio quoq; tẽpore ex obſeſſo hoie ſpiritũ maligñ eiecit:qui occũbente ſole in formã ſe pegrini tranſmutauit:& per ciuitatem uadens clamare cepit:q; fortunat⁹ epꝰ : q ſcũs putabaſ :peregrinũ de ſuo hoſpitio reppulliſſet. Quẽ uir quidã mala intẽtione:ut epm diffamaret:hoſpitio ſuſcepit: & cũ uxore & puulo ad prunas ſedens:pegrinũ:ut ſe cale faceret:iuxta ignem poſuit:Fortunato⁹ de eius inhumanitate:& q; eẽt hypocrita detra here cepit. Poſt modicũ autẽ:qui pegrinus uidebaſ :paruulũ filium ei⁹ inuaſit:& inter prunas,piciens:aiam eius excuſſit: ſtatimq; diſparuit:& quis fuiſſet declarauit. ¶Alio etiã tẽpore:quendã cecũ ſigno crucis ſuper oculos ei⁹ edito protin⁹ illuminauit. ¶Preterea equ⁹ cuiuſdã militis in rabiem uerſus fuerat:qui a multis detineri neqbat:ſed oẽs morſibus lacerabat. Sed dũ ſcũs uir eius capiti extenſa manu ſignũ crucis edidit: cũcta eius rabiem in manſuetudinẽ imutauit. Tũc miles equum manſuefactũ ſancto epo decre uit offerendũ. Ille aũt dum recipere recuſaret:uictus precibus dignũ pcium tribuit:& ſic equũ oblatum recepit. ¶Die quadã gothi ad tudertinã ciuitatẽ uenientes: duos pueros rapuerunt. Quoꝝ ducẽ epꝰ ad ſe uocãſ pro pueris redimẽdis qualecũq; uellet precium obtulit:& tãtum ut pueros redderet: ſolicite requiſiuit. Et cũ p redemptione pueroꝝ biduo ſuſtiniſſet:goth⁹ eum oino audire recuſauit:ſanctũq; uiꝝ ptiſtatum ualde dimiſit:puerosq; equis ſuperpoſitos cum ſuis pmiſit. Statim aũt :ut eos ſecutus⁹ equum aſcendit:equus lapſo pede cũ eo corruit: & tibiam illius ſfregit. Qui ad hoſpitiũ reductus pueros reuocauit:& fortunato ppũcẽ gratus remiſit:ac ueniam petens eius gratiã imploraui. Epꝰ aũt per diaconẽ ſuum aquã illi benedictã deſtinauit : quam mox ut ſup illi⁹ coxam aſpſit:fractura ſolidata de lecto ſanus ſurrexit:& aſcenſo equo ſuum iter pegit. ¶In eadem ciuitate marcellus quidam eidem ſcõ deuot⁹ ſabbato paſchali defũcẽ eſt. Cuius corp⁹ cũ longius eẽt deferendum eo die ſepeliri nõ potuit. Due igit defuncti ſorores ad eũ ſlentes uenerunt : & ut earum frẽm reſuſcitarent:fidelibus peibus ſuppli cauerunt. Qui dũ eas licẽtiaſſet:eo q; ex hu militate de ſe tanta nõ pſumeret. Sub eqdẽ die dñico ante crepuſculum cũ duobus diaconib⁹ ad domũ defuncti perrexit:& iuxta corpus in oratione ſe dedit. Deinde ipſum ſurgens ex nomie uocauit. Ille aũt acſi leuiter dormiens oculos aperuit: & epo rñdit: atq; de eo quod fecerat:pqueri cepit:dicens q; duo hoſterno die ad ſe uenerãt: qui ſpũm a corpore eiicẽtes in benũ locũ deduxerãt Ipſa uero die unus miſſus fuerat: qui eũ ad corp⁹ reduci mãdauerat:quia fortunat⁹ epꝰ ſic a deo petebat. Quibus expletis uerbis: marcellus mox ex infirmitate ualuit : & in hac uita diutius manſit. Quieuit aũt uir ſanctus in dño pridie idus octobꝝ. & ſepultus

est in ecclesia tudertina. Ad cuius sepulturā crebra miracula fiunt. Hec gregorius dialogorum libro primo ca. x.

¶ De scō fortunato alio epō. LXV.

FOrtunatus epūs pictauiensis claruit tpe iustini ipatoris iunioris. Qui natione italus primo poeta: deide in pfate urbis epūm sublimatus: uir egregius: ingenio clar⁹: sensus celer: ore suauis: beati martini heroico metro gesta in. 4. uoluminibus digessit: hymnos etiā festiuitatū singulas eleganter ꝓposuit: & scitate plenus i pace quieuit.

¶ De scō iusto episcopo. LXVI.

IVstus epūs lugdunēsis insigni scitate refulsit. Qui epatu relicto cū uiatore lectore ei⁹ ministro ad eremum egypti se ꝓtulit: ubi multo tēpore angelicā uitā duxit. Ad hūc reuisendū antiochus epūs uir sanctus eiusq; epatu successor ad eremū accessit: & ab eo scitatis pspicue exēpla reportauit: de quo dicet ifra i eius gestis idib⁹ nouēbris. Scūs aūt iust⁹ i pace quieuit pridie id⁹ octobris. Qué dū morienté minister ei⁹ deferret: eo q; se desereret: ille pphetico spiritu eūdem hortās predixit: q; se cito secuturū eet. Quod rei p effectū probauit euētus: nā uiator p⁹ dies. 7. eū ad patriam secut⁹ ē: ut delicet. xii. cal. nouēbris: ut dicit ibidē.

¶ De scis. ccc. lx. martyribus. LXVII.

RECenti. lx. mrēs apud coloniam agrippinā passi sūt. Qui cū eēnt milites mauri ex sacra legiōe theogn: & illis trucidatis isti ex eorum ꝓtio ausugissent: a militibus maximiani ipatoris apud ipam urbē inuenti: & ipi gladiis trucidati sunt idib⁹ octobris. Quog; corpa pdita sūt in basilica: que admirabili opere ex moysaico quodāmodo deaurata resplēdet: unde etiā & loci incole scōs aureos illos uocare cōsueuerunt. Hec usuard⁹. Ado tñ pōit: q; fuerūt solūmō. 350.

¶ De scō antiocho episcopo. LXVIII.

preciosam uenalem habere: qui sua uirtute qualcunq; infirmitates curabat: quē regi Iosaphat uendere uolebat. Ille aūt cū sibi primo lapidem ostendi petiuisset. Barlaā rūdit q; lapis ipse talē uirtutē haberet: ut siquis: q corpore non eēt integer: ipm aspiceret: cōtinuo lumen oculoꝝ amitteret: & quia filius regis uirgo erat: prout ipse audierat: iō ipsi soli lapidem ostendere intēdebat. Igit̄ pedagogus hoc Iosaphat nuncians: ipm ad eum in pclauī q̄tocyus introduxit: quē rex humanissime & reuerēter suscepit. De quo barlaā ipm plurimū cōmendauit: & incipiens eum alloqui a quibusdā pstigionibus & exēplis predicauit ei de mundi creatiōe: & hominis preuaricatione ac filii dei incarnatione: passione: & resurrectiōe: nec nō de die iudicii: & bonoꝝ & malorū retributiōe longum sermonem ptexuit: seruiente sc̄ō idolis plurimū ex probrauit: & de illoꝝ fatuitate exempla proposuit. Cepit etiā ptra uanam & falsam mūdi delectationē multa disputare: & sine oiuꝝ mortē pprobare: & plura ad hoc in modū fabulaꝝ exempla inducere. Cum aūt eū rex interrogasset: quot annoꝝ eēt: & ubi habitaret. Ille rūdit: se esse annoꝝ. 45. & in deserto sēnaar degere. Ptra autem Iosaphat illum plusq̄. 70. anoꝝ ex apparētia iudicabat. Cui barlaā ait: q̄ si a natiuitate sua oēs eius anni querebat: recte existimabat. Si uero a tēpore quo relicto seculo xp̄o uiuere cepat nō plus q̄. 45. annos habebat: quos in eremo exegerat. Cum aūt eum Iosaphat ad eremū sequi uellet: noluit barlaam: eo q̄ ex hoc rex indignatus mortē omnibus xp̄ianis inferret: sed tēpore oportuno ad ipm in posteꝝ ueniret. Barlaam igit̄ regis filium baptizans: & in fide optime instruens: eum osculat⁹ est: & ad locum suum reuersus est. ¶ Postq̄ aūt rex auenir filiuꝝ suū xp̄ianum factū audiuit: in dolore nimio positus est. Quē quidā amic⁹ eius nomie arachis p̄olans dixit: quendam senem paganū nachor nomine: barlaam per omnia similē esse: quem suasit: ut rex aduocaret: & ipse xp̄ianum & barlaā se simulans cū philosophis disputans: primo xp̄ianoruꝝ fidem defēderet: deinde se supari pmitteret: & omnia que docuerat retractaret: & sic Iosaphat ad deorū cultum rediret. Igit̄ dictus princeps cum exercitu ad querendū barlaā iuit: & nachor captō se barlaā cepisse dixit. Quod filius regis audiens magistꝝ suum catum amare fleuit: sed deo reuelāte postmodum ipm nō esse cognouit. Cum aūt rex filium minis & blanditiis p̄ dies plurimos p̄pularet: ut ipm ad suā uoluntatē inflecteret: & ille nec minis terreri: nec adulatiōib⁹ seduci posset. Tandem rex dixit ei: q̄ ad hoc ipm declinare uolebat: ut barlaam: qui eum seduxerat: & q̄ in carcere erat cū gentilibus ad disputandū conueniret: & siquidem ille obtineret: rex ei cederet. Sin aūt: ipse cū ceteris xp̄ianis ipsi p̄sentirent. Quod cū regis filio placuisset: illi cum nachor ordinant: ut se barlaam simulans: prias fidem xp̄ianorū defendat: & tādem se superari permittat. Cū ergo omnes in unū conuenissent. Iosaphat simulans se credere: q̄ nachor barlaam esset: ei dixit: q̄si doctrinam suam: quam eum docuerat: defenderet: in ipsa perpetuo permaneret. Sin aūt supatus esset: ipm mala morte puniret: ne unq̄ aliquis filios regum deciperē presumeret. Quod audiens nachor ne, hemēter expauit: uidēs se in foueam incidisse: quam fecit: & deliberauit melius filio regis adherere: & sic periculum mortis euadere. Rex aūt iam palam ei dixerat: ut fidē suam sine timore defenderet. Incepta igitur disputatione cepit nachor fidem xp̄i euidenter defendere: & rōnib⁹ cōmunire: ita ut philosophi muti effecti: nihil oīno respondere scirent. Iosaphat aūt exultabat: eo q̄ p ueritatis hostem dñs ueritatē defendebat. Rex igitur furēs iussit cōcilium dissolui: quasi de his sequēti die denuo tractaturus. Iosaphat aūt a patre magistꝝ suuꝝ sibi dari petiit: ut de responsionibus ad inuicē ea nocte conferrent: & ipse secum suos ecōuerso assumeret. Quē ei rex concessit: spem habēs: q̄ eum seduceret. Cum ergo regis filius nachor in domum duxisset: ei manifestius ait: q̄ euꝝ quis eēt: non ignoraret: quia uidelicet nō barlaā: sed nachor astrologus foret. Cui & fidē xp̄i p̄dicauit: & puersum mane ad eremū misit: ubi baptismum suscipiēs eremiticam uitam duxit. ¶ Hec audiēs quidam mag⁹ theodas nomine regi promisit: q̄ filium suum ad patrias leges seduceret. Conuoluit ergo regi: ut a filio cunctos remoueret: & ornatas ac decoras mulieres ad eū intromitteret: ut cū eis continue conuersari posset. Ipse uero spiritus libidinis ad eum mitteret: qui eum ad concupiscētiam inflammarent: eo q̄ nihil facili⁹ hominē q̄ mulier seducē posset. Quod cum rex pfecisset. Puelle quidē iuuenī sēp assistentes blandis colloquiis demulcebāt: Maligni uero spiritus a mago missi caminū ignis in eius animū accēdebant. Iuuenis uero se totum deo cōmēdans omēs tētationes superabat. Deinde quādam puellam pulcherrimam unius regis filiam a patre orbatam: rex ad eum misit. Cui dum Iosaphat p̄dicare uellet. Illa ei rūdit: se eam ad xp̄m uelle adducere: ipsam in coniugē deberet assumere: & sic eam a damnatione ppetua liberaē. Nam & xp̄ianī matrimonia cōtrahebant: & in eo statu se saluari dicebant. Hec dicēs puella turrim animi illius fortiter concussit.

Ignisq; concupiscentie a demonib⁹ accensus intus ardere cepit. Iosaphat autē in angustia positus cū lachrymis in oratione se dedit: & orans aliquantulum obdormiuit: uiditq; se duci ad pratum amenissimū floribus & cunctis delectationib⁹ exornatum. Deinde in ci uitatē auro & gēmis rutilantem se itromitti ꝑspexit: i qua tot diuitie & delitie relucebāt q; ibi perpetuo se dimitti postulabat. Dictū q; est ei: q; ille locus esset btōz: ad quē cum maximo labore ipsum deuenire oportebat. Deinde ad loca aspera terrimaq; adductus: audiuit ea loca esse ipiozq; & damnatoz. Eui gilās autē & hoz memorans pulchritudinē puellaz uelut stercora ptemnebat. Maligni autē spirit⁹ ad theodā reuersi rettulerunt: q; signo crucis ab eo & oratione fuerāt effuga ti. Ad quē dum magus una cū rege itroissz ut ei persuaderet: ipse ab eo puersus baptisma suscepit: & laudabilē uitā duxit. Rex igitur desperans de consilio amicoz dimisit ei dimidium regni sui. Ille autē q; uis desertum affectaret: tñ ꝑpter fidei dilationē ad temp⁹ regnum suscepit: & in suis ciuitatibus eccle sias fecit: & cruces erexit: & oēs ad xp̄m conuertit. Pater etiā tandem predicationib⁹ filii fidem suscepit: & baptizatus regnū totum filio dimisit: ac pnie opib⁹ uacans laudabiliter uitam finiuit. Iosaphat aūt barachiam regem prenunciās pluries fugere ad eremum uoluit: sed a populo coact⁹ remānsit: uix tandem ab eis dimissus desertum petiit: & rēgalem habitū paupi tradēs ipe i pauprima uestē remansit. Cui diabolus multa ipedimenta oppositaliqn in eū euaginato gladio irruens: aliqn in forma diuersaz ferāz in eum frendens. Que oia ipse iuocato xp̄i nomie superauit. Bīēnio igit Iosaphat per eremū uagat⁹ ē: nec barlaam inuenire potuit. Tandem ad eius spelunca uenies: stansq; ab extra se ab eo benedici postulauit. Cuius uocē barlaam cognoscēs & foras exiliens osculantes se inuicem cum lachrymis & amplexib⁹ con stringebant. Iosaphat autē q; acciderant oia referebat. Ille uero imēsas deo gras agebat. ¶Mansit aūt Iosaphat ibidez ānis multis in abstinentia mirabili & scitate. Completis ue ro diebus uite sue barlaam in pace quieuit. Iosaphat aūt in anno. 25. regnū deferens .35. annis eremiticū laborem subtulit: & sic mīris clarus uirtutib⁹ in pace quieuit: & cū corpore barlaam sepultus fuit. Quoz amborū corpora barachias rex reuerenter inde assūpsit: & in eius ciuitatē transferēs honorifice collocauit. v. cal. decembris ad quorum tumulum miracula fiunt.

¶De sanctis fausto diuo & amonio martyribus. CXV.

Faustus presbyter: diuus & amonius cū aliis plurib⁹ epis ex egypto: & clericis & laicis sexcentis & sexaginta apud alexādriā ciuitatem passi sunt. Qui cum beato petro eiusdē urbis epo ꝑprehensi: & in carcerem trusi. Iubēte maximiano iperatore post ipsius beati mīs passionē: oēs gladio truncidati sunt. v. cal. decēbris. Quoz omniū corpora apud alexandriā tumulata seruanē: ut dicit ado.

¶De scō sosthene discipulo. CXVI

Osthenes discipulus apostoloz fuit: de quo btūs paulus pria ad corinthios primo cap. mētionez facit: ubi dicit rabam⁹ in glosa: q; iste sosthenes corinthius doctor erat: multūq; pro scīb⁹ solicitus ideo specialiter ab apostolo est assumptus. s. ꝑpter suā humanitatē: & pp firmioꝛē narrationis ꝓfirmationē: ut in ore duoz uel trium testiū stare omne uerbū. Hic fuit unus ex. 72. xp̄i discipulus: ut abbas dorotheus tradit: qui & colophonie epūs fuit & apud corinthū citatē suam scō sine quieuit. 4. cal. decēbris.

¶De scō gregorio papa secūdo. CXVII.

Gregorius papa huius nois ꝓs nationē syrus ex patre ioāne: ꝓstantino pape prio in epatu romano successit: & sedit ānos. xvi. mēses 8. dies. ix. Hic fuit uir castissim⁹ diuine scripture eruditus: loquela facūdus: aio constās: ecclesiasticoq; erroꝛ⁹ destructor & ptrariis fidei fortissim⁹ impugnator. Hic bonifaciū monachum a britānia uenientē epūm scrauit: & per eum gentē germanoz sedētem in tenebris & umbra mortis: doctrina lucis ad xp̄m conuertit. ¶Hic etiā p petronium ciuē brixiēsem cenobiū beati benedicti apud castrum casinum reedificauit: qđ plusq̄ centum annis a tēpore longobardoz⁹ fuerat desolatum. Hic etiā cum leo impator imagines xp̄i & beate uirginis & aliozū scōz in ciuitate cōstantinopolitana igne cremari iussisset: idē ipi facere pcipiēs: nō solū facere renuit: sed etiā impatorem pro ipo facto anathematizauit. Deinde distributis oibus ecclesiis & monasteriis atq; omni clero i pace quieuit. Sepultus est ad scūm petrum: & cessauit epatus dies tres.

¶De scō gregorio papa tertio. CXVIII.

Gregorius papa huius nois tertiꝰ natione romanꝰ ex patre marcello gregorio pape scdo in pōtificatu romano successit: & sedit annos. x. mēses. 9. dies. 30. Hic erat uir mitissimus & ualde sapiēs: in diuinis scripturis sufficienter instructus: greca latinaq; lingua eruditꝰ: atq; exercitatꝰ in sensib⁹ di-

uinarum ſcripturarum ſubtiliſſima exhortatiõe elimatus exhortator omniũ bonorũ: plebiq; florentiſſima catholice fidei ac ſalutaria predicans: corda fidelium dicto facto ue corroborãs: orthodoxe fidei emulator atq; defenſor fortiſſimus: chriſtianã religionẽ diligenter complectẽs: paupertatis amator: erga inopum prouiſionem non ſolum mentis pietate: ſed etiam ſtudii labore ſolicitus. Captiuorum redemptor & debitorum: orphanis quoq; & uiduis cum omni diligentia largiter neceſſaria tribuẽs. Quãobrem deo fauente non ſolũ ad ſacr̃ pſbyteratus ordinẽ peruenit: ſed etiam dum in exequiis ſui deceſſoris ante phereretrum eius ſuiſſet inuẽt⁹: omnis romanus populus a magno uſq; ad paruum diuina inſpiratione ſubito permoti per uim eum auferentes in pontificatus ordinem elegerunt tempore leonis & conſtantini imperatorum. ¶ Hic addidit in canone: quorum ſolennitas hodie in conſpectu maieſtatis tue celebratur: dñe deus noſter i toto orbe terrarum: uitra quoq; nos cõſortiũ ꝛc. ¶ Hic etiam dum leonem imperatorem ob depoſitionem imaginum chriſti & ſanctorũ incorrigibilem uidiſſet: qui ab eĩ⁹ predeceſſore anathematis pena fuerat inuolutus: romam & italiam & heſperiam totam ab eius iugo diſcedere fecit: & uectigalia interdixit. Synodumq; fere mille epiſcoporũ rome celebrans: uenerationem ſanctarum imaginũ confirmauit: atq; uiolatores generali ſententia anathematizauit. Hic etiam cum roma a rege liudprando longobardorum obſidere tur: miſit nauigio ad carolum pipini patreꝫ regem francorum: claues confeſſionis ſancti petri: rogans ut romanam eccleſiam a lõgobardis liberaret. Nolens ab imperatore con ſtantinopolitano heretico quemadmodum hactenus fuerat cõſuetudo: auxilium poſtulare. Et extunc conſtantinopolitani imperatores romane eccleſie patrocinium amiſerũt Et poſtq̃ omnia feliciter perfeciſſet ipſe ſanctus uir in pace quieuit. 4. calẽ. decembris. Et ſepultus eſt ad ſanctum petrum: & ceſſauit epatus dies. 9.

¶ De ſanctis papyrio & manſuето epiſcopis & martyribus. CXIX

PApyrius & mãſuetus epi & martyres tempore uandalice perſecutionis ſub gerſerico rege ariano paſſi ſunt. Qui pro catholice fidei defenſione candentibus lamiis ferreis toto corpore aduſti: glorioſum agonem ꝓſumauerunt. 4. calẽ. decẽbris Quo uidelicet tẽpore & alii ſancti epi. ſ. eugenius carthaginenſis: ualerianus: urbanus: creſcens: euſtathius: creſcẽtianus: creſconi⁹: felix hortolanus: & florentian⁹: propter ueritatis eãdem predicationem damnati exilio in pẽſſione pietatis curſum uite ſue ꝓſumauerunt: de quibus ſupra dictum eſt. 3. idus iulii. Hec uictor aphrican⁹.

¶ De ſanctis ruſo & ſociis mrib⁹. CXX

RVſus mr̃ cũ aliis pluribꝰ de domo ſua rome paſſi ſunt: ſub perſecutione diocletiani imperatoris. Hic nobilitate generoſa inſignis cũ eẽt patricius urbis ꝑdicatiõe & exemplo bti ſebaſtiani martyris ad fidem xp̃i puerſus: & cum oi domo ſua a ſancto poſ licarpo ꝓſbytero baptizatus eſt. Quẽ cum omnib⁹ aliis diocletianus detentum: & capitali ſententia punitum: xp̃i martyres eos ſecit. 4. calẽ. decẽbris. Hec ado.

¶ De dedicatiõe eccleſie materialis. CXXI

DEdicatio eccleſie ſoleniter inter alias feſtiuitates ſactoꝝ celebratur: que ideo ultimo ponit: quoniam certum diem non habens: anniuerſaria dies conſecrationis cuiuſlibet eccleſie ſuo tẽpore recolitur. Et quoniã duplex eſt eccleſia ſiue templum. ſ. materiale & ſpirituale. Ideo primo agendũ eſt de dedicatione templi materialis: deinde de dedicatione tẽpli ſpiritualis. ¶ Circa dedicatiõe autẽ eccleſie ſiue tẽpli materialis tria uidenda ſunt. Primo q̃re dedicat. Secũ do qualiter ꝓſecrat. Tertio p quos ꝓphanatur. ¶ Et qa in tẽplo duo ſunt: que ꝓſecrantur. ſ. altare & ipm̃ tẽplũ. Iõ primo uidendũ eſt quare ꝓſecret altare. Secũdo quare tẽplũ. ¶ Altare aũt ꝓſecrat ad tria. Primo ad ſacr̃m dñi offerendũ: gen. 8. Edificauit noe altare dño: & tollẽs de cũctis pecoribus & uolucrib⁹ mũdis obtulit ſup altare. Hoc aũt ſacr̃m eſt corp⁹ & ſãguis xp̃i: qđ i memoriã paſſionis dñice imolam⁹. Habem⁹ enĩ triplex memoriale dñice paſſionis. ſ. Paſſionis xp̃i imaginib⁹ depicte: quãtũ ad uiſum: quia picture ſunt q̃li libri laicoꝝ. Paſſionis xp̃i ſermonib⁹ ꝑdicate: q̃tum ad auditũ. Et paſſionis xp̃i in ſacramẽtis repſentate: q̃tum ad guſtum: odoratum: & tactũ: ut p oẽs corporis ſenſus paſſionis xp̃i memoria mẽtib⁹ fidelitũ imprimat. ¶ Secũdo ad nomẽ dñi inuocandum: gen. 12. Edificauit abrahã altare dño: qui apparuit ei: & inuocauit ibi nomen dñi. Hec autẽ inuocatio ſm apoſtolum hẽt fieri: p obſecrationes: que fiunt: p malis remouẽdis. Per oꝛones que fiunt: p bonis impetrandis. Per poſtulationes: que fiunt: p bonis cumulandis. Et p gratiaꝝ actiones: que fiũt p bonis ꝓſeruandis. ¶ Inuocatio autẽ: que fit ſup altare dr̃ miſſa: ex eoꝝ celeſtis miſſus. ſ. xp̃s a patre mittit: q ipſam hoſtiaꝫ ꝓſecrat: & idem p nos ad patrẽ mittit: ut p nobis intercedat. Que quidem miſſa tribus linguis

canit .ſ. hebraica greca & latina . Hebraica ſunt alꝛia: amē: ſabaoth: oſanna. Greca kirie leiſon. Latina reliqua oia. Et hoc ad repreſe tandū titulū dñice paſſionis: dictis trib⁹ linguis deſcriptū: uel quia omnis linga debet xp̃m confiteri: quoꝝ omniū he tres ſunt primi paliores. ¶ Tertio ad cantandū eccleſiaſtici 47. Stare fecit cantores ꝓra altare ℣. Tres aũt ſunt ſpecies ſoni q̃ faciũt tres modos: ut dicit hugo de ſcō victore: ſit eni ſonus pulſu flatu & cātu. Ad citharā ptinet pulſus: ad organū flatus: ad uocē cātus: ut huic ꝓsonātie ſonoꝝ referat̄ cordia mog. Si referatur ad pulſum cithare manuū opatio: ad flatum organi dentoꝝ deductio: ad cantū uocis ſmonū exhortatio. Hoc autem triplex gen⁹ muſicoꝝ refert ad triplicē differentiā officii eccleſie: ut dicit̄ in mitrali. Nā officiū eccleſie cō ſiſtit i ꝓs: in cantu: & lectiōib⁹. ¶ Ad primū gñs qđ ſit pulſu ut in ꝓſalterio & ſiſtibus refertur ꝓſalmodia. Ad ſm qđ ſit uoce refert̄ lectiones: Ad tertiū qđ ſit flatu ſicut in tuba refert̄ cantus. ¶ Tēplū aũt ſiue eccleſia cōſecrat̄. ꝑpter .v. rationes. ¶ Prio ut ide diabolus & ei⁹ poteſtas expellatur ſicut refert gregori⁹ i libro dialogoꝝ: de quadā eccleſia arrianoꝝ in noie bti ſebaſtiani cōſecrata: de qua uiſibiliter demones in forma porcoꝝ inde exiſſe plurib⁹ apparuerūt. ¶ Secundo ut ad eā ꝓfugiētes ſaluētur: unde dicit canō. Reos ſanguinis defendit eccleſia: ne uitā perdant & mēbra. Tali enim priuilegio eccleſie dedicate de iure cōi potiūt. Et ob hoc ioab fugit in tabernaculū dñi: & apprehēdit cornu altaris. 3.ḡ.2. ¶ Tertio ut ibidē orationes exaudiant̄. 3.ḡ.8. Quicūq; orauerit in loco iſto: tu exaudies eos ſ loco habitaculi tui in celo: & cū exaudieris ꝓpicius eris: unde i oratione dicit eccleſia. Quiſq; hoc tēplum bñſi. peti. igre. cūctā ſe ipetrat. leteſ. Adoramus aũt i ipſis eccleſiis ad oriētem. ¶ Prio ut patriā ñram ios requirere oſtēdam⁹. Nā deus in oriēte paradiſum plantauit: ibiq; hominē poſuit: trāſgreſſu⁹ uero ad occidētem eiecit. ¶ Secūdo ut ad ipſ̄ crucifixū reſpiciebat: & ita adoramus ad ipm reſpicientes. ¶ Tertio ut ueniētem iudicē expectare mentremus. Nā aſſumptus ad oriēte ſurſum ferebatur: & ita uenīet ad iudicādū: ad occidētem aſpiciēs. Hec oia dama⁹: libro. 4. ca. v. ¶ Quarto ꝓfecrat̄ ut ibide⁹ deo laudes ſoluantur: hoc aũt fit i .7. horis canonicis inter alias priuilegiatis. Nam in nocte media qua matutinū celebratur. xp̃s natus eſt captus & illuſus a iudeis: & in hac hora iſernū ſpoliauit. In media etiā nocte ad iudiciū uenturus aſſerit. Addūtur etiā matutinales laudes qa ip̃s mane egyptios ſubmerſit i mare: mundū creauit: & reſurrexit. ¶ In hora pria xp̃s ad tēplum ꝑueniebat: pilato pñtatus fuit: & ſurgens mulieribus appuit. In hora tertia a pilato ad colūnam flagellat̄: morti adiudicatur: & ſpūſſanct⁹ i apoſtolos mittit̄. ¶ In .vi. clauis in cruce ꝓfigit̄: tenebre per totū mundum fiūt: & ſol obſcurat̄: & i die alcēſionis cum diſcipulis recūbēs ꝑuerſat̄. ¶ In nona xp̃s ſpiritū emiſit: miles latus eius aperuit: cetus apoſtoloꝝ ad orandū uenire ꝓuenit: & xp̃s in celū aſcendit. ¶ In ueſpa: xp̃s in cena ſacramētū ſui corporis inſtituit: pedes diſcipuloꝝ lauit: de cruce depoſitus fuit: diſcipulis in habitu pegrini ſe oñdit. ¶ In ꝑpleto rio xp̃s ſanguineas guttas ſudauit: in monūmēto poſitus ꝑuit: reſurgēs pacem diſcipulis nunciauit. In his ergo horis predicta beneficia recolim⁹: & ꝓ ipſis deo gr̃as reddimus. ¶ Quinto ꝓfecrat̄: ut ibidē ſacramenta miniſtrent̄: quoꝝ quedam miniſtrāt̄ intrantib⁹: ut baptiſm⁹: quedam exeūtib⁹: ut extrema unctio: quedā ꝓmorātib⁹: & hoꝝ qui dam ſunt miniſtrātes: his datur ordo: quidā pugnātes: & hoꝝ qdam ſuccūbunt: his datꝓnia: quidā iſiſtunt: & his ꝓfert audacia animi ut roborētur: & hoc ꝑ ꝑfirmationē: cibus ut ſubſtentēt̄ur: & hoc ꝑ euchariſtie ſūptionē: ſit remotio ipedimēti ne deficiant̄: & hoc ꝑ matrimonii ꝓiunctionē. ¶ Scđo uidendum ē qualiter ꝓcrēt̄: & prio de altare ſo de ipa eccleſia. ¶ Ad ꝓecrationē aũt altaris quoꝝ ꝓcurrūt: prio quattuor cruces de aqua benedicta i q̃tuor cornib⁹ ꝓiguranť: ſo ipm altare ſepties cū aqua eadem aſpgit: tertio incēſum i ipſo cremat: q̃rto chrisma te ſoungitur: quinto mūdis pānis opit. Hec aũt repētant ea que debent habere ad altare accedentes. Debēt enim habere charitatem q̃ drupliciť. .ſ. ad deū: ad ſe ipos: ad amicos: & ad inimicos: & hec ſignificant q̃tuor cruces q̃tuor cornib⁹ altaris facte. De his gen̄. 28. Dilataberis ad oriētem & occi. & ſeptē. & meridiē: uel ꝑ q̃tuor cruces oñditur q̃ xp̃s p crucē q̃tuor mundi ptes ſaluauit: ut ut oñdatur q̃ q̃tuor modis debemus crucē portare. .ſ. i corde ꝑ meditationē: i ore ꝑ ꝓfeſſionem: i corpe per mortificationē: in facie ꝑ ipreſſionē. ¶ Septem aũt aque aſpſiones ſũt 7. ſanguinis xp̃i effuſiones: quaꝝ prīa fuit i circūciſione: 2ª in oratione: tertia i corporis flagellatiōe: quarta in capitis coronatione: quīta in manuū ꝑforatione: ſexta i pedū crucī affixiōe: ſeptima i lateris aptione. Circuitus aũt altaris ſignificat uigilātiā & curā quā debēt habere miniſtri altaris erga ſubditos ne icidāt i .vii. uitia capitalia Cant. Inuenerunt me uigiles qui cuſto. ciuitatē ℣. ¶ Debent etiā habere oratioñ ſeruentē & deuotam: qđ ſignificatur ꝑ ꝓcrematiōnē thuriſ:

Nota. Quare fiebat ad orientem

Debent canonici

Habet enim thus virtutē ascendendi ex fumi leuitate: p solidādi ex qualitate: p stringendi ex glutinitate: p fortandi ex aromatitate. Sic oro ascendit in dei memoriā animā p solidat q̄tum ad culpam p̄teritā impetrando medelam: p stringit q̄tum ad futurā impetrando cautelā: p fortat q̄tum ad p̄sentē impetrādo tutelam. ¶ Vel pōt dici: q̄ deuota oro p th̄ significatur: qa habet ad deū ascendere. ps. Dirigat oro mea sicut incensum ꝛc. apocal. 8. Data sunt ei incēsa multa: ut daret de orationibus scōr. ꝛc. ¶ Debent in sup habere nitorem p̄cie: & odorē bone fame: quod significatur p chrismatis unctionē: quod p̄ficitur ex oleo & balsamo. Oleū enī est nitor p̄cie quaꝫ debēt habere purā. gal. Gloria nostra hec est testimoniū p̄cie nostre. Balsamū est odor bone fame: quam debēt habere clarā: prima timo. 3. Oportet ēm testimoniū habere bonū: & ab his qui foris sunt ꝛc. ¶ Debent p̄terea habere munditiā opationis sanctē: quod significatur p pannos albos & mūdos: quib⁹ altare uestitur: Apocal. 3. Vestimentis albis induaris: ut nō appareat p̄fusio nuditatis tue. Bern. Modicū ualet accedenti ad altare: si habet dignitatē summā & uitam infimā. ¶ Secūdo uidendum est de ecclesia qualiter p̄cedat: ad quod quattuor concurrunt. ¶ Primo enim eps ecclesiā ter circuit: & qualiter uice ad ianuam ueniens baculo pcutit dicens: Tollite portas ꝛc. ¶ Secundo interius & extertius aqua benedicta ecclesiā aspergit. ¶ Tertio in pauimento crucem de cinere facit ex transuerso angulo orientis usq; ad angulum occidentis & ecōuerso: & ibi dem litteris grecis & latinis alphabetum describit. ¶ Quarto in parietibus ecclesie. 12. cruces depingitante quas cereos. 12. accendit: & ipsas chrismate inungit. ¶ Primū ergo. 1. triplex circuitus significat triplicē circuitum: quē fecit xp̄s ꝓpter ipsi⁹ ecclesie sanctificationē. Primū quo de celo uenit in mūdum. Secundū quo de mundo uenit ad limbum. Tertium quo de limbo resurgens ascēdit ad celum. Primum fuit ad saluationem peccatoꝝ. Secundū ad liberationē damnatorum. Tertium ad glorificationē beatorum. ¶ Vel triplex circuitus fit ad ostendendum q̄ ecclesia p̄ceratur ad honorem trinitatis. ¶ Vel significat triplicē statum saluandorū qui sunt uirgines: continentes: & coniugati: qui etiam designantur in dispositione materialis ecclesie. Nam sanctuarium significat uirgines: chorus p̄tinentes: corpus nubētes strictius est sanctuarium q̄ chor⁹: & chorus q̄ corp⁹: quia dignior est ordo uirginū q̄ cōtinentum: & p̄tinentum q̄ p̄iugatoꝝ: ut dicit ricardus. ¶ Secundū. 1. trina ad hostium percussio: significat triplex ius: quod habet christus in ecclesia. Est enim sua creatione redemptione & glorificatione: & hoc tripliciure ei debet aperiri: ut dicit anselmus. ¶ Tertium. 1. exclamatio Tollite portas ꝛc. significat tria in eius potentiam. 1. in celo: i mundo: & i inferno. ¶ Secūdum. 1. aque benedicte interius & exteri⁹ aspersio fit triplici de causa. ¶ Primum propter demonis expulsionem: ut dicit in exorcismo aque. Fias aqua exorcizata ad effugandum inimicū ꝛc. Fit autem hec aqua iex aqua: uino: sale: & cinere: quia quattuor maxime expellunt diabolum. 1. lachrymarum effusio: que p̄ aquā Spiritualis exultatio: que per uinum. Matrua discretio: que per salem. Et profunda humiliatio: que per cinerem. ¶ Secūdo ꝓpter ipsius ecclesie expiationem. Omia enim terrena propter peccatum sunt corrupta: & iō locus aspergitur: ut ab immunditia purgef unde in lege omnia pene aqua mundabant. ¶ Tertio propter remouendam maledictionem. Terra enim a principio cum omni fructu suo maledictionem accepit: aqua uero nulli maledictiōt subiacuit. Hinc est: q̄ do minus comedit piscem: sed nunq̄ legitur comedisse carnem nisi agni paschalis propter preceptum legis. Tertiū. 1. alphabeti descriptio: repreſentat primo piunctionem utriusq; populi: uidelicet gentilis & hebrei p̄ crucem xp̄i factam. Vnde & illa crux ex transuerso ducitur ab angulo orientis usq; ad angulum occidentis: ad significandum: q̄ populus dexter factus est sinister: & qui erat i capite: factus est in cauda & ecōuerso. ¶ Secundo repreſentat paginam utriusq; testamēti per crucem xp̄i adimpleti: unde moriens ait cōsumatum est. Et crux ex trāsuerso ducitur: quia unum testamentum in alio continetur: quia rota est in rota. ¶ Tertio repreſentat articulos fidei: quib⁹ rudes & neophyti de utroq; populo eruditur: qui se cinerem & puluerem reputare debēt: iuxta illd̄ geñ. 18. Loquar ad dñm meū cū sim puluis & cinis. ¶ Quartū. 1. i. 12. locis crucis impressio illuminatio & inunctio fit triplici rōne. Prio ꝓpter demonū terrorē: qui inde expulsi sunt: ut uidentes signū crucis: illuc ingredi non p̄sumant. ¶ Secundo ꝓpter trīūphalem ostensionē. Cruces eni sunt uexilla xp̄i ut ostendat eni: q̄ loc⁹ ille dño xp̄i est subiugatus cruces depingunt: sicut q̄ ciuitas aliqua ab imperore capit: imp̄iale uexillū in ea erigit. ¶ Tertio ꝓpter apostoloꝝ repſentationē. Nā. 12. luminaria ante cruces posita significant. 12. apostolos: qui p̄ fidē crucifixi mundū illuminauerunt. Cruces autē chrismate unguntꝫ: quoniā apostoli fidē passionis xp̄i ad cognitionē inflāmauerūt: & ad amorem unxerunt: uidelicet ad p̄cie nitorē

qđ per oleum : & ad bone fame odorem: qđ per balsamum. ¶ Tertio uidendum est qualiter & per quos ecclesia prophanetur. Sciēdum: ꝙ domum dei per tres legim⁹ prophanari. ſ. per hieroboam: per nabuzardan & p antiochum. Hieroboaz sicut legitur. 3. g. 12 duos uitulos fecit ponens unum in dan & alterum in bethel: que dicit domus dei. & hoc propter auaritiam fecit: ne. ſ. regnum ad roboam rediret. Nabuzardan sicut legitur. 4. g. xxv. domum dei combussit. Nabuzardan princeps coquorum significat gulaz & lasciuiam: Rex antiochus qui fuit superbissimus & ambiciosus domum dei polluit: & contaminauit sicut habetur primo maccabeoꝝ. ſ. & significat ipsam superbiam. Ad denotandum ꝙ per hec tria uitia clericorum domus dei. i. ecclesia prophanatur. ſ. per auaritiam gulam & superbiam: primum cōmuniter uiget in religiosis: ſm in clericis: tertium in ꝓlatis. ¶ Et sicut ꝑ tres ecclesia fuit prophanata. i. ta & per tres alios extitit dedicata. ſ. per moysen. Salomonem & iudam maccabeum: per ꝙ insinuatur ꝙ dedicantes domum dei debent habere humilitatē que in moyse. Sapientiam & discretionem que in salomone uere fidei confessionez que i iuda maccabeo denotatur.

¶ De dedicatiōe ecclesie spiritualis. CXXII

DEdicatio ecclesie siue templi spiritualis: quod sum⁹ nos: iuxta illud apostoli templum enim domini sanctus est: qđ estis uos. Et iterum. Nescitis quia corpora uestra templum sunt spiritus sancti: sub solennitate dedicationis materialis templi ab ecclesia celebratur. Nam sicut ait augustinus Quotiescunq; altaris uel templi festiuitatez colimus: si fideliter & diligenter attendim⁹: & sancte ac iuste uiuimus: quicquid in templis manufactis agitur: totum in nobis speciali edificatione completur. Ipsa enim spiritualis ecclesia cōstruitur ex lapidib⁹ uiuis: prima petri ꝓ: Tāq; lapides uiui super edificamini ℣. Ex lapidibus quadris. Nam quatuor latera lapidi spiritualis sunt fides spes charitas & opatio: que equalia sunt: quia ut dicit gregorius. Quantum credis tantus spueras: quantum credis & speras tantum diligis & quantum credis speras & diligis tantum operaris. ¶ In hoc quidem templo altare ē cor nostrum: supra qđ tria debent deo offerri: primum igis dilectionis perpetue: leui. uadecimo: Ignis nunq; deficiet i altari: secūdum incensum orationis odoriferе: primo pab. vi. Aaron & filii eius adolebunt incensum super altare ℣. Tertium sacrificium iustitie: qđ sacrificium consistit i oblatiōib⁹ penitentie: in holocaustis dilectionis perfecte: & in uitulos carnis mortificare psalmista. Acceptabis sacrificiuz iusti. oblatiōes & holocausta: & tunc ponēt super altare tuū uitulos. ¶ Templum autem spirituale: qđ sumus nos ad istar templi materialis consecratur. ¶ Primo enim summus pontifex christ⁹ hostium cordis clausum inueniens circuit: dum peccatum oris cordis & operis ad memoriam eius reducit. De hoc triplici circuitu dicitur isaie uigesimotertio. Sume citharam: quo ad primum circui ciuitatem scilicet cordis: quo ad secundum meretrix obliuioni tradita: quo ad tertiū. ¶ Secundo ipm hostium cordis clausum ter percutit ut sibi aperiat. Percutit enim ipsum cor ictu beneficii consilii & flagelli: de qua triplici percussione dicitur prouer. primo. Extendi manus meam: quo ad primum: despexistis loquit ad malos omne consilium meum: quo ad secundum & increpationes meas neglexistis: quo ad tertium. ¶ Vel ter percutit dum rationalem mouet ad peccati cognitionem: cōcupiscibilem ad dolorem. Irascibilem ad uindictam & detestationem. ¶ Tertio ipsum templum spiritualiter aqua in eius & extra debet irrigarri. Hec autē trina irrigatio trina est lachrymag effusio: mens enim uiri sancti ut dicit gregorius: dolore afficitur considerando ubi fuit: ubi erit: ubi ē: ubi non ē: ubi fuit inquit in peccato: ubi erit in iudicio ubi est in miseria: & ubi nō ē in gloria: huic autem aque admiscentur sal uinuz & cineres quia cum his lachrymis debet admisceri uinum spiritualis exultationis: sal mature discretionis: & cinis profunde humiliationis. Vel per uinum lympharum intelligitur uerbum incarnatū: per salem sanctitas ei⁹ uite: que est omnibus condimētum: per cinerem passionis eius supplicium. His igitur debemus cor nostrum aspergere scilicet beneficio incarnationis: per quod prouocemur ad humilitatem: exemplo eius conuersationis per qđ informemur ad sanctitatem: & memoria eius passionis per quam incitemur ad charitatem. ¶ Quanto in hoc templo cordis scribitur spirituale alphabetum siue spiritualis scriptura. Que quidem triplex est scilicet dictamina faciendorum: testimonia diuinorum beneficiorum: & accusatio priorum delictorum ro. 2. Cum enim gētes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt. huius legem non habentes: ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Ecce primum testimonium reddēte ꝓscientia ipsoꝝ. Ecce ſm & iter se cogitationū accusātiū. Ecce tertiū ¶ Quinto debent pingi cruces. i. assumi penitentie asperitates: que debent inungi & il-

luminari: quia non solum ferende sunt patienter sed etiã libenter: quod p unctionẽ: & ardẽter: quod per ignẽ. Vnde Bern. Qui minaſ timore crucẽ xpi portat: q amore portat patienter: qui proficit in ſpe portat libenter: ſed qui ſlumuntur in carne amplectiẽ ſam ardẽter. ¶ Qui igitur hec omnia habet: uere templum ad honorem dei dedicatum erit: dignus plane in quo xps in uia habitet per gratiã: ut tandem in eo i patria habitare digneſ per gloriam. Quod ipſe ſtare nobis digneſ: qui uiuit & regnat de⁹ per omnia ſecula ſeculorum Amen.

¶ Explicit liber decimus.

¶ Incipiunt capitula libri undecimi.

De ſanctis duobus nepotibus xpi ſm carnẽ ꝓfeſſoribus i
De ſanctis romanis pontificibus & eorum ſucceſſione ii
De ſcõ ſyricio papa iii
De ſcõ zozimo papa iiii
De ſcõ ſimplicio papa v
De ſanctis alexandrinis epiſcopis & eorum ſucceſſione vi
De ſanctis antiochenis epiſcopis & eorum ſucceſſione vii
De ſanctis hieroſolymitanis epiſcopis & eorum ſucceſſione viii
De ſcis ceſaree paleſtine epis ix
De ſancti laodicie epis x
De ſancto modeſto ꝓfeſſore xi
De ſcõ mulano ꝑſbro & ꝓfeſſore xii
De ſcis pagato & ſociis mris xiii
De ſcõ alcippiade martyre xiiii
De ſcõ apollonio ꝓfeſſore xv
De ſcõ polycrate epõ epheſino xvi
De ſcõ heraclito ꝓfeſſore xvii
De ſcõ maximo ꝓfeſſore xviii
De ſcõ candido ꝓfeſſore xix
De ſancto apio ꝓfeſſore xx
De ſancto ſexto ꝓfeſſore xxi
De ſancto arabiano ꝓfeſſore xxii
De ſancto leonide martyre xxiii
De ſcã mãmea regina & martyre xxiiii
De ſancto firmiliano epõ xxv
De ſanctis theodoro & anthinodoro epiſcopis xxvi
De ſancto ſyro martyre xxvii
De ſancto geramane epiſcopo & martyre xxviii
De ſancta matre quadam & filiabus uirginibus & martyribus. xxix
De ſcis audacto & ſociis mris xxx
De ſanctis plurimis martyribus apud alexandriam xxxi
De ſcis quattuor epis martyrib⁹ xxxii
De ſancto paſnutio epõ xxxiii
De ſancta quadam captiua apud iberiam xxxiiii
De ſancto macario ꝓfeſſore xxxv
De ſancto piatone ꝑſbro & mre xxxvi
De ſcõ didymo alexandrino ꝓfeſſor xxxvii
De ſancto didymo abbate xxxviii
De ſancto pione abbate xxxix
De ſancto apelle ꝓfeſſore xl
De ſancto piamone preſbytero xli
De ſancto beniamin ſene xlii
De ſcõ coprete ꝑſbro & ꝓfeſſore xliii
De ſanctis ſyro paulo & iſaia ꝓfeſſ. xliiii
De ſancto effrate monacho xlv
De ſancta ſarra abbatiſſa xlvi
De ſancta ſyncletice abbatiſſa xlvii
De ſancta tabita uirgine xlviii
De ſancto phylloronio ꝑſbytero xlix
De ſancto gadano ſene l
De ſancta ſiluia uirgine. li
De ſancto ſiſinnio monacho lii
De ſancto diocle ꝓfeſſore liii
De ſancto capithone ꝓfeſſore liiii
De ſancta amata uirgine lv
De ſancto puniſico abbate lvi
De ſancto theremone abbate lvii
De ſancto artebio epõ lviii
De ſcõ haberdeõ epõ & martyre lix
De ſancto caſiodoro ꝓfeſſore lx
De ſancto geremaro abbate lxi
De ſancto rhemaclo epõ lxii
De ſancto landelmo ꝓfeſſore lxiii
De ſancto bernone abbate lxiiii
De ſcõ edgaro rege & ꝓfeſſore lxv
De ſancto deodorico epõ lxvi
De ſancta eteldrita regina lxvii
De ſcis nuldruta & nulburga uirgi. lxviii
De ſancta edburga uirgine lxix
De ſancta eggytha uirgine lxx
De ſancto hildeberto epõ lxxi
De ſancto didacho epõ lxxii
De ſancto bene abbate lxxiii
De ſancto pitrione abbate lxxiiii
De ſancto heronio ſene lxxv
De ſancto diogene monacho lxxvi
De ſcõ iulio aphricano ꝓfeſſore lxxvii
De ſancto archiloco epõ lxxviii
De ſancto agrippa ꝓfeſſore lxxix
De ſancto attico epõ lxxx
De ſancto bacchilo epõ lxxxi
De ſancto pholcate martyre lxxxii
De ſancto ſetitio epõ lxxxiii
De ſancto gennadio epõ lxxxiiii
De ſancto gulphila epõ lxxxv
De ſancto gemino epõ lxxxvi
De ſancto heraclide ꝓfeſſore lxxxvii
De ſancto lucifero epõ lxxxviii
De ſancto latrociniano martyre lxxxix
De ſcõ malchione preſbytero lxxxx

De sancto sophronio confessore lxxxxi
De scis philippo & philippo impera toribus martyribus lxxxxii
De scō theodosio magno ipatore lxxxxiii
De scō carolo magno impatore lxxxxiiii
De sancto libertino abbate lxxxxv
De sancto equitio abbate lxxxxvi
De sancto nonoso abbate xcvii
De sancto martyrio confessore xcviii
De sancto dacio epo xcix
De sancto argentario monacho c
De sancto ualentio presbytero ci
De abbate quodam sancto cii
De sancto aconcio confessore ciii
Dde sancto sanctulo presbytero ciiii
De sancto redempto episcopo cv
De sancto speciosо monacho cvi
De sancto spe abbate cvii
De sancto probo episcopo cviii
De sancta romula uirgine cix
De sancta tharsilla amita gregorii pape cx
De sancta musa uirgine cxi
De scis duob⁹ monachis mrib⁹ cxii
De sancto surano martyre cxiii
De scō iusto diaconō & martyre cxiiii
De scō theophanio confessore cxv
De sancto antonio monacho cxvi
De sancto merolo monacho cxvii
De sancto aimone cantuariense cxviii
De scō petro tarantasiense epo cxix
De sancto rhectitio epo cxx
De sancto iuuenco presbytero cxxi
De sancto apollinare epo cxxii
De sancto paciano epo cxxiii
De sancto theodoro episcopo cxxiiii
De scō prisciliano epo & mre cxxv
De sancto gelasio episcopo cxxvi
De sancto theotimo epo cxxvii
De sancto amphilaco epo cxxviii
De sancto luciano presbytero cxxix
De scis pluribus quorum sola noia & dies festiui inueniuntur cxxx

¶ Expliciunt capitula libri undecimi.

¶ Prologus libri undecimi.

VNdecimus huiꝰ uoluminis liber continet gestoꝝ & passionū scōꝝ differentias quattuor. ¶ Prio illoꝝ scōꝝ quoꝝ dies festiui nobis fuerunt penitꝰ ignoti: sed neq; eorum legende potuerunt in aliqua superiorū librorū pte cōmode collocari. Scripsim⁹ enī fauente dño gesta scōꝝ quoꝝ festa per anni circulū occurrunt. Quibꝰ etiam addidimus quedam alia scōꝝ quorūdam: qui uel ex nominis equiuocatiōe: uel ex alia circa materiam dependentia: uel ex alia rōnabili causa: potuerunt ceteris scōꝝ legendis coniungi: sicut pritem legentibꝰ catalogū patere pōt. Restabant aūt aliq legende: que nulla occasione poterant certis diebus āni locari: quas in hoc undecimo libro reseruauimus describēdas. ¶ Scdo illoꝝ scōꝝ gesta: que p oblitionem aliquā suis sīerēda locis fuerūt omissa: quod differri non plumo. Cui enī adeo prestantis memorie occurrat: cūcta que legerit uel audierit p singula cordi recondere suoꝝ recolenda tpe: facile ī promptu ad uotū habere. Neminē certe arbitror tali potiri priuilegio nisi spiritu prius fuerit affilat⁹ diuino. ¶ Tertio illoꝝ scōꝝ: quoꝝ gesta & passiones post ceptū opus: mihi de nouo appuisse ptigisset: aut in posterum mihi uel posteris apperet: quod pꝫ scōꝝ infinitatem & librorꝫ numero sitatem accidere: de facili satis esset. ¶ Quarto etiā illoꝝ scōꝝ qui p futuroꝝ tēporū successiones ab ecclesīa militante canonizandi: & in scōꝝ nūero ascribendi forēt: qd usq; ad pāris seculi finē creditmus affuturꝰ. Cū non sit abbreuiata manꝰ dñi: que & in terris homines de nouo scisitare: & in celis multiplicare pōt. Horum igit etiam gesta pūi pterēda uoluminis nō tam nobis q posteris reseruamus. Qua de re nec ipm opus nrm: certo sine peludimus: eo q scōꝝ ītas usq; ad seculi finem augenda: nec sinē habet: nec numerum. ¶ Ad festa igit que pntialiter habem⁹ exponēda ueniendū est. Et prio quidē librū ecclesiastice hīstorie transcurrētes: quedam que ex ipo circa scōs aliquos omissa fuerant recolamus.

¶ Incipit liber undecimus.

¶ De sanctis duobus nepotibus christi ſm carnem confessoribus. Ca. I.



VO nepotes dñi saluatoris ſm carneꝫ: ex linea collaterali uidelicet ex ei⁹ carnali genere nepotes: unde: qui dicebatur frater dñi: quoꝝ nomina eusebiꝰ silētio tegit: tpe domitiani ipatoris sub fa xpiana psecutione: apud iudeā florebāt. Cū aūt domitianꝰ iussisset primi oēs de genere dauid & stirpe regia descēdentes: hi duo delati sūt duplici inuidia: uidelicet q ex dauid genere: & ipius xpi ppiquitate nati eēnt. Quos reuocatꝰ qđā: q in hoc missus fuerat: pduxit ad domitianū. Nā & ipe d aduētu xpi sicut & alias herodes formidabat. Interrogati autem a cesare si essent ex familia dauid

constentur. Interrogati quantis essent facultatibus uel possessionibus prediti. Respondent: q̄ utriq; non amplius eēt in bonis nouem milibus denariis. Ex quibus singulis pars media proportione debetur: nec hec sibi in pecunia: sed in estimatione terre subsisterent: quam habebant in trigintanouem iugeribus constitutam: quamq; suis manibus excolebant ad victum consequendum: & tributum persoluendum. In cuius testimonii manus labore rigidas: & callis obduratas proferebant. Interrogati de christo: quale ē regnum eius: uel quis ipse: aut unde: uel quando uenturus. Respondent: q̄ neq; hui⁹ mundi regnum: neq; huius terre ei designetur imperium: sed celeste ei regnum per angelorum ministeria in consumatione seculi preparetur: quando scilicet uenturus in gloria de uiuis ac mortuis iudicabit. Domitianus autem cum neq; in eis quicq̄ criminis inueniret: & utilitatem eorum ac uerba maxime contemneret: abire eos libere iubet. Illi uero dimissi uel martyrii merito: uel tante propinquitatis prerogatiua: pacis tempore duces ecclesie effecti usq; ad traiani tempora permanserunt.

¶ De sanctis romanis pontificibus & eorum successione. II

ROmani pontifices & eorum successiones: ideo hic ponuntur: ut que ecclesiastice historie libro restabant: hic recolligantur: & ipsius ordo libri per singula summarie transcurratur: quatenus ad quosdam sanctos episcopos romanos pontifices: qui in catalogo sanctorum conserti sunt: & hactenus omissi fuerunt: perueniatur. Liber itaq; historie ecclesiastice romanos pontifices enumerat a beato petro apostolo usq; ad syricium papam: qui successit damaso per successiones sanctorum episcoporum numero. 41. Sub quo syricio liber prefatus finem facit. Omēs autem pape: qui in dicto libro describunt sanctificati habeōf: aut i ordine martyrum aut confessorum: excepto liberio qui hereſis arriane labe maculatus sanctorum pōtificum cetum fedauit: sicut alter iudas apostolorum collegium: & nicolaus sacrum numerum leuitarum. ¶ Primus igit in sede romana beatus petrus apostolus pōtificatum tenuit: & primo quidem sedit antiochie annis septē: deinde cathedram episcopalem in urbe roma tenuit ānis uigintiqnq; mensibus quinq; & diebus tredecim: de quo supra actum est in festo cathedre sancti petri. 8. calē. martii: & in festo passionis ipsius 3. calē. iulii. ¶ Secundus episcopus fuit lin⁹ de quo supra dictum est in eius passione. 9. calen. octobris. ¶ Tertius fuit cletⁿ⁹: de quo supra in eius passione sexto calēdas martii. ¶ Quartⁿ⁹ fuit clemens: de quo supra in eⁱ⁹ passione nono calen. decembris. ¶ Quintus fuit anacletus: de quo supra tertio idus iulii ¶ Sextus fuit euaristus: de quo supra septimo calēdas nouembris. ¶ Septimus fuit alexander: de quo supra quinto non maii. ¶ Octauus sixtus primus: de quo supra octauo idⁿ⁹ aprilis. ¶ Nonus telesporus: de quo supra non. ianuarii. ¶ Decimus iginus: de quo supra q̄rto idus ianuarii. ¶ Vndecimus fuit pius: de quo supra quto idⁿ⁹ iulii. ¶ Duodecimus anicetus: de quo supra. 15. calē. maii. ¶ Tertiusdecimus sother: de quo supra decimo calendas maii. ¶ Quartusdecimus eleutherius: de quo supra septimo calēdas iunii ¶ Quintusdecimus victor: de quo supra quto calen. augusti. ¶ Sextusdecimus zepherinus: de quo supra septimo calen. septembr. ¶ Decimusseptimus callistus: de quo supra pridie idus octobris. ¶ Decimusoctauus urbanus: de quo supra octauo calendas iunii. ¶ Decimusnonus pontianus: de quo supra tredecimo calendas decembris. ¶ Vigesimⁿ⁹ antherius fuit: de quo supra actum est non ianuarii. ¶ Vigesimusprimus fabianus: de quo supra. 15. calend. februarii. ¶ Vigesimⁿ⁹ secundus fuit cornelius: de quo supra decimooctauo calend. octobris. ¶ Vigesimusterti⁹ lucius: de quo supra quarto non. martii. ¶ Vigesimusquartus stephanus: de quo supra quarto non augusti. Vigesimusquintus sixtus secund⁹: de quo supra octauo idⁿ⁹ augusti. ¶ Vigesimussextus dionysius: de quo supra. 7. calē. ianuarii. ¶ Vigesimusseptimⁿ⁹ felix primus: de quo supra tertio calē. iunii ¶ Vigesimusoctauus fuit marcus primⁿ⁹: de quo supra nonis octobris. Et hic sol⁹ de numero tantorum pontificum: uidelicet tam supra positorum q̄ infra ponendorum usq; ad siluestrum papam martyriū euasit. ¶ Vigesimusnonⁿ⁹ eutychianⁿ⁹: ā quo supra sexto idⁿ⁹ decembris. ¶ Trigesimus caius: de quo supra decimo calen. maii. ¶ Trigesimusprimus marcellinⁿ⁹: de quo supra. 6. calē. maii. ¶ Trigesimussecūdⁿ⁹ marcellⁿ⁹: de quo supra 17. calen. februarii. ¶ Trigesimusterti⁹ euseb⁹: de quo supra. 6. calē. octobris. ¶ Trigesimusquartⁿ⁹ melchiades: de quo supra q̄rto idⁿ⁹ decembr. Omnes prefati pontifices excepto marco per martyrium assumpti fuerūt. ¶ Trigesimusquintⁿ⁹ fuit siluester primⁿ⁹ iter epos pfessores: de quo supra actū est pridie calē. ianuarii. ¶ Trigesimussextⁿ⁹ fuit marcⁿ⁹ ā quo supra non. octob. ¶ Trigesimusseptimⁿ⁹ iuliⁿ⁹: de quo supra idibⁿ⁹ aprīl. ¶ Trigesimusoctauⁿ⁹ fuit liberiⁿ⁹ heretic⁹ tpe pstāti impatoris: q̄ prio qdē dū nollet arriane hereſi ꝓsentire ab eodem augusto in exiliuꝫ

missus ē: ubi stetit per annos. 5. Sed demum consentiēs hereti predicte: ab eodē pstantio reuocatur: & in epm cōfirmat: & felix qui in eius locum a clero & populo romano pstitutus fuerat papa martyrio coronatur. ¶ Sicq; xxxviiii°. eps fuit felix scds mē de quo actū est. 4. cal. augusti. ¶ Quadragesim⁹ fuit damasus papa & pfessor: de quo supra actū. 6. id⁹ decembris. ¶ Quadragesimus prim⁹ syricius sub quo liber ecclesiastice historie finem facit. Et hunc omissum immediate infra supponemus.

¶ De scō syricio papa. III.

SYricius papa natione roman⁹ ex patre tyburtio damaso pape in epiſcopatu romano successit: & sedit ānos. xv. mēses. xi. dies. xxv. Hic pstituit ut mōachi fierēt clerici utilitatis cā uel summe necessitatis. Et ut nullus presbyter missas celebraret nisi in sacratis ab epo locis. Hic manicheos furbe inuenit quos exilio dānauit. Et pstituit ut non pticiparent cū fidelib⁹ cōione. Sed precepit ut siquis ex eadē secta rediret ad ecclesiā cōuersus: nullatenus cōcrederet: nisi tantū religioni monasterii oīb⁹ diebus uite sue obnoxius teneretur ieiuniis & oratiōib⁹ maceratus: & probat⁹ sub oi examie usq; ad ultimū diē transitus sui: & sic uiaticū recipiat. Hic quoq; synodū celebrauit apud pstantinopolim. 350. epoꝝ. Et postq; sedē apostolicā feliciter gubernasset: dormiuit cū patrib⁹ suis. Et sepultus ē ad scūm petrū plenus scitate. Et cessauit epatus dies. xx.

¶ De scō zozimo papa. IIII.

ZOzimus papa natiōe grec⁹ ex patre abramio innocētio pape prio in pontificatu romano successit. Sedit q; ānos. 2. mēses. 8. dies. 25. Hic multa scitate polluit: & pauper largus beneficus extitit. Hic pstituit ut seruus nullomodo clericus fieret. Et in sabato scō cereū i oib⁹ titulis urbis bñdici pcepit. Et oēs clericos uinū in publico uendere prohibuit. Et hic plen⁹ scitate in pace quiit. Et sepult⁹ est in uia tyburtina iuxta cor p⁹ bti laurētii mrīs. Et cessauit epat⁹ dies. xi.

¶ De scō simplicio papa. V.

SImplicius papa natiōe tyburtin⁹ ex patre castino hilario pontifici epatu romano successit: & sedit annos. xv. mēses. 1. dies. vii. Hic uir beatissim⁹ dedicauit ecclesiā sci stephani iuxta basilicā sci laurētii: & basilicam scē sabine mrīs: ubi corp⁹ eius requiescit: cū. 4262. scōꝝ corporib⁹. Hic. 28. pbyteros p titulos i urbe roma pstituit: pp penitentes & baptisma. Et ut. 7. epi p hebdomadas ad ecclesias patriarchales siue ad earum regiones manerēt. Et fecit. v. regiones pbyteris urbis diuidēdas. Prima regionē ad scūm ioānē lateranēsem. Scdam ad scūm petrū. Tertia ad scūm paulū. Quarta ad sactū laurentiū extra muros. Quintam ad scām mariam maiorē. Cōstituit quoq; ut null⁹ clericus inuestitura a laico recipet. ¶ Sub hui⁹ epatu uenit relatio de grecia p epīam ab acacio cō stantinopolitano epo: simul q; & atimotheo catholico: & affirmauit petrus alexādrie urbis epm eē eutychianū hereticū: plurima de eo crimina affirmās. Quo audito simplicius dānauit petrū ita tū ut pnie seruaret tps. Et post hec scūs epūs quieuit i dño: & sepultus est iuxta corp⁹ bti petri apostoli i uaticano. Et cessauit epatus dies septē.

¶ De scis alexandrinis episcopis & eorum successione. VI

ALexandrini epi quoq; successiōes in ecclesiastice historie libro decripsuerāt: & qui i scōꝝ catalogo nūmerant: fierūt nūero. 23. ui delicet a bto marco euangelista usq; ad theophilū: uidelicet a pria ipi⁹ ecclesie fundatiōe: usq; ad tēpora archadii & honorii augustoꝝ. ¶ Quoꝝ pontificū: primus ipi⁹ ecclesie fundator fuit beat⁹ marc⁹ apīs & euāgelista: de quo i ꝑo libro ecclesiastice historie habet: & de quo supra in ei⁹ passione dictū ē. 7. cal. maii. ¶ Scds fuit scūs anianus prefati marci discipul⁹: de quo supra dictum ē. 4. nōn octobris: qui tenuit ip⁹ sedē p ānos. 22. ¶ Tert⁹ fuit abilis⁹ de quo supra dictū ē. 8. cal. martii: qui sedit i ipsa sede annis. 13. ¶ Quartus successit cerdo de quo habetur. 4. libro ecclesiastice historie cap. i. & hic ibidem sedit annos. 17. ¶ Quint⁹ fuit primus de quo eodē libro cap. 4. & hic sedit in ipsa sede ānos. xii. ¶ Sext⁹ fuit iust⁹: de quo eodē libro ca. 5. & hic annos. xi. sedit. ¶ Septimus successit eumenides: de quo prefato libro cap. xi. qui & sedit ibidem annos. xiii. ¶ Octauus fuit marcus de quo eodē libro & capitulo: qui & sedit annos. x. ¶ Non⁹ fuit celadion: de quo eodem libro capitulo. 19 qui & sedit annos. xiiii. ¶ Decim⁹ fuit agrippinus de quo ecclesiastice historie libro. v. capitulo nono & hic sedit annos. xii. ¶ Undecimus successit iulianus: de quo eodem libro capitulo. xxii. qui sedit per annos decē. ¶ Duodecimus fuit demetrius de quo libro vi. cap. xix. qui & sedit annos. 43. ¶ Tredecimus fuit heraclas: de quo habetur eodem libro capitulo. xxii. q; fuit unus ex discipulis origenis probatissimus: cui & precep⁹ eius ex alexandria profugus: ueniens cesaream auditorium suum reliquerat. Et cum hic apud cesaream moraretur: innumeri ad eum non solum regionis ipsius

uiri:sed ex puinctis pcul positis ꝯcurrebāt: & relicta patria:ac pentib⁹ sequebāt eū tāq; deū docētē. Et hic in ipsa ecclesia pfuit ānos sex. ¶Decimusquart⁹ huic succesit dionysius:de quo lib.6.ecclesiastice historie multa ꝑcibunt:& de hoc supra actū est in gestis ei⁹.15.calē.decēbr. Hicq; sedit ānos.17. ¶In sequētibus uero ecclesiastice historie libris adduc̄:& alii.8.pontifices alexandrini. ¶Ex his aut̄ quintusdecimus in ordine fuit maxim⁹:qui sedit ānos.13.de quo supra 6.calē.iunii. ¶Sextusdecim⁹theonas:qui sedit annos.19.de quo supra.10.calē.septēbr. ¶Decimusseptim⁹ petrus : de quo supra in eius passione actū est.6.calē.decembris : q sedit annos.xii. ¶Decimusoctau⁹ achillas: de quo supra in ei⁹ legenda.7.id⁹ nouēbris: q sedit annos.9. ¶Decimusnon⁹ alexāder: de quo similiter supra i gestis eiusdē.4.cal. martii:qui sedit ānos.7. ¶Vigesimus athanasius doctor insignis:qui sedit ānos.46.de quo supra actū ē in gestis eius.6.non⁹.maii ¶Vigesimusprim⁹ petr⁹ ꝑs: q licet martyr nō fuerit:de sede tñ eiect⁹ est ad tēp⁹ p quen dā lucifi hereticū:qui alexandrinā ecclesiā inuasit. ¶Vigesimusseciund⁹ huic succesit timothe⁹:sub quo liber ꝓfatus ecclesiastice historie ꝯcludit̄.Oēs aut̄ ꝓnomiati gloriosi pontifices in scō⁹ numero collocant̄.

¶De sanctis antiochenis epis & eorum successione. VII

rum mandato sub anathematis pena superã
tus acquieuit. De quo supra in eius gestis di
ctum est. 15. calendas decembris. Sanctus au
tẽ berno post dies modicos in pace requeuit.

¶ De sancto edgaro rege & pfessore. LXV

Dgarus rex anglorum insignis
frater ediui: cepit regnare anno
othonis imperatoris uigesimose
cundo: dum adhuc esset iuuenc
lus annoꝝ sedecim: quo nascen
te dunstanus archiepiscopus cantuariensis
audiuit uocem de celo anglice dicẽtem. Pax
anglie quãdiu puer iste regnabit: & dunsta
nus noster uixerit. Regnauit autem ãnis. 16.
& quoliber anno nouum monasterium fun
dauit: totamq; insulam in sũma pace & iusti
tia gubernauit. Nã regem scotoꝝ cinandum
cambioꝝ malcolinũ: archipyratã malcosiũ
omnesq; reges ualensiũ numero. 5. ad curiã
coactos perpetuo sacramẽto sibi obligauit.
Quos apud legionũ sibi occurrentes: & põ
pam triũphi per fluuium deduxit una naui
impositos: quã illi remigabãt: & ipse in pra
sedebat. Compatriotas suos a nimia potati
one timore & industria refrenauit. Et adeo
seuerus fuit: ꝙ ibi nullus fuit priuatus la-

tro nullus populari predo: nisi qui uellet amittere uita: quinetiã omnis generis feras sanguinis auidas ex regno extermiauit. Gui dualo regi gualdensiũ indixit: ut sibi omni ãno tributũ. 500. lupos solueret. Quod dũ ille plurib⁹ annis fecisset: nullũ se amplius ĩ uenire pfessus ẽ. Omni estate p⁹ pascha naues p omnia littora aduãri precipiebat: & ascẽdens ipemet: mare circuibat: ut pyratas arceret: hyeme uero p prouincias equitabat: ut predones deleret: iudicia potẽtio⁹ exquirens ne ius uiolarẽt. ¶ Quodã tẽpore uenatum prexerat: dunstanũ qui secũ erat rogãs missam differre. qa dies dñicus erat. Appropinquãte hora tertia eps sacris idutus super altare regẽ expectabat: subitoq; sopore leui depressus: raptus ĩ celum audiuit cãtus angelo⁹ cantãtes kirieleison. 9. uicib⁹. Excitatus post modicũ adhuc expectãs rapitur: & audiuit alta uoce dici. Ite missa ẽ & rñderi: deo gras. Tunc accurẽtes eius clerici regem adesse dixerunt: quib⁹ rñdit q missam audiuerat: nec esse opus q ea die ampli⁹ celebraret. Interrogatus a rege cur hec diceret: & q̃ re celebrare nollet uisi oné apit. Et hoc sumpta occasione regi prohibẽs: ne die dñico ulteriꝰ uenatum pergeret. Quã correptionẽ scũs rex benigne suscepit & de cetero obseruauit. Qui gubernato regno post annos. xvi anno etatis sue. 33. i pace quieuit: & miraculis post obitum claruit.

¶ De scõ deodorico episcopo. LXVI

Deodoricus metensis epus imperatori othoni primo sanguine & dilectione quinctus fuit. Qui dũ i italica expeditione militaret: & scũs eps cũ eo p triẽnium i ipsis pribus extitisset: ipse uti deuotissim⁹ ex diuersis locis & ciuitatib⁹ plurima corpora & reliquias scõz collegit: que ipe secũ i partib⁹ suis asportauit. Primũ a marsia corp⁹ elpidii pfessoris subtulit. Cuius socii cadauer: uide licet eutychii ias ipe imperator subtulerat. Ab aimiernis eutychen mẽm cum reliquiis maronis & victorini socioz illi⁹. A fulginio feliciani epm & martyrem: a pusio asclepiodorũ mẽm: a spoleto serenũ mẽq; cum gregorio mẽ spoletanã. a cordinio pignora uincentii mẽis olim ab hispaniis p duos monachos capuã: & inde cordiniũ delata. A menania altego uincẽtiũ epm & mẽm: a uincentia leontium episcopum & martyrẽ: a florẽtia minyatẽ mẽq; ab urbe tudertina sortunatũ epm. A sabinis partes corporuz proti & hiacynthi mẽz: & alia plurima que i ecclesia sancti uincẽtii mẽis a se i saltuallis pstructa locauit: cum pte catene sci petri apostoli: & capillis ei⁹: & sanguine sci stephani protomartyris: & pte craticule sci laurẽtii: a ioãne papa sibi donatis. Hec omnia prefatus sanctus eps in dicta ecclesia deuote repositit: ubi p⁹ modũ ecclesia sua feliciter gubernata i xpo quiescens tumulatus iacet: & miraculis uiuit. Hec sigibertus.

¶ De scã etelditra regina & uirgie. LXVII

Etelditra regina & uirgo i anglia claruit: ut ait beda. Que duobus nupta uiris uirgo pmãsit: uiros ad castitatis obẽuantiam suis exhortationibus inducẽs: & semet ipam illibatam custodiẽs. Huius pater fuit anna rex orientalium anglo⁹ qui habuit alias duas filias: etelburgã & sexburgã. Quarum prima in monasterio gallie: quod dicit brigis: scimonialis primũ: p⁹ abbatissa fuit: & semper incorrupta permansit. Altera heu recoberto regi cũmariog; uxor data est. Ex quo genuit duas filias ex cotongam: de qua beda multa scripsit: & hermenildã: que nupsit regi mercio⁹ data est in coniugẽ. Exquo habuit filiã uemburgã uirginẽ. Mater apud beluium post sexburgaz abbatissa fuit: filia uero apud legionũ ciuitatem quieuit. Que maxime orationes seminaz & puerorũ exaudire creditur.

¶ De sanctis uulduta & nulburga uirginibus. LXVIII.

Vlduta & nulburga uirgines sorores carnales i anglia claruerũt. De quib⁹ beda scribit: q̃ fuerunt filie mẽguardi ffris guelferii regis: ex uxore memburga filia hermerendi fratris hercoberti: quarum prima in cenobio sancti augustini cantuarie: ibi cunda apud uẽneloch ambe signis radiantes quieuerunt.

¶ De scã edburga uirgine. LXIX

Dburga filia eduardi regis senioris in anglia claruit. Hec ex uxore regis edelspita progenita uirgo sactissima fuit. Que adhuc trima sic a patre probatur. Posuerat ille in triclinio diuersa ornamenta mulierum naturaliter allectiua: & seorsum crucẽ & euangelium: iussaq; ut qd uellet horum eligeret toruo aspectu secularia despiciens: manibus iunctis crucem & euangelium adorauit: ipsaq; postmodum in manib⁹ sumpsit & osculata est. Quod pater considerans & uirginis puellule auspicium notans: eam adhuc infantem in monasterio uirginum in urbe uinconia dedicauit: ubi ipsa procedente etate laudabiliter uixit: & humilitatem ui miam in omnibus exhibuit. Nã faccos puellarum sociarum furtim nocte furripiens: & diligenter lauans lectis earum rursus apponebat. in ipso q; cenobio in pace dormiuit: & signis effulgens ibidẽ corpore quiscit.

¶ De ſancta eggytha uirgine. LXX

Ggytha filia regis edgari anglo rum uirgo ſcā in uilrimeſſ ceno bio iacet: & miracula oſtdit. Dū ſanct⁹ dūſtan⁹ plecraret eccleſiā dionyſii: quā edificauerat: rex ui dit hanc puellā pollice dextro frequenter ſi gnū crucis fronti iprimere: & ait: Nunq̄ pu trefcat ille digit⁹: & ptinuo flens floridā illā roſam ciro marcentē futurā ꝓdixit: auemq; deo dilectā euoluturā. Quod poſt modicū ptigit: puella de ſeculo iſto ſubtracta. De q̄ ſanct⁹ dunſtan⁹ p uiſionē uidit: q; ſanct⁹ dio nyſius illā p manū tenebat: & dūſtanū amo nebat: ut ipſa uirgo a famulis xpi ſic hono raref in terris: ſicut a ſponſo honorabaſ in celis. Hec in preſſione ſcimonialis aureis ue ſtibus utebaſ. Cuius corp⁹ uirgineū i terra ſepultum: dū poſt aliquot mēſes alius leua retur: totum in cinere ſolutum inuentum ē: ꝓter dext⁹ pollicem: de quo dunſtanus ꝓdi xerat: q; nunq̄ marceret: & aluum at q; aluo ſubiecta: que integra repta ſunt. De quo dū omnes admirarent: uirgo ſancta cuidā dor mienti apparens dixit: nō eſſe mirandū: ſi ut ter ille nō putruerat: quē ulla libido non te tigerat. Quieſcit in preſata eccleſia ſci dio nyſii: ubi miraculis fulget.

¶ De ſancto hildeberto epō. LXXI

Ildebertus cenomanēſis epſ: po ſtea turonēſis archiepſ fuit. Hic berengarii turonēſis diſcipulus Verſificator & dictator egregi⁹ libq; elegantē de ꝓpria hui⁹ uī te partim metrice: ptim ꝓſaice dictatū cōpo ſuit: qui etiā ut ipſe de ſe i quadā ſua epiſto la refert: multas tribulationes & uincula p xpō ppeſſus ē ab emulis: uidelicet rotrocli comitis cenomanēſis: q illū de comitatu eie cerat: & comitatū ei⁹ uſurpauerat. Qui ſcās epſ a ꝑdictis hoſtib⁹ detētus ē iniuſte: eo q; comitē exiſtentē in carcere uiſitaſſet: & teſta mentū ipſi⁹ ſua manu ſcriptū matri detuliſ ſet. In ipſa ergo cuſtodia multas paſſus affli ctiōes: epiſtolas plures ſcripſit. Tādem eie ct⁹ de carcere turoni archiepſ ordinat⁹: uir tutib⁹ & ſcitate refulſit: & apud eādē citatē i pace dormiuit: ibiq; facēs i miraculis uiuit.

¶ De ſancto didacho epō. LXXII

Idachus epſ exomēſis magiſter ſuit ſancti dominici ordinis ꝑdi cator: fundatoris: cui⁹ & ille fa it canonicus regularis: & exinde ſupprior canonice ipſi⁹. Hic cū i2. abbatibus ordis ciſtertienſis & cluniacē ſis: & cū quodam apoſtolice ſedis legato ad terrā albigēſem miſſus eſt ad ꝑdicādū ꝑtra hereticos albigenſes: qui tale ꝓſiliū collegis in officio ꝑbuit: ut qa xpm paupem ibāt ꝓ dicare: eiuſdē ſe uite oſtenderent ōpib⁹ ꝓfor mare: ut ex hoc alias facili⁹ lucraref ad xpm Et hic ꝓſilio didachi: equitaturas & pōpoſa ſupellectilē dimittētes: in habitu humilitatis & geſtu pauptatis incedentes officiū ꝑdicatio nis ꝓſecuti ſunt: in quo officio ꝑdict⁹ pater cū ſancto dominico eius canonice ſupprior ſibi aſſiſtēte laudabiliter ſe geſſit: & multos ad xpm ꝙuertit. Poſt bienniū autē ad eccle ſiā ſuā redire diſponens: loco ſui beatū do micum uicarium dereliquit. Dūq; poſt mul tos labores exomam peruenifſet: pedes trā ſiens per caſtellam: ad extremum uite fue perductus eſt. Qui poſt obitum miraculis claruit.

¶ De ſancto bene abbate. LXXIII

Ene abbas fuit in deſerto thebai dis: de quo hieronymus dicit: q nunq̄ uiſus eſt iurare: neq; men tiri: neq; iraſci: neq; ocioſum uer bum ꝓferre: ſed uita eius erat in ſummo ſilentio: mores tranquilli: ut per oia q̄ſi āgelici ordis uideref. Humilitas quoq; imm̄ſa: p nihilo in oib⁹ ſemetipm ducens. Hic dū beſtia quedā noie hippotaur⁹ regio nē ſibi ꝓximā uaſtaret: rogatus ab agricolis uenit ad locū: & beſtie i noie ieſu ꝓcepit: ne amplius terrā illā uaſtaret. Beſtia; ſtatim recedens nuſq; ꝓparuit. Simili modo croco dilum ab eo alio tempore ſugatum perhibe bant. Hec in uitis patrum.

¶ De ſancto pitrione abbate. LXXIIII

Itrion abbas fuit in thebaide in monte quodā ꝓpto fluuio im mīente: in quo erant p ipſa ꝓci pitia ſpelunce difficiles acceſſu: in his monachoꝝ plurimi ꝓma nebāt: quoꝝ pater erat pitrion. Hic diſcipu lus ſancti antonii fuit: & poſt eius obitū cū amone habitauit: & poſt hui⁹ abſceſſum in ꝑdicto ſe monte ꝓſtituit. Qui gra ſanitatum & fugandoꝝ ſpirituū miro modo clarebat: & immundoꝝ demonū notitiā maximā ha bebat. Dicebat aūt neminem poſſe demones eiicere: niſi prius a ſeipſo uitia eiecifſet. Et quicūq; ſupaſſet uitia ꝓpria: poſſet de facili demones ſuperare. Hic ſecundo in ſeptima na reſiciebatur pulmentula ex farre ſumens nec aliam iam poterat eſcam recipere: neq; etate: neq; manuetudine permittente. Hec ubi ſupra.

¶ De ſancto heronio ſene. LXXV

Eronius ſenex annorum. 110. di ſcipulus fuit beati antonii. Qui i deſerto nitrie in eremo habitauit poſt mortē magiſtri ſumme hu militatis gratia refertus. Et in ea dem ſolitudine plenus ſanctitate quieuit. Hec in uitis patrum.

¶ De scō diogene monacho. LXXVI.

Diogenes anachorita aliꝰ beati antonii discipulus fuit. Hic erat uirtutibꝰ prudētie i eodē nitrie defer to degēs. Cuius ꝓmo & narratio oēs ad se uenientes edificabat po issime cū de magrī sui uirtutibꝰ loqueret. Et hic etiā i eadē eremo dormiuit i pace. hec ubi supra.

¶ De scō iulio aphricano. LXXVII.

Iulius aphricanus inter historiographos precipuus ut scribit eusebius. Alexādri & maximini ac gordiani impatoꝝ fuit temporibꝰ: qui scitate & sapiētia insignis fuit: scripsit eni ad aristidē de euāgelioꝝ: q̄ uidet dissonātia & de genealogiis que a matheo & luca diuerse referunt ꝓpter librū. In quo ceteroꝝ opiniones a ueritate discordes coarguit: & uerissimā utriusq; ꝓsonātia esse demonstrat. Chronicoꝝ de tēporibꝰ edidit libros: i quinq; uoluminibꝰ diligenter admodū & studiose ꝓpositis. Ad origenē scripsit epl̄am de eo q̄d i daniele legit de susanna q̄si in hebreis nō hēatur codicibꝰ: ad quā origenes elegātissime rndens ait: nequaq̄ iudeoꝝ adherēdū fraudibꝰ sed solūmō septuaginta iterpretes scribūt pro ueritate tenēdū. Hic sub antonino augusto dormiuit in dño. Hec hieronymꝰ de uiris illustribꝰ.

¶ De scō archiloco episcopo. LXXVIII.

Archilocus siue archelaus mesopotamie epūs tēpore ꝑbi ipatoris floruit. Qui uita fuit clarꝰ & doctrina ꝓpicuaꝰ. Librū eni disputat oriū aduersus manicheū scripsitin quo disputationē ad sensus cū quoda ex hereti illa secū habitā syro ſmōe explicauit. Qui in grecū trāslatꝰ a multis habetur. Hic quoq; i ecclesia sua ꝓditus i pace requiescit: hec ubi supra.

¶ De scō agrippa ꝓfessore. LXXIX.

Agrippa cognomēto castoriꝰ cōfessor scūs floruit alexādrie tempore hadriani ipatoris. Qui uir doctus & sapiētia insignis aduersus. 424. basilidis heretici uolumina que i euāgeliis ꝓfecerat: & fidei nr̄e ueritati repugnabāt: fortissime & elegāti ſmone destruxit. Hic apud alexādriā nō minoris uite scitate q̄ doctrīe ueritate radiās die clausit extremū tēporibꝰ hadriani ipatoris: hec hieronymus libro de illustribꝰ.

¶ De scō attico epō. LXXX.

Atticus cōstantinopolitanꝰ epūs tēpore archadii ipatoris apd ipāz urbē regiā clarus uerbis & operibus fuit. Qui ad eiusdē principis filias de fide & uitginitate egregiū scripsit uolumē. In quo nestoriana dogmata repugnauit. Et apud eandē ciuitatē i xpo quiescit: hec gēnadius.

¶ De scō bacchilo episcopo. LXXXI.

Bacchilus corinthioꝝ epūs: de quo eusebius ecclesiastice historie libro. v. cap. 22. mētionē facit apd ipam corinthioꝝ ciuitatē claruit tpe seueri ipatoris. Qui uir scientissimus & sapiētia ꝓfulgens ꝑsigniter inter cetera doctrīe sue opa: librū elegātē de pascha ex ꝓlonis oīum epoꝝ: qui i achaia erāt: ꝓposuit: & apud ipm oppidū tumulatus in dño quieuit. Hec hieronymus.

¶ De scō pholcate episcopo. LXXXII.

Pholcas epūs & mr̄ apd egyptum passus ē sub ꝓsecutiōe maxiani i peratoris. Hic egyptius natione de ciuitate tāpsis: uir genere nobilis & opū nō modicaꝝ: eiusdē ciuitatis eparū humiliter suscepit. Qui sapiētia illustris uolumē elegantissimū de martyrū laude ꝓposuit: de semeripo i eoꝝ numero futuro diuinitꝰ uaticinās. Nam cū ebullīēte maximiani persecutione ab idolis capitibꝰ tentus idolis imolare renuisset: pro xpi ꝓfessione caput trūcatus & apud eandē urbē a xpianis conditus est.

¶ De scō feritio episcopo. LXXXIII.

Feritiꝰ eduēlis epūs apud ipam floruit ciuitatē. Hic uita puritissima & doctrina fulgida: fame i gallia celebris i canticis canticoꝝ ꝑmē tarios edidit insignes: aduersus quoꝝ nouatianum grāde ꝓsilatit uolumē: cōstantiniq; magni tēporibus in ipa ciuitate satis terminum ponēs tumulatus iacet. Hec ubi supra.

¶ De scō gennadio episcopo. LXXXIIII.

Gennadius epūs apud cōstantinopoli floruit: & ipi ciuitatis regie pastor extitit. Qui uir scitate ꝓpicuus atq; sapiētia & doctrina uenerabilis fuit. Acris eni erat ingenii & lingua distus. Hic danielē ꝓphetā ex integro ad uerbū exposuit. Homelias etiam plurimas edidit: leonis ipatoris prioris tempore uite mortali cedēs: eterna adeptus ē: & corpore tumulatꝰ in ipa urbe quiescit. Hec gennadius ubi supra.

¶ De scō gulphila episcopo. LXXXV.

Vlphilas natiōe gothus gothoꝝ primus epūs episcopꝰ fuit. Qui tempore ualentiniani primi & ualentis augustorum uite sanctitate & sapiētia clarēs: a papa damaso ad ipas gētes delegatus: maximam eorum ptem ꝙuertit ad christū: miraculoꝝ

quoq; gloria claruit. Nam & cecos plures il luminauit: & demones ab obsessis nō nullis effugauit. Egros quoq; a diuersis infirmita tib⁹ curauit. Hic ad gentis sue instructionē gothicas litteras repperit. Cum ante eū rustico more sine litteris: que nouerant memorie cōmendabant. Deinde testamentū uetus ac nouum in linguam transtulit, ppriam. Et senio longo plectus in pace quieuit. Sepult⁹ apud gentē suā: ubi miraculis poller.

¶ De sancto gemino epō. LXXXVI

Emin⁹ eps nisibensis floruit tpe alexandri impatoris. Hic primū antiochene ecclesie pbr̄ mox nisibene urbis sue pontifex effect⁹ uita & doctrina egregius: qa modico tpe io corpe uixit: iōq; pauca igenii sui monimenta dereliquit. Apud nisibense opidū iacens uirtutibus effulget. Eodem tempore heraclas hui⁹ in scholis pfectus: alexādrine ecclesie ordinatus est pful. Hec hieronymus libro de uiris illustrib⁹.

¶ De sancto heraclide pfessore. LXXXVII

Eraclides pfessor claruit in egypto tēpore ualentiniani augusti: qui alexandria ortus: duq; cultu; ram eremi desideraret: isidorum abbatē apud alexandriā degentem petiit: eiq; optatum suū exposuit. Isidorus uero illum ad abbatē dorotheum in the baidis deserto habitantē: & ptemplationi uacantem adduxit. Sub cuius disciplina & eruditione heraclides annos plures exegit. Die quadā missus ab abbate ad puteum: ut aqua cacubum impleret: dū ille aquam hauriret: hausit simul cū aqua serpentē. Et expauens ad abbatē accessit: eiq; factus narrauit. Qui eidem respondit: q; si quādocunq; diabolus serpentis formam sibi dilectā assumens lympham intraret: monachi potum recusarent: forsitan uel nonnq aquam biberent: sicq; sitti perirent. Et uadens ad cacubum signuq; crucis edidit: & continuo colubr̄ occidit: ipseq; prior de hausta aqua bibit: & deinde discipulus secut⁹ potauit. Et extunc heraclides: dum serpētē uidebat: exemplo magistri crucis signum faciebat: & serpens protinus interibat. ¶ Verum defuncto dorotheo abbate heraclides solus eius antrum hereditario iure possedit: ibiq; multo tēpore perseuerauit. Hic cellas & tuguria monachoq; & anachoritarum omniū per omnes regiones deserti multo tēpore circuiens: uidelicet desertum scythi: thebaidis: & nitrie inferioris ac superioris. Vitas & gesta sanctoq; patq; singulorum exquirens: & mēte recondens. Librum postmodū de uita anachoritica ppilauit: in quo que uiderat: & audierat acta descripsit quē & paradisum intitulauit. Et hic sāctitate ꝓfumatus in thebaide in pace dormiuit.

¶ De sancto lucifero epō. LXXXVIII

Vcifer calaritanus epūs apud eandem ciuitatē: que in insula sardinie sita est: claruit tempore constantii impatoris. Hic cum arriana heresis pullularet: ipseq; a liberio papa heretico requisitus: cum nollet niceni cōcilii damnare fidem: a pstantio pfato impatore arriano apud palestinā in exilium dudū actus est. Vbi ptra fidem eiusdē imperatoris librū elegantē pbauit: quē ad eundem misit. Vnde & pstantius indignatus acrius eidem mortē cōminatus est. Sed paulo post pstantio defuncto: uir sanct⁹ sub iuliano reuersus calaris reliquū uite cū pace transiegit. Et sub ualentiniano imperatore sancti munus impleuit. Hec hieronymus libro de uiris illustribus.

¶ De sancto Iatrocinianō marty. LXXXIX

Atrocinianus martyr apud galliam passus est. Hic natiōe hispanus: uir per omia eruditus: & in metricis ut ferē uersibus cōparādus opuscula diuersis metris edita fidem nostrā redolentia scripsisse traditur: que usq; ad hieronymi tēpora extare adhuc dicebant. Deniq; sub quodā maximiano tyrānō: qui imperante primo theodosio gallias occupauerat: factione quorundā ꝑueritate & defensione catholice fidei apud treuerim ceius est cum prisciliano bapille epō & amborum corpora apud ecclesiā treuerensis ciuitatis condita sunt. Hec hieronymus ubi supra.

¶ De sancto malchione pbr̄o. XC

Malchion antiochene ecclesie presbyter disertissimus floruit apud ipsam ciuitatem temporib⁹ claudii & aureliani imperatorū. Hic uita sanctus & sermone luculentus in eadem urbe rethoricam florentissime docuit. Qui aduersus paulū samosatenū ꝑsate ciuitatis epm prauū ebionii dogma restaurantē fortissime disputauit. Cuius disputatiōis scribis excipiētib⁹ dialog⁹ extat. Sed & alia opuscula ex psona synodi ab eo sunt edita ad dionysiū & maximū romane & alexandrine urbis epos directa. Hic apud eādē antiochiā scitate & doctrina pclar⁹ btō fine geuit: ibidē tumulatus. Hec ubi supra.

¶ De sancto sophronio pfessore. XCI

Sophronius pfessor natione grecus claruit tempore leonis secūd⁹ imperatoris. Hic uir p omnia eruditissim⁹ grece & latine ligue perit⁹ adhuc puer bethleemitice ciuitatis laudes descripsit. Et postea de eius subuersione librū composuit. Ipse librus de

uirginitate ad eustochiū & hillarionis monachi uitā que btūs hieronym⁹ romana lingua ꝓpauerat: opuscula: ex latino uertit in greca. Psalteriū quoq; & ꝓphetas que hieronymus ex hebreo i latinum trāstulerat: hic idē ꝑtit i grecū. Et postmodū ad eremū trāsijt & uitā anachoriticā ducens ꝓmptationi fugiter uacās geuit in dño.

¶ De sanctis philippo & philippo imperatoribus martyribus. XCII.

PHilippus imperator & philipp⁹ cesar eius filius ambo martyres anno dñi. 239. ab urbe uero condita anno. 997. Gordiano augusto in imperiū successerunt. Cuius enim gordianus impator obtenta victoria i bello parthico: rediens circa flnuiū euphratem fraude suorum fuisset ꝑfect⁹ philipp⁹ ibidem imperator a romana militia creat⁹. Philippum filiū suū ꝓforte regui fecit exercitūq; ex syria icolumē ad italiā reduxit: Imperauitq; ānos. 7. Hic prim⁹ impator oium xp̄ianus fuit: quē btūs pōtius eps & mr̄: una cū filio ad fidē xp̄i puertit: & i nicea citate p uincie baptizauit: ut dictū ē supra in passione pontii epi & mr̄is pridie id⁹ maii. Post tertiū uero ei⁹ ipii annū millesim⁹ a ꝓditione rome ānus explet⁹ ē: ut augustissimus oium ꝓteritoꝝ. Hic natalis ānus xp̄o potiusq; idolis dedicaret. Qui qdē annus fuit a romanis cū ingenti ludorum & spectaculorum apparatu celebratus. Nec dubiū est qn philippus imperator xp̄ianꝰ huiꝰ tante deuotiōis gl'ia; & honorē ad xp̄m & ecclesiā reportaret: qn ipse uel ascēsum in capitoliū imolatasq; ex more hostias nullus auctor ondit. Eodē aūt tēpore philippus ipator deciū militarē uig; & in rebus bellicis strenuū cesarē fecit. Cuius ꝓcepto dū corpora apostoloꝝ petri & pauli de catacūbis a cornelio papa trāsferri deberent: tori⁹ senatus cōsultus: ꝓcessus ē romano pontifici ceteriq; xp̄ianis libere ad sepulturas apostoloꝝ tendas ifudare: & ad id faciendum data sunt eis de fisco reipublice aduitoria. Hoc autē decius cum eēt paganissim⁹ stimulate fecit: ut dñis suis xp̄ianis ꝓlaceret: & sic ab eis magis honoratus occasionē mortis illoꝝ ꝑfidētius ꝓtractaret. ¶ Cū aūt ipatores deciū ad gallias subiugādas: que nup rebellauerāt mitt̄sent. Iq; prospe cūcta gessisset: & ad libitū ꝓtr⁹ victoria romā rediret. Impator philippus eū honorare cupiēs eidē a roma usq; ueronā obuius iuit. Decius aūt iā cū quibusdā ex principalioribus militie sue de morte ipatoꝝ ꝑspirauerat: & ne ꝓditor dñoꝝ suoꝝ notaret: occasionē xp̄ianitatis assūpsit: suadēs q; nō eēt decēs sup romaná militiā imperatōies q deoꝝ cultū deseruissent: & a romanis antiqs legibus discedentes: noue ignoti & reprobati dei culture adhesissent. Sicq; de cōsensu illoꝝ impatorē i statu suo quiescētē & xp̄m ꝑtētem latēter occidit: & cū exercitu muneribus & precib⁹ subductoꝝ romā uenit: ac senatui cur dūm sum occidisset exposuit. S5 dū necē philippi maioris senat⁹ ratā habuisset: philippus iunior rome degēs: hoc audiēs timuit: thesaurosq; paternos ac iuos: btō sixto ꝙ tunc rome pontifici: ecclesie & pauꝑb⁹ dispēsandos tribuit: & se a facie decii occultauit. Decius aūt ad ꝓditionē suā palliandā xp̄ianos cepit crudelissime ꝓsequi: mandans illos sine ulla misericordia trucidari. In qua ꝓsecutiōe mlta milia martyꝝ: passi sūt. Inter quos & philippus ipator iunior ab eo tent⁹ & i xp̄i confessiōe iugulat⁹ ē. Sicq; ambo ipi pater. & filī⁹ mr̄es xp̄o ꝓsecrati sūt. ¶ Iste philippus senior adeo i fide xp̄i ꝓfeceratꝫ ut prompte peccata sua ꝓfit̄s: in festo pasche a btō sixto papa corā omni multitudine cōtionē eucharistie sumeret. Philippus uero iunior i tantū seueri animi fuit: ut nulli⁹ cuiusq; cōmento ad risum solui potuerit: patrēq; ludis sc'aribꝰ aliqñ ꝓcinātē: uultu ānotauerit auersato. ¶ De scō theodosio magno ipatore. XCIII.

THeodosius imperator senior imperium accepit circa annum domini. 422. & ꝑauit ānos. x. mens̄ unū sol⁹. Nā primū cū frib⁹: se natu maioriꝰ ꝑauerat ꝑ ānos v. Hic in catalogo scōꝝ a gesis cōscribitur & ꝓfessoris scissimi noie uenerat. Nā xp̄ianissim⁹ & scissim⁹ uita fuit. Oia antiqua phana & tēpla idoloꝝ destruxit: & ꝑ totū orbē romanū destrui mādauit: cultumq; xp̄i & fidei mirabiliter auxit: hostes aūt ipii nō tā ferro uel multitudie q̄ ieiuniis & oratiōib⁹ ꝓfusis prostrauit. ¶ Fuit aūt reipublice ꝓpagator moriꝺ⁹ & corꝑe & aio simul clemēs: miseri cordie opib⁹ ꝑfugiter itent⁹: eōis apd cūctos: solo habitu se differre a ceteris putans ꝑ oēs hoies honorific⁹: ueq; effusus i bonis simplicia igenia diligere: erudita mirari oñdebat: largiri magno ac diligēti aio magna: amare ciues etiā priuatos ꝓtubernio: eosq; potissime dignos pecūia beneficiīq; ceteris munerari: uiolentiā & cupiditatē detestatus ē. Bella nō mouit sed iuenit: que & pro posse sedauit. Ministeria lasciuia saltariaq; ꝓmotiones lege ꝓhibuit: ꝓbrinaq; nuptias tanq; prophanum interdixit: litteris mediocriter doctus sagax multū diligens ad noscēda gesta maiorum. Execrabatur cum legisset gesta dominantiū superba. Ira rebus indignis: sed ꝑfacile flecti emolliebatur. Inerat eni ei cura eximie pietatis. Interdum autem seuera precipies a nature munere: magisq; a deli beratione. Hic etiā ꝓp uirtutū ꝓfectionem

ab ipsis barbaris summe diligebatur: unde multe gentes ad ipsius inductum relictis erroribus & idolis ad christum conuersi sūt. In bellis cunctis que ad fidei christiane augmentū & paganorum exterminiū potissime gessit: semp triumphū obtinuit: unde ob ei⁹ insignes victorias poeta quidā eximius sed infidelis: his uersibꝫ in eius laudem cecinit.

O nimium dilecte deo tibi militat ether: Et cōiurati uenium ad classica uēti. ¶ Hui⁹ prima suasione & hortatu papa damasus officiū in ecclesia dei p beatū hieronymū mandauit ordinari decantandū: cā usq; ad temp⁹ illud nullū eēt in ecclesia officiū ordinatū. Quanta aūt in eo apud homes mālueruđo: & apud deū exiterit deuotio: patet in illo exemplo de quo dictū est supra i uita ambrosii epi & doctoris. 7. id⁹ decēbris. Cū eni apud mediolanum missaꝫ interfuisset: solēnis uoluisset intrare ecclesiā: beatū ambrosiū p quodā facinore introitum sibi phibentē: nisi publice peniteret: humiliter tulit: & satisfactione ꝫ nō erubescens: nec publicā facere penitentiā ꝑiusus indictū a sco epo modū deuotus excepit: atq; pontificē de iustitia & magnanimitate animi mendauit. Hic ex flaccilla pinge archadium & honoriū xpianos & iustos filios impio sublimandos genuit. Qua defuncta gallam ualentiani iunioris sororem in matrimoniū duxit: que ei placidā pcreauit: cui postea de matris noie galle cognomētū accessit. Hic orientis & occidentis ptes pacifice possidens: quinquagesimū etatis sue annū agens anno sui impii. xl. apud mediolanum in pace quieuit: cui⁹ corp⁹ eode āno ꝑstātino polim translatū est: ubi & miraculis uiuit.

¶ De sco carolo magno impatore. XCIII

Arolus magnus impator huius nomis primus apud francigenas intra sanctoꝝ numeꝝ scribit: & colit: & ꝑter ei⁹ sanctissima gesta: ꝙ sci noie uenerē ab ecclesia toleratur. Nam & uiuens miraculis claruit: & post mortē signis uirtutū effulsit. Hic primus francoꝝ rex pipini filius: multa felicia bella gessit. Nam aquitaniā & nasconiā subegit. Saracenos in hispania xpianos de populantes usq; ad ibeꝝ amnem uiucens fugauit. Terras eoꝝ plurimas acquisiuit: & uictorias plures ꝑa ipsos obtinuit: De quibus supra actū est in gestis scoꝝ rothlandi & sociorum. 16. calē. iulii. Vbi inter aliud memorabile illud de carolo miraculū legit⁹: ꝙ dum corpora scoꝝ militum a saracenis occisoꝝ requireret apud runciauallē: & sol ad occasum tenderet: ad eius orationē & mandatum sol in celo steterit: & ꝑstio quasi horaꝝ trium in nullo se mouit: donec sanct⁹ rex oēs suos interfectos recollegit. Hic etiā saxones infideles adhuc: & xpianis infestos prius sepius requisitos: ut ad fidem xpi rediremt: aut saltē xpianos in pace dimitterent: dū in sua pertinacia eēnt obstinati: triplici bello deuicit: & regno suo submisit: & tandē coactos ad fidem xpi reduxit. ¶ Tempore uero hadriani pape primi requisitus ab eo ut ue contra desiderium regem longobardorum: sibi & ecclesie dei subuenīret: dimisit bellum: quod ꝑa saxones iam incepat: & cū multo exercitu francoꝝ & finitimaꝝ nationū ueniens i adiutorium ecclesie dei: supato alpīs iugo: Desiderū regem frustra sibi resistere conantem: cōmisso bello uicit & fugauit: ticenoq; inclusum obsedit: dimissoq; ibidē exercitu romā uoti gra ꝓficisc̄. Et ueniēs ad montē gaudii: usq; ad scī petri ecclesiā pedester ꝓperauit. Et cūdo p urbē oēs ecclesiaꝝ portes humiliter osculatus est: qui ab hadriano papa honorifice suscept⁹: a populo quoq; & clero urbis ultra modū honoratus: & ab eisdem patriciatus honore sublimat⁹: ecclesie bti petri & aliis urbe ecclesiis & monasteriis multa copiose largiens: tandem ad exercitū reuersus: papiā dudū obsessam ad deditionē ꝑpulit. Ceteras deide lombardie ciuitates subiiciens: Desideriūq; regē captiuum ducens: & ecclesie dei cuncta ipsi a longobardis ablata restituens: in gallia reuersus est. Indeq; saxonicum bellum ꝓsequēs: eos tādē ut dictū est: indomitos domuit & inuincibiles supauit: atq; ad fidē xpi uel coacte reduxit. ¶ Hic terrā sanctā occupatam a saracenis legatis ptiarche hierosolymitani & ꝑstātini imperatoris ꝑstantinopolitani receptis audiens: & terre scē ꝑparies: cum magno exercitu illuc usq; ꝓuenit: & recuperata terra scā cū ꝓ ꝑstātinopolim redīret: aurū & argentū ꝓciosaq; gēmas a ꝑstantino imperatore exhibitas: cū nollet recipe: solas xpi reliquias & sanctoꝝ postulauit: ꝓmissoq; ieiunio & oꝝone: recepit de corona dñi ptē: quē ipso uidente floruit: & clauū unum passiōis dñi: & ptē crucis dñice cū aliis sacrosanctis reliquiis: que omnia comitantib⁹ miraculis secum detulit: & aquisgrani i basilica sācte marie: quā ꝑstruxerat: recōdidit: ut dictū ē supra in historia translatiōis corone dñi. 5. id⁹ augusti. ¶ Ad numeꝝ etiā elementoꝝ. I. Ifaꝝ in alphabeto cenobia fundauit. Et in uno quoq; p ordinē unā litteꝝ de auro fabricatam pluiq; centū libre turonensiū ualentē: reliquit: ut ex ordine litteraꝝ: tēp⁹ fundationis cuiusq; monasterii cognoscereꝫ. Que littere adhuc in pleriscq; monasteriis reperiuntur. Hic etiā quattuor archiepatus: uidelicet treuerensē: colonien̄sem: maggūtinen̄sem: salczburgensē diuitiis & honorib⁹ aplauit. ¶ Mortuo uero hadriano papa: & leone ter

tio in pontificiū sublimatō : dū die quōdam ad letaniā procedens de laterano pgeret a romanis captus & erutis oculis : lingua quoq; amputata : nudus ac semiuiuus i monasteriū missus est. Sed deus oipotēs miraculose ei loquelam ac uisū restituit : de quo supra dicta ē in ei⁹ gestis. 4. cal. iulii. Qui deinde ad regem carolū pgēs : ab eode3 ualde honorifice : ut beati petri uicarius exceptus est. & cum ei omnia que facta fuerant itimasset. Rex pre nimio dolore fleuit. Et cū papa romā adiit : & cū honore ipm in locū suū restituit : ubi & papa coram rege de qbusdā sibi obiectis criminib⁹ se purgauit. Sed cum die natalis dñi ad missā solennia in beati petri basilica assisteret. Leo papa carolum i romanoꝝ imperiū coronauit : cuncto populo romano laudes ei impiales acclamāte. ¶ Post modum aūt carolus impator factus : eos qui in fūmum pontificē manus iecerāt de crimine cōuictos capitali dānauit sniā. Sed leone pontifice pio affectu pro eis itercedente : in exilium ppetuo iussit dānari : uitaq; eis de mi sericordia pcessa. Sicq; omnib⁹ recte pacatis carol⁹ in imperiū sublimatus : in galliā reuersus est. Ex quo tēpore impiū pstantinopolitanum i galliā trāslatum dignoscit. ¶ Post hec carolus reuersus ptra mauros classem in corsicā misit : quā & ab eis liberauit. Hic edificauit basilicā dei genitricis marie aq̄grani ope mirabili : Apud maguntiam quoq; in rheno flumine pōtem ducentorum passuum longitudinis fecit. Nam tāta est ibi fluminis latitudo. Totius quoq; occidentis omnes pene regiones sibi subegit. Auxitq; mirabiliter gloriam regni sui : quibusdā3 regibus ac gentib⁹ per amicitiā sibi ꝛciliatis. Adeo nāq; alsontium regē galitie regesq; scotoꝝ sic habuit apud suā uoluntatē p munificentiā iclinatos : ut eī nunq̄ aliter nisi dñm : seq; seruos & subditos eius pronūciarēt. Cum aaron rege persaꝝ : qui excepta india totū pene tenebat orientem : talē habuit i amicitia pcordiam : ut per legatos suos inter uestes & aromata & ceteras oriētaliū terraꝝ opes : ingentia illi dona direxerit : & sacratissimū locū in quo ē saluatoris nr̄i sepulchrū ut ipius imperatoris ascriberet⁹ potestati cōcessit. Nam ipe impator ad eundē locum p singulos annos plurima donaria mittebat. Imperatores quoq; pstantinopolitani nicephor⁹ michael & leo ultro amicitiā ei⁹ expetētes : multoties cum muneribus ad eum suos miserunt legatos. Erat enī in amicitiis optie tēperatus : ut eas & facile admitteret : & pstantissime retineret. Tanto ojum amore & fauore omni uite sue tēpore pserlat⁹ ē : ut nunq̄ ei uel minime seueritatis quicq̄ fuisset obiectū religionem xp̄ianam : quā ab infantia imbuit : scissime & cum sūma pietate coluit. Ecclesiam mane & uespe : itēq; nocturni & sacrificii tēpore : duos eum ualitudo pmitteret quotidie frequentabat. Curabatq; ut oia que in ecclesia gerebā tur magna fierēt honestate. Amabat peregrinos : & i eis suscipiendis sūmā curā habebat : uestitu patrio utebatur : peregrina quoq; indumēta nunq̄ uestire patiebatur. In festiuitatibus quidē precipuis : uestib⁹ auro gēmisq; ptextis : diademate quoq; pretioso ornatus i cedebat. Aliis uero diēb⁹ habitus ei⁹ paruꝝ a cōi ac plebeio distabat. In cibo tēperatus : in potu tēperatior erat. Inter cenādas nunq̄ histriones sed aut sapientes : aut lectorem audiebat. Legebant ei historie & antiquoꝝ res geste : ac libri precipue sci augustini : in quibus maxie delectabat. Erat enim eloquētia copiosus & artibus liberalib⁹ solerter imbutus : litteratumq; sapientes uneratus magnis ditabat honorib⁹. Circa paupes subtētandos gratuitam liberalitatē habuit : adeo ut nō solū in patria & in regno uno largiflu as elemosynas facere curauerit : uerū in trāsmarina in syria egypto & aphrica hierosolymis alexādrie atq; carthagini : ubicūq; xp̄ianos in pauprate uiuere pōsset : penurie eoꝝ ꝑpatiens pecunias trālmittebat. Sacerdotes honorabat : sacra ac uenerabilia loca colebat : & precipue romanā ecclesiā i cuius donaria magna uis pecunie in auro argento ac gēmis ab illo ꝓgesta ē. Cui⁹ & pontificibus multa largit⁹ ē. In omnib⁹ aūt quib⁹ regnauit ānis : quater uoti cā tantū romā profect⁹ est. Filios suos q̄ cito etas patiebat : faciebat equitare : & armis intendere : filias uero lanificio colocq; ac fuso assuefcere : ne ocio torpescerēt. Miraculoq; gloria claruit. Nam & leprosos tactu & oratione ferunt ab eo fuisse mūdatos : & cecos duos illuminatos. Postq; aūt regnū francoꝝ atq; impium : quod regē dum fuisce pat feliciter ampliasset. dū ad mortem langueret uocatis ecclesiaꝝ ꝓlatis quos habere potuit : oēs thesauros eis tradidit p ecclesias & paupes distribuendos. Et sic in omni scitate pfectus i pace migrauit : anno etatis sue. 9i. regni aute. 47. Subactoq; italie 42. ex quo uero impator & augustus appellatus est : āno. 14. in cuius tranitu audita est ꝛcines angelica melodia. Sepultusq; ē honorifice aquisgrani i ecclesia sancte marie. quā ipe pstruxerat. Ad cuius tumulū diuersarū egritudinū sanabantur infirmi.

¶ De scō libertino abbate. LXXXV.

Libertinus abbas monasterii sundensis : qđ est i prouincia samnii pstructum : discipulus fuit sci honorati abbatis : & iudatoris ipi⁹ loci : de quo supra dicta3 est. 17. cal. februarii. Claruit aute tempore totille

regis gothoꝝ:& miraculis effulsit.Ná cū eēt monach⁹ ex abbatis iussu:qui honorato ſuc ceſſerat:quodā tēpore rauennā pgebat.Pro amore uero honorati olim ei⁹ magiſtri quo cūq; libertinus ibat caligulā illi⁹ in ſinu deferebat.Dū ergo pgeret : accidit: ut mulier extincti illi corpuſculū fleret:que ſuus dēs intuita:iumentū illius p frenū tenuit:atq; iurando aſſeruit:q; illū inde abire non pmitteret:nili filium ei⁹ ſuſcitaret.Ille uero inuſitatum miraculū expauit:& declinare mulierē uoluit:ſed oīno nequiuit.In ei⁹ quoq; pecto re pugnabant inuicē humilitas puerſationis: & pietas matris:timor ne inuſitata pſumeret dolor ne orbate nō ſubueniret. Vicit tñ i ei⁹ corde pietas:que quia uicit:aſſuit & humilitas:deſcendit:orauit:caligulam de ſinu ptulit:eāq; ſupra corpus extincti pueri poſuit. Moxq; defunct⁹ ſurrexit:quē flenti matri uiuum reddidit:& iter inceptū pegit. ¶ Quadam die pſatus ei⁹ abbas qui honorato ſuccеſſerat:ptra uirg dei in graue iracūdiā exarſit.Et quia uirgā:qua eū ferire poſſet:i prōptu nō habuit.Cōprehenſo ſcabello ſuppedaneo ei caput ac faciem tutudit : uultumq; eius tumentē ac liuidū reddidit.Die uero altera cū libertinus ad cām ſibi monaſterii cōſtitutas ire deberet:expletis matutinis ad lectum abbatis uenit:& licentiā ab eo humiliter petiit.Ille uero ſciens ꝗtum a cunctis dilect⁹eēt:pro iniuria quā in eum tulerat:recedere eū de monaſterio uelle putabat:eumq; quo uellet ire interrogabat.Ille aut ei cām cenobii heſterno pſtitutā ait:quam dimittere nō ualebat:qa ſe ad eam pfectu⁹ pmi⁹at. Tunc ille a fundo cordis p̄ideram duritiam ſui:& patientiam libertini:ex lecto pſiliit:& ad pedes eius pcidens: de illatis in eū uentā ſupplicauit.Et ꝓtra libertinus ſe in terrā pſternens ſue culpe nō illius ſeuitie ſuiſſe referebat:quod ipſe iuſte pertulerat . Sicq; mālueturdinē adduct⁹ eſt abbas: humilitaſq; diſcipuli facta eſt magiſtra magiſtri. Cū at libertinus egreſſus a multis eū uenerantib⁹ nobilib⁹ & notis iterrogaꝛ:quidnā hoc eēt:q; liuidā & tumentē faciem ſic haberet.Qui heſterno in ſero ſe in ſcabello ſuppedaneo ipegiſſe peccatis ſuis exigentib⁹ rndit.Sicq; nec abbatis prodidit uitium:nec ſalſitatis incurrit peccatū. ¶ Poſtq; autē abbas ille deceſſit:libertin⁹eidē i regimie abbatie ſucceſſit.Qui dū die q̄da⁹ pro utilitate monaſterii iter ageret:eidem quidā elarida gothoꝝ comes obuiauit . At dei ſeruus ex caballo ſuo ab hoibus illius deiect⁹:iumēti damnū libēter ſerens:etiā flagellum:quod tenebat : rapt oribus obrulit:& ſtatim ſe in orationē dedit.Curſu autē rapido predicti ducis exercitus ad fluuium uulturnum deuenit : ibiq; dum ſinguli equos ſuos haſtis tundētes: calcaribus cruētantes nullo modo obtinere poterant:ut equi mouerī poſſent:ſed aquā fluminis tangere quaſi mortis ſcipitium perti meſcebant: donec uno ipſoꝝ ceteros inſormante cognouerunt:quia ex culpa: quā dei ſeruo in uia tulerant:talia ſui diſpendia tolerabant.Qui ſtatim reuerſi libertinū orantē inuenerunt:eiq; equum eius obtulerunt. Ille uero caballo opus non habere rndebat. At illi deſcendentes eum in equo eius quaſi inuitum repoſuerunt:&dum retroceſſiſſent: equi illoꝝ alueum fluminis uel oſſiſſime trāſierunt. ¶ Eodem tempore in partibus campanie quidam bucylinus cum francis uenit: Sed duꝝ rumor de cenobio libertini exiſſet: q; abbas pecunias multas haberet . Ingreſſi franci oratorium ſeuientes libertinum quererunt:ubi ille orans proſtratus iacebat: in ipſum quoq; ingredientes impingebant:eu⁹ q; preſentē uidere nequibant. Sicq; ſua cecitate fruſtrati a monaſterio uacui ſunt reuerſi. Sanctus autē uir poſt uitam laudabilem quieuit in xpo.Hec gregori⁹ primo dialog. capitulo ſecundo.

¶ De ſancto equitio abbate. XCVI

EQuitius abbas in ualerie ciuitatis partibus claruit:qui multoꝝ monaſterioꝝ pater fuit.Qui etiā dū adhuc iuuenil acri certamine carnis tentaret : & i hac re ab oi porenti deo remediū continuis ſcibus quereret.Nocte quadam aſſiſtente angelo eiuu chizari ſe uidit:eiuſq; uiſioni appuit:q; oēm motum ex genitalibus eius abſcideret. Atq; eo tēpore ita alienus extitit a tentatione : ac ſi ſexū non haberet in corpore.Et extunc ſi cut antea uiris ſic cepit & feminis eſſe : nec tamē diſcipulos admonere ceſſabat:ne ſe ipſius exemplo in hac re facile crederent:& caſuri tentarent donum:quod non accepiſſent ¶ Quodam uero tempore quidam baſilius magus a roma ſugiens in habitu monachi: ualeriam petiit:& pergens ad caſtoriū eṕm amiternine ciuitatis:ab eo obtinuit : ut ipm equitio abbati cōmitteret:ac ſociandū monaſterio illius cōmendaret.Equitius autem eṕo pro hoc inſtante reſpondebat: q; illum quem ipſe ſibi cōmendabat nō monachum ſed diabolum eſſe uidebat. Cum autem eṕs diceret:q; abbas occaſionē quereret: ne ſibi petita preſtaret . Vir domini iterum proteſtatur:q; qualem illum dixerat:talem agnoſcebat.Sed ne ſe uelle obedire eṕs exiſtimaret:iuſſa ipſius facere paratus eēt. Suſcept⁹ itaq; ille i monaſterio ē. Sed non poſt multos dies diſcedente abbate longius:contigit ut in monaſterio uirginum:cui equitius ṕerat:quedam illarum ſpecioſiſſima febrib⁹

arrepta clamaret se continuo moriturā nisi
basilius monachus ueniret: & per eius cura
tionis remediū salutē sibi redderet. Sed cum
in absentia abbatis nullus ad cōgregationē
uirginū auderet accedere: missum repente ē
& dei famulo nunciatū. Quo audito uir do
mini dediguatus dicebat: q uticq illū nō mo
uachum sed diabolū esse predixerat. Manda
uitq ipm de cella fratrū expelli. De ancilla
uero dei predixit nūciis: q ex illa hora neq
esset de cetero febrib⁹ laboratura: neq basi
lium quesitura. Regressi aūt monachi eades
q hora salutē uirgini restitutā: qua scūs di
xerat cognouerūt: & basilium de mōasterio
continuo reppulerunt. Qui repulsus dixit:
frequenter cellulā equitii magicis artibus i
aere suspendisse: nec tn eos quēpiam ledere
potuisse. Qui & postmodū in urbe roma ze
lo fidei a xpianis igne crematus est. ¶ Que
dam monialis monasterii prefati hortum in
gressa latucam plpiciēs cōcupiuit: eamq si
gno crucis oblita benedicere auide momor
dit: sed protinus a diabolo arrepta & uexa
ta cecidit. Quod dū equitio nūciatū est: ille
concitus uenit: & ut ab ea demon abscederet
cū indignatione precepit. Qui continuo ab
ea exiit: nec eam ultra ptingere preualuit.
¶ Cū autem die quada felix abbas cenobii
castoriūq intra menia urbis situs ē familia
riter quodāmodo quasi redargueret: eo q sa
crum ordiné non hās nulla licentia a sūmo
pontifice obtenta: ubiq predicando discur
reret: ppulsus uir scūs qualiter licentiam ac
cepisset eidem indicauit: dicens seipm etiam
secū predicta aliqn tractasse. Sed nocte qua
dam speciosus iuuenis ad eū accesserat: atq
medicinale ferramentū in os eius posuerat:
& ut ad predicandū egrederet: deinceps ex
parte dei mandauerat. Et ex illo die etiam si
uoluisset tacere nō potuisset. Hic in uestibus
uilis atq despect⁹ apparere studebat: & quo
ties ad alia loca tēdebat iumento uiliori oi
bus: qđ i colla repiri posset: insidebat. in quo
etiam capistro pro freno & uerueū pellib⁹
pro sella utebatur. Sacros codices i sacculis
pelliceis dextro leuoq latere secū portabat:
& quocūq: peruenisset scripturas fontē apie
bat. ¶ Cū autem fama predicationis illi⁹ un
diq discurreret: clerici quidā romani sūmo
pontifici sunt pquesti: q quidā uir rusticus
auctoritatem sibi predicandi arripuisset: &
officium apīci indoctus sibi usurpare pre
sumeret. Ad quoq suggestionē iulianus quē
dam defensorem misit: ut equitius ad roma
nam urbem duceretur: & qua ratiōe ꝑmissa
attētaret cognosceretur: mādauit tamen: ut
honore ei exhibito nulla⁹ prorsus iniuriam
paceretur. Qui festine ad monasteriū uenies
eodem absente fratres scribentes repperit: &
ubi abbas esset inquisiuit. Illiq rñderunt: q
in ualle cenobio subiacente senū secabat. Mi
sitq ad eum iulianus puer⁹ suum contuma
cem & superbum: cui uix ipse poterat dīari
ut abbatem ad se celeritate perduceret. Per
rexit puer & quis esset abbas ab aliis quesi
uit. Moxq ut audiuit quis esset: adhuc lōge
positus ad eum uadēs: imenso timore corre
ptus cepit lacessere. Ita ut gressus uix eum
possent portare: ueniensq ad uirū dei: ad ge
nua illius procidit: suumq dīm ipsi occur
risse nūciauit. Abbas uero illi mādauit: ut se
num sectum leuaret: & pabulū iumentis: in
quibus uenerat deferret: ipeq imediate post
eum opere ꝑpleto ueniret. Quod dum puer
fecisset: & iulianus puer⁹ cum seno uenientes
ꝑspexisset. Iratus eum icrepauit: q miserat
illum hominē ducere non senum baiulare.
Sed dum puer equitium post se uenientem
domino suo ondidisset: uidens eum iulian⁹ ex
habitu despexit: & qualiter illum proteruis
uerbis alloqui deberet: cogitare cepit: ut au
tem seruus dei cominus affuit: intolerabilis
pauor iuliani animum inuasit: & humiliat⁹
ad pedes eius procidit: & quia apostolicus
ipsum uidere uellet: uix manūeta lingua ex
posuit. Quod audiens equiti⁹ gras deo egit:
q se per sūmum pontificē superna gratia ui
sitasset: statim q mandauit iumēta ad iter ar
ripiendum pari. Cūq iulianus se illo die nō
posse exire ex lassitudine diceret: Abbas se i
hoc ꝑristari rñdit: predicens quia si die ipa
non exirent: nec in crastinum ire possent. Sic
q eadem nocte iulian⁹ ex lassitudine in mo
nasterio quieuit. Factoq lucis crepusculo
equo in cursu admodum fatigato puer ad iu
lianum cū epistola uenit: i qua papa sibi mā
dauit: ne seruum dei de monasterio mouere
uel exire ullatenus faceret. Cū autem ille re
quireret: cur sua esset mutata: cognouit qa
nocte eade⁹ qua ipse illuc missus fuerat per
uisum pontifex extitit uehemēter exterrit⁹:
cur ad exhibendum uig dei mittere presum
pssset. Tunc iulianus surrexit: & se abbatis
orationibus cōmendauit: atq ne de cetero fa
tigaretur ex parte pape precepit. Quod au
diens ille ꝑristatus est: & que predixerat ue
ra nunc contigisse probauit: quia si die pre
cedente non statim pergerent ia⁹ pergere mi
nime liceret. Et executorem suum cū sūma
charitate aliquantulū secū detinuit: ipmq
plurimū honoratum ad sūmum pontificem
remisit. Qui & plenus scitate i pace quieuit.
¶ Rusticus quidam super sepulchrū eius
arcam cum frumento posuerat: nec qualis
uir ibidē iaceret ppendere curauit. Sed re
pente turbo celitus factus: rebus illic omni
bus in sua stabilitate manētibus: arcam sup
positam cu⁹ grano extulit longeq proiecit

¶Eandem prouinciam ualerie longobardis intrantibus monachi ex cenobio illo ad sepulchrum uiri sancti in oratorio positum confugerunt. Longobardi uero seuientes oratorium ingressi: ceperunt monachos foras trahere: ut eos aut tormentis afficerent: aut gladiis necarent. Quorum dum unus ingemuisset: & sanctum equitium ad sui defensionē aduocasset: prin⁹ longobardos spūs immundus inualit: qui correntes ad terram tā diu uexati sunt: donec ceteri foras existentes cognoscerent: quatenus locum sacrum temere ulteri⁹ non auderent. Hec gregori⁹ prio dialogoꝝ capitulo quarto.

¶De sancto nonoso abbate. XCVII

NOnosius prepositus siue prior fuit cuiusdam monasterii: quod in soractis monte situm est: qui sub asperrimo eiusdem cenobii abbate degebat: sed eius mores mira semper equanimitate tolerabat: sicq; fratribus in mansuetudine preerat: ut patris sepius iracundiam ex humilitate mitigaret. Quia uero monasterium in summo montis cacumine situm est: ad quemlibet paruum hortum fratribus colendum: nulla planicies patebat. Sed unus locus breuis in latere montis erat: quem ingentis saxi moles egrediens ab una parte occupabat. Cum aūt die quadam nonosius cogitaret: q; saltem ad olera nutrienda locus idem aptus esset: si ipsius moles illa non teneret: quam & quinquaginta boum paria mouere non potuissent: nocturno se illic silentio in orationem dedit. Cum mane facto ad eundem locum fratres uenerunt: & inuenerunt molem tante magnitudinis inde longius recessisse fuoq; discessu largum fratribus spatium dimisisse. ¶Alio quoque tempore dum nonosius lampades uitreas in oratorio lauaret: una ex eius manibus cecidit: & per partes innumeras cō fracta diffiliuit. Qui furorem abbatis nimiū timens lampadis fragmentaq; colligens: coram altari prostratus orauit. Et exurgens sanam lampadem repperit: quam antea tinēs per fragmenta collegit. ¶Cum in cenobio oleum uerus defecisset: & colligende olive tempus incumberet: sed fruct⁹ in oliuis nullus appareret: mandauit abbas fratribus: ut in colligendis oliuis ad exhibenda extraneis opera pergerent: ut uel saltem de mercede operis aliquantulū olei deportarent. Quod uir domini fieri cum magna humilitate prohibuit: ne ex hoc fratres exeuntes: dum olei lucra querunt: dānum animaꝝ paterentur. Oliuasq; paucas: que in monasterii arboribus apparebant: colligi precepit: & in pilo missas contundi: atq; inde quantumlibet patrum olei exiens sibi deferri. Quod in paruo uasculo sibi delatum ante altare posuit: cumq; egressus orauit: atq; postmodum adscitis fratribus oleum illud modicum per cuncta monasterii uasa exigue infundi iussit. Que protinus: ut erant uacua: claudi fecit. Die uero altera aperta omnia uasa plena oleo reperta sunt. Sanct⁹ autem uir post laudabilia multarum uirtutum opera dormiuit in domino. Hec gregori⁹ ubi supra capitulo septimo.

¶De sancto martyrio confessore. XCVIII

MArtyrius confessor in ualerie prouincia sanctitate & miraculis claruit. Qui tale de uirtutis sue testimonio signū dedit. Dum quadam die fratres eius subcinericium panem fecissent: eiq; signum crucis: imprimere obliti essent: sicut in ipsa prouincia crudi panes ligno signari solent: ut per quadras quattuor quodāmodo partiti uideantur. Idem dei famulus assuit: eisq; referentibus non fuisse signatum agnouit. Cumq; ias prunis & cineribus opert⁹ esset: signum crucis digito contra prunas edidit. Quo signato protin⁹ panis immensum crepitum dedit: ac si in ignibus olla crepuisset. Qui postmodum coctus: & ab igne subtractus: ea cruce signatus inuentus est: quam non tactus sed fides fecerat. Hec gregorius ubi supra capitulo undecio.

¶De sancto dacio episcopo. XCIX

